TRACTATVS
DE APPELLATIONIBVS, Libri octo.

IN QVIBVS, QVAE EX IVRE CIVILI, & Pontificio, ad Praxim maximè Gallicanam, Germanam, & Romanam, pertinere videbantur, obseruata sunt,

AVCTORE.

D. PETRO GREGORIO TOLOZANO. I. V. D. & Professore Gallico, Iurisconsulto & Practico & Theorico eminentissimo.

Varia doctrina rerum vberes.

CVM INDICE DVPLICI CAPITVM ET RERVM.



VENETIIS, MDC.

Apud Hæredes Ioan. Antonij Bertani.

INDEX CAPITVM LIBRORVM OCTO DE APPELLATIONIBVS.

In quo prior numerus, numerum capitis, posterior autem pagellæ denotat. De appellationibus.

LIBER PRIMVS.

a 2 De

De appellationibus Liber II. de quibus & inquibus admittatur appellatio.

19 De

De appellationibus Liber III. à quibus possit iudicibus prouocari.

De appellationibus Liber IIII. ad quos appellandum ſit, & explicatur,
§. ſi quis in appellatione, l. 1. de appellationibus in ff.

5 De

De appellationibus Liber V. De his qui appellare possunt.

De appellationibus Liber VI. de actionibus appellationis.

De appellationibus Liber VII. De attentatis & innouatis.

De appellationibus Liber VIII. De his qui tractari coram Iudice, ad quem appellatum est, & de eius partibus.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM NOTABILIVM

Tituli de appellationibus, cuius primus numerus significat librum, Secundus caput, Tertius verò summariorum numerum, qui ad marginem rectè est assignatus.

A

Ad popu-

sententiam

Adex-

A transa-

LIBER SECVNDVS.

A

Appellatio

LIBER

LIBER TERTIVS.

A

Appellare

LIBER QVARTVS.

A

contra

LIBER QVINTVS.

A

LIBER SEXTVS.

A

appella-

apostoli

& de-

LIBER SEPTIMVS.

A.

LIBER OCTAVUS.

A

Cordis

Concilium

Decemui-

Episcopus

Excedit

Ecclesia

Friuolum

Grauamine

Iudex

 missa,

M

Procurator

Supplicatio

Secures

Reliqua notabilia tituli de appellationibus habebis in summariorum numeris cuiusuis capitis.

FINIS.

TRACTATVS DE APPELLATIONIBVS. SCRIPTIS A PETRO GREGORIO TOLOSANO V.I.D. celeberrimo,

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

De distinctione in genere dicendorum.

SVMMARIA

1 *Iudiciorum tractatus, in res, personas, & actiones diuiditur.*
2 *Causa iudicium, iustitia quid?*
3 *Personæ iudiciorum quæ, & ante, & post litis cõtestationem.*
4 *Personæ iudiciorum tres præcipuæ aliæ accessoriæ.*
5 *De quibus futura sit disputatio in præsentibus libris de appellationibus.*

TRACTATVS † Iudiciorum considerationem requirit rerum, personarum, & actionum: quia omne ius quo vtimur uel ad res, vel ad personas, vel ad actiones, seu actus pertinet. l. 1. de statut. homini. ff. 1

2 Iudiciorum † res sunt, ea omnia de quibus controuertitur & litigat. Nomine generali appellatur causa id omne quod in iudicium deducitur. Causa à casu, quo id accidit dicitur: nẽpe materia & origo negotii, nondum discussioni, examine patefactæ quæ dum proponitur causa est: dum discutitur iudicium: dum finitur iustitia. Et iudicium dictum quasi iurisdictio, iustitia quasi iuris status ut in ca. forus, de uerb. & rer. signif. Ista causa & materia, uel criminum, uel ciuilium seu pecuniarũ est: Criminũ publicorum, priuatorum, ordinariorum, extraordinariorum, pecuniariæ & ciuiles causæ reliquæ: contractuum & ultimarum uoluntatum, & aliæ controuersiæ in quibus de delictis nõ contenditur: uel ubi de criminibus ciuiliter agitur ad pecuniarum æstimationem.

3 Personæ † iudiciorum tres pręcipuæ, actor, Iudex reus. l. inter litigantes. & l. Iulianus, de iud. ff. reliquę sunt illis accessoriæ. Quemadmodũ accedũt iudicibus, assessores, cõsiliarii, uiatores, lictores, delegati, amanuẽses, & similes aliæ. Ita actori & reo accedũt aduocati, procuratores, syndici, fideiussores, auctores

4 seu uenditores, testes & aliæ quædam personæ.

Actus † seu actiones iudiciorum rursum quædam ante litis contestationem, quædam postea usque ad sententiam, & quædam sequuntur sententiam.

Pręcedunt litis contestationem, uocatio in ius, editio actionis, exceptiones fori, recusationes, dilationes, cautiones seu satisdationes, litis contestatio.

Post liti contestationem iuramentum calumniæ, probationes, relationes, cognitio, sententiæ formatio, & pronunciatio.

Post

Post sententiam sequitur appellatio, res iudicata iudicati actio, exceptio rei iudicatæ, executio, missio in possessionem bonorum, pignora iudicialia, vēditio eorum, sumptuum & expensarum litis repetitio, exceptio quod quisq; iuris in aliū statuerit, hoc eodem ipse vtatur, litis retractatio, supplicatio.

Nos tantum † de ea parte iudiciorum hic proposuimus dicere, quæ de appellationibus est, & de his quæ inter explicandum occurrunt affinia, & distinguenda ab illis. Atque totam hanc tractationem in octo partiemur libros. 5

In primo libro agetur, Deo iuuante, de nominis appellationis acceptione, definitione eius substātiali, & quomodo de relatione & recusatione in ea agatur, dehinc de vsu frequenti & necessario appellationis, de remediis, extraordinariis, supplicatione, querela, restitutione contra sententiā, reuisione, aliisq; de causis introductæ appellationis, & de diuisione eiusdem.

In secundo libro, de quibus appellatio recipiatur, agetur.

In tertio dicemus, a quib. iudicib. possit ꝓuocari

In quarto, ad quos prouocandum sit,

In quinto, qui possint appellare.

In sexto, de actionibus appellationis.

In septimo, de attentatis & innouatis.

In octauo, de his, quæ tractari possunt corā Iudice, ad quem appellatum est, & de eius partib.

CAP. II.

De nomine appellationis.

SVMMARIA.

1 *Appellatio quid in genere.*

2 *Quid sit appellare, sollicitare virgines & quid laudare.*

3 *Appellare, dictare iudicium quid?*

4 *Appellare pro inuocare, postulare auxilium.*

5 *Appellatio nõ semper iudicii certandi causa, sed etiã auxilii implorandi.*

6 *Prouocare appellare idemq; tentare*

1 AGAMVS † itaque primũ de nomine appellationis, prout cõuenit plurib. significationibus. Appellare in sua propria & absoluta significatione significat uocare, inuocare, nominare.

Et quemadmodum vocatio, nominatio & appellatio de pluribus dicitur nominatis, vocatis, inuocatisque: sic & appellare & appellatio, iuxta materiam cui adiicitur, contrahitur, ut generaliter intelligentia verborum ex causis dicendi est accipienda. in c. intelligentia, de verb. signific. in decretalib.

2 Ita † appellare virginem & matronam, est blanda oratione, nempe nominando suauiter, eius pudicitiam attentare. l. item apud Labonem, 15. §. appellare, de iniur. ff. Paulus vocat & appellatores & interpellatores, & sollicitatores nuptiarum & matrimoniorum, in l. 1. de extraord. crim. lib. 47. ff. tit. 11.

3 Et † Noricus Marcellus notat, appellare esse familiariter respondere ex Lucilij libr. 27. Cum mei, inquit, me adeunt seruuli, non dominam ego appellẽ meam. Item laudare prisca lingua est nominare, nominatimq; appellare, & laudatus, cuius nomen memoria dignum est, & illaudatus, cuius nomen tacendum est, ut ait Macrob. li. 5. Saturnal. c. 7. Et Gellius li. 2. c. 6. Et auctorẽ laudare, est eũ, qui teneri debeat de euictione, nominare, & eum vocare, ut se iudi-

cio si-

cio ſiſtat, denunciando iudicium, ut in leg. auctore laudato.7.de euiction. C.lib.8.tit.45. Idem & appellare iuriſconſultis, quod Græcis δίκην λαγχάνειν, iudiciũ dictare, vel etiam citra iudicium interpellare. vt ait Budæus ad leg. Herennius. de euict. ff. in annotationib. priorib. ad Pandectas. Sic apud Columellam li.1. de re ruſtica Alphius fœnerator uerè dicebat, noīa optima non appellãdo, mala fieri.

Eſt† & appellare inuocare, uel nominatim ad auxiliũ, contra id quod malè nobis inferri vr̃, aliquẽ vt ſuperiorem, & qui poteſtatem habeat emendandi vel defendendi uocare. Inde appellatio, ἔκκλησις πρός τινα, φώνησις, imploratio ſuperioris. Plutarch. in Publicolæ uita ἐκαλεῖτο τὸν βροῦτον. Et apud eundem, νόμος τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ὑπάτων τῷ φεύγοντι δίκην ἐπικαλεῖσθαι διδοὺς, id eſt, lex permittens reo prouocationem a conſulibus ad populum. 4

In ea ſignificatione appellatio ĩ titulis de appellationibus uſurpatur, & apud Græcos in Baſilicis, ecloga 9.ti.1.& in actis Apoſt.c.25.ver.11. Paul. ait, Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι τότε ὁ φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου ἀπεκρίθη: Καίσαρα ἐπικέκλησαι ἐπὶ καίσαρα πορεύσῃ. id eſt. Cæſarem appello: tunc Feſtus cũ conſilio locutus reſpondit. Cæſarẽ appellaſti, ad Cæſarẽ ibis.

Cæterum† obſeruandum eſt, non omnem appellationem fuiſſe interpoſitam iudicii certandi æquo iure cauſa, ſed interdũ auxilii & interceſſionis gratia, ut apud Ciceronem pro Quintio, videtur ne inquit, interceſſiſſe appellatio tribunorum, nõ more, ſed auxilii cã? Appellabãtur namq; tribuni plebis, more & inſtituto & exemplo, cum eorũ interceſſio poſtulabatur, ſi quid inique a Prętore, uerbi gratia, 5

decerneretur. At cum non ex more, sed auxilii cā appellabantur, id nō fiebat more seruato in causis. Quia q ita appellabat, de causa cognosci nolebat, & se æquo iudicio certare nōn posse clamabat. Ita Cicero in Vatinium ei obijcit, quod appellauerit tribunos, ne causam diceret. Et Asconius Pædianus in Orationem Ciceronis contra Antonium & L. Catilinā, Antonium dicit appellasse tribunos, ne causam diceret, iurassetque, se iō eiurasse, quod æquo iure uti non posset. Et hoc etiam annotauit Adrianus Turnebus lib. 18. aduersariorum c. 22.

6 Prouocatio† quoque Græcis προκλησις, pro appellatione accipitur, quamuis in bonam & malam partem usui esse possit, pro eo, quod est tentare ad pugnam, ut ait Valla lib. 5. Elegantiarum, c. 14. Eritq; prouocatio inuocatio etiā superioris, & idē quod appellatio. In hac etiam significatione usus est Liuius li. 2. dum meminit de lege lata a Valerio Publicola, de prouocatione ad populū, aduersus Magistratus, & in 3. dum agit de lege tribunitia.

Lex etiam duodecim tabularum prima in ordine apud Ciceronem lib. 3. de legibus de ea in hæc uerba mentionem facit. Iusta imperia sunto: hisq; ciues modeste & sine recusatione parento: Magistratus nec obedientem & noxium, ciuem, mulcta, vinculis. verberibusque coercento: in par maioru potestas, populusque prohibessit, ad quem prouocatio esto. Vtitur & appellatione iurisconsultus nomine prouocationis sæpe, ut in leg. 1. §. fi. ad Senatusconf. Turpill. lib. 48. ff. tit. 16. & l. 2. §. fi. de pœnis eod. lib. 48. tit. 19. & in leg. non tantum. 6. hoc titulo. de appellationib. ff. Et hæc de nomine.

De

CAP. III.

De substantiali finitione appellationis iudicialis.

SVMMARIA.

1 *Appellationis iudicialis finitio substantialis.*
2 *Appellatio ad superiorem, non ad parem vel inferiorem. Ibi ratio.*
3 *Et hic superior proximè immediatus esse debet.*
4 *Tamen non est de substantia, vt gradatim fiat ad superiorem.*
5 *Et quod fiat ad superiorem est de substãtia immutabili, & quod non fiat ab officiali ad Episcopum.*
6 *Quanquam Episcopo possit supplicari contra sententiam sui officialis.*
7 *Explicatione cap. à collatione. 9. de appellat. in 6.*
8 *A principe, nec sũmo Pontifice, non prouocatur, qa illis nullus superior.*
Et conciliantur, quæ ex historia Romanorũ uidentur repugnantia.
9 *Appellatũ tñ à Rege somnolente, & male consulto, ad uigilantẽ, & bene cõsultũ. Exẽpla ibi, & causa.*
10 *A iudicio regno, & magistratuũ maiorũ interdũ prouocatũ esse ad tribunal magnũ Dei docetur exẽplis*
11 *Sententia supplici à Principe irato lata, suspendẽda, & de ratione legis, quæ id iubet.*
12 *Appellatio ad emendandam iniustitiam inferiorem secundum intentionem legis permissa.*

SVbstãtialis † porro finitio appellationis, de qua tracturi sumus diuersis modis ab interpretibus conflatur, verum ne immoremur in illis refellendis afferemus, quæ posuimus ante li. 50. Syntag. Iuris vniuers. c. 2. nu. 3. 1

Appellatio est inuocatio auxilii superioris iudici

seu potestatis, ad emendanda facta per inferiorem.

Inuocatio pro genere est, quia non omnis inuocatio appellatio nostra est, sed ea, quæ ad iudicialẽ potestatem dirigitur.

2 Pro substantia† est, vt ad superiorem fiat appellatio, non ad parem, aut minorem eo, à quo appellatur c. anteriorum. 2. q. 6. c. 4. §. illo uidelicet, nouell. 23. de appellat. & intra quæ tempora debeat appellari. Nõ oportet, inquit Iust. appellationes ad cõpares referri iudices, sed a minori iudicio ad maius ascẽdere tribunal. Ratio quia par in parẽ non habet imperiũ l. illa à quo. §. tempestatiuũ. ad S.C. Trebellian ff. l. nã Magistratus, de receptis arbitris. ff. Et inferior non põt legẽ, & factũ superioris emendare. c. cum inferior. 16. de maior. & obedien. li. 1. ti. 3. cap. inferior. sedes, 21. distinct. Notat tñ Panormit. ad c. exposui nobis. n. 5. de dilation. quod consuetudine potest induci, vt appelletur ad parem. Quod videtur contra gl. ad ca. 2. de consuetud. in 6. quia in quantum dicit de pari, non videtur vera, quia tunc consuetudo facit eum maiorem. Et sicut consuetudo potest dare iurisdictionẽ priuato in alios priuatos. c. cum contingat cũ ibi notat. de for. compet. sic põt dare pari in parem, faciendo eum maiorem.

3 Superior† quia appellatur immediatè proximus esse debet gradu i iurisdictione eius, à quo appellatur, nam omisso medio iure communi, in ciuilibus maximè causis, appellatio non fit a superiorem immediatè l. 1. §. si qs in appell. de app. ff. sic si à delegato Episcopi appellãdum sit, ad ipsum episcopũ appellandum, non ad Archiepiscopum, omisso Episcopo medio. c. dilecti. 66. in 3. ut incipiente, de appellat.

pella.li.2.decretal.tit.28. Et si appellandū sit ab Episcopo, fiat appellatio ad Archiepiscopum, non ad alium, nisi ex consuetudine vel priuilegio, ad alium sit prouocandū. c. Romana. §. debet, de appel. in 6.

Hęc † tn̄ circunstātia, q̄ appellari dēat gradatim ad ꝓximū immediatè superiorē nō est substātialis appellationi, iō pōt p cōsuetudinē fieri, ut appellet ad superiorē omisso medio, ut notat glo. ad c.2. ad ver. officiali, in fi de consuet. in. 6. Et sic ēt in Gallia appellatur à tribunalib. inferiorib. ad Senatum in causis criminalib. omisso medio, si agatur de pœna corporali infligenda, aut de tortura inferenda. 4

Quod † autem appellatio debeat fieri ad superiorem, hoc est de substantia, & fieri ideo non potest cōsuetudine, vt ab officiali, q iudex ordinarius est Episcopi, appelletur ad eius Episcopum, quia Episcopi, & officialis vnum est forum, & unum auditorium: & appellatio ab aliquo ad illum ipsum nō admittitur. c. 2. de consuetud. in 6. li. 1. ti. 4. & ibi not. gloss. c. 3. de appellat. eod. in 6. li. 2. ti. 15. quia cōtra substantialia actus pacta, & consuetudo non ualēt, eò, quod sublatis substantialibus, actus non possit talis, dici qualis cū substātialibus, & degenerat in aliam speciem. l. cum precario. de precario. ff. l. vbi ita donatur, de donat. caus. mortis. ff. Potest tn̄ ab ipso delegato Episcopi appellari ad ipsum delegātem Episcopum. ut ait Ioan. Andr. post Archidiaconum in addit gl. c. 2. de cōsuetud. in 6. ad uerbū auditorū. Quemadmodum si recusatio fiat officialis Episcopi, Episcopus de causa recusationis cognoscere potest: eò quod, & causa recusationis possit per pares etiam decidi, & per arbitros. in c. si cōtra 5

beret. Quia hoc est ualde notabile, qđ scribit glossa, ad d.c. a collatione, in formatione casus, communem esse sententiam Doctorum quod quando interest capitulo prælatus vt canonicus, tunc habet uocem, & uox eius auget numerum: quando uerò interest ut prælatus, tunc non habet uocem, sed tãtum habet potestatem concludendi secundũ maiorem partem capituli. Licet Hostiẽsis dicat, ut ibi refertur, quod Episcopus repræsentat mediam partem capituli, & quod ipse & unus canonicus faciũt maiorem partem capituli, de quo in ca. proposuit, de concess. præb.

Quia verò † ad superiorem fieri debet appellatio, uel ad eum, qui in ea causa superior constitutus sit, quamuis in aliis sit inferior: ideo a Principe absoluto, qui non recognoscit superiorem, appellari nõ potest, ut suo loco dicemus, & interim probat. l. 1. a quibus appellare non licet. Quia illi nullus est superior, sicuti a summo Põtifice prouocatur, quia a nullo eius facta iudicari possunt, quamuis ipse aliorum facta iudicet. c. cuncta per mũdum. 9. q. 3. Inuenitur tamen prouocatio facta apud Romanos à rege Seruio Tullo ad populum in causa Horatij. Sed apud unum tantum Valerium Maximum auctorem. Is enim lib. 8. c. 1. ait, M. Horatius interfectę sorores crimine a Tullo rege damnatus, ad populum prouocato iudicio absolutus est. Alii porrò auctores, qui de Horatii iudicio loquuntur, non dicũt à rege damnatum, neque ab eius damnatione ad populum prouocationem factam, Liuius enim in 1. his uerbis scribit, Atrox uisum est id factum patribus, plebique (nempe necatio sororis) sed recẽs meritum

meritũ facto obſtabat: tũ raptus in ius ad Regem, Rex,ne ipſe tã triſtis inchoatiq; ad vulgus iudicij, ac ſcđm iudiciũ ſupplicij auctor eſſet,cõſilio populi aduocato,duũuiros inquit, q Horatio ꝑduellionẽ iudicẽt ſcđm legẽ,facio Lex horrẽdi criminis erat, Duumuiri ꝑduellionẽ iudicent:ſi a duumuiris ꝓuocarit,prouocatione certato:ſi vincẽt,caput obnubito,infelici arbore reſte ſuſpẽdito:verberato vel intra pomęriũ uel extra pomęriũ &c.Cũ aũt unus ex duũuiris ꝑduellionẽ Horatiũ renũciaſſet , auctore Tullo,clemẽte legis interprete,ut loquitur, ꝓuoco inquit Horatius. Ita de prouocatione ad populum certatũ eſt,& ſuffragijs eius abſolutus. Sic ibi ꝓuocatio à duumuiris, nõ Rege facta dr̃.Et Dionyſ.Halic.li.3.ſcribit, reũ q̃dẽ factũ Horatiũ , corãq; rege accuſatũ parricidij,ſed eũ dubitantẽ,quid de eo eſſet faciẽdũ,tãdẽ optimũ factu iudicaſſe,eius rei cognitionẽ populo permittere,& quod tunc populus Romanus,capitalis iudicij poteſtatem adeptus,patris Horatij ſnĩam eſt ſecutus, & adoleſcentẽ parricidio abſoluit.Et ſic ẽt Valer.Max.li.6 c.3.exẽpl.6. non apud regẽ,ſed apud populũ,patrẽ M.Horatiũ Tergeminum defendiſſe ſcribit. Ex quib,liquet,nõ tam per prouocationem tanquã ad ſuperiorẽ cãm Horatii ad populum perueniſſe, quam per permiſſionẽ ipſius Principis ſeu regis Tullij,q ut ab onere & dubio iudicii ſe eximeret, uoluit illam cãm a
9 populo cognoſci. Poteſt enim † Princeps uel ipſe cognoſcere,uel cognitionẽ alteri demandare,propter poteſtatis excellentiam. Vt etiam legimus ex eadem clementia & poteſtate, aliquando reges ſua ipſorũ iudicia retractaſſe, & ita ab ipſis malè iudicantibus

cantibus ad ipſos uolentes prouocatum. Sicuti cum Philippus Rex, pater Alexandri magni, cauſam Ma chete cognoſcens dormitare videretur, & ad extre mum damnaſſet eum, nec ſatis uideretur animad-uertiſſe, quæ ille pro ſuo iure diceret, Macheta ſe prouocare dictitante, & Philippus ira percitus, ad quem tandem inquit, Machetas reſpondit, ἐπὶ σέ, ὦ βασιλεῦ αὐτόν, ἐὰν ἐγρηγορὼς καὶ προσέχων ἀκούῃς, id eſt, ad te ipſum o Rex ſi quando experrectus, animum aduertetis. Eadem refert Plutarchus in apophtheg matib. & Valerius Maximus li. 6. c. 2. in extraneis, de muliere, quę a Philippo Rege temulento immerenter damnata, prouocarem, inquit, ad Philippum ſed ſobrium, quo dicto excuſſit crapulam oſcitanti, ac præſenti animo ebrium reſipiſcere, cauſaque diligenter inſpecta, iuſtiorem ſententiam ferre coegit.

Cæterum † & à iudicio regum & magiſtratuum, a quibus lege humana prouocare non licet, inuenimus prouocatum ad tribunal & iudicium Dei, qui Rex eſt regum & Dominus dominantiū, Iudex viuorum & mortuorū, Suntq; exempla plura, ex q̧b. hæc appellatio uiſa eſt recepta ab eodem ſummo Iu dice, vt veluti citati ad diem certum, ante eum com paruiſſe videantur Iudicem. Vt quando Ferdinādus quartus Hiſpaniæ Rex, filius Sancti IIII. duos nobi les perduellionis reos, ex altiſſima turri præcipites dari iuſſiſſet, ijque cōſtanter crimen negarent, nec aliq̄d ꝓficerēt, eō cōfūgerūt, vt dicerēt, ſe diuinum tribunal appellare, ꝓinde meminiſſet ad dies trigin ta iudicio ſiſtere, ſi q̄dē Ferdinādus poſtea trigeſimo die, cū dormire crederet, ī fata cōceſſit, vt ſcribit Ritius li. 3. de Regib. Hiſpaniæ, & Fulg. li. 1. c. 6.

10

Apud

Apud VVestrogothos etiam Iohannes Turson, pater Turonis Ienson, equitis aurati & supremi iudicis, quendam capite plecti iusserat, qui genibus innixus, *en morior*, inquit, iniuste, teque uoco hac hora ante tribunal Dei, ut respondeas, cur me innocentē morti condemnes. Vix autem ille miser carnificis manu obtruncatus fuerat, cum etiā Iudex equo corruit ex animis, ut refert Olaus Magnus li. 14. c. 20.

Cum tempore etiā Hērici IIII. regis & Imperatoris Romanorū Meghenerius & Herueldensis antisies, & Burchardus Halberstadensis Episc. ob decimas decertarēt, inuicem ad tribunal supremi prętoris ꝓuocātes, ambo die dicto subita morte cōsūpti sunt, vt narrat Auentinus li. 4. Annalium Boiorum.

Tamen hic monendi sunt iudices, istas appellationes tenere illos nō debere, si conscij sint iustitiæ debitæ. iuxta responsum Modestini in l. si quis aliquid 10. de pœnis. ff. si quis aliquid fecerit, quo leues animi superstitione numinis terrerentur, in Insulam relegari. Atque ideo Iulius Clarus. lib. 5. §. fi. quæs. 83. nu. 8. puniri, ait, extra ordinem illos, qui ita superstitione numinis terrent, & mittunt pręcepta vallis Iosaphat, quorū vnus, qui appellabatur Carletus, fuit positus ad catenam infamem, 10. April. 1553. & alius quidam Thomas Mantellus, qui transmiserat quoddam præceptum nomine domini IESV CHISTI, iussus fuit renunciare præcepto & fustigari. 10. Septemb. 1556.

Quia † verò a sententia principis non appellatur prudentissimi Imperatores & Reges statuerunt, ut si præter solitum morem iudiciorum ira commotus Imperator iusserit sumi supplicium de

11

aliquo,

aliquo, non statim fiat, sed per triginta dies suspendatur executio, l. si uindicaui. ff. de pœnes. lib. 9. C. titu. 47. Quam constitutionem fertur suasisse Theodosio D. Ambrosius post admissam Thessalonicensem cladem, teste Sozomeno libr. 7. histor. Eccles. capit. 24. Ante eum fertur latum simile Senatusconsultum sub Tiberio, de quo meminit Sidonius Apollinaris & Cornel. Tacitus in 3. Verum Suetonius in uita Tiberii. c. 75. non triginta, sed decem dierum suspensionis executionis sententiæ ea Senatusconsulto Tiberiano meminit. Deinde tamen hanc constitutionem. si uendicari, reuocauit Niceforus Botoniates Imperator.

Additur in † finitione, quod ad emendanda facta inferioris supperior appelletur quod ad intentionem Iurisconsultorum & Principum permittentium appellationẽ, referendum est: cum alioquin accidat sæpè, ut ait Vlp. in l. 1. de appellat. ff. superiorem non melius iudicare, imo peius, ipso, a quo appellatur. Quemadmodum ius dicitur a prętore iudicatum, quanquam iniustè iudicauerit: habita ratione non ad id quod fecit, sed ad id quod eum facere oportuerat in l. pe. de iust. & iur. ff. Sic & nomine appellationis continetur, & quæ iustæ sunt, & quæ recipiendæ non sunt, ut filiorum nominatio plerunque non solum ad naturales & legitimos simul, sed etiam ad naturales, nothos seu spurios pertinet. Sicut & testamentum ad iustum, iniustum, ruptum aut irritum.

CAPVT

CAP. IIII.

De relatione.

SVMMARIA

1 Rubricarum iuris utriusq; de appellationibus, relationibus & consultationibus, conciliatio & causa.

2 Quando & de quo iudices consultebant magistratus maiores uel Principem, referre dicerentur.

3 Relatio, remissio & suggestio, quomodo differre putentur.

4 Quæ sint causæ remittendæ ad Principem, ecclesiasticum uel secularem.

5 Iniustè appellans remittendus ad Iudicem, à quo appellauit.

6 Ad Principem remittitur totum negotium ex consensu partium, & si is tantum inquisitionem unius articuli admisit.

7 Relatio ad Principem fit proprie iuris dubii.

8 Narrantur quædam negotia ita dubia, ut iudices non potuerint quicquam statuere, sed aliis statuenda retulerint.

9 Relatio iudicis de facto litigantium fiebat uere ad Principem, prius facto à litigantibus definito & cõuento non aliter.

10 Relatio ad Principem hodie iudicibus de iure ambiguo prohibita est, & ibi ratio.

11 Iudex, qui debet iudicare ex consultatione sapientis, quomodo factum illi referre debeat, & articulum dubium.

12 Innocente condemnato apparente post diffinitiuam, non potest absolui à Iudice, sed Princeps adeundus.

13 Iudex nolens admittere appellationem, debet de ratione ad Principem referre.

Ac-

ACcedit † appellationi, ut in aliquo similis Relatio, & in Rubrica Pandect. dicitur de appellationibus & relationibus, & in C. Iustinianeo li. 7. ti. 62. de appellationibus & consultationibus & praecedit titulus 61. de relationibus. In Rubrica uero decretalium est de appellationibus, recusationibus & relationibus. lib. 2. decretalium tit. 28. Quod consulto factum esse a compilatore decretalium Raymundo Capellano, tradit ibi Panorm. secundum Iohannem Andream, quod appellatio, relatio & recusatio conueniat in iurisdictione iudicis suspendenda. Suspendit quippe iudicatum appellatio, Rub. nihil nouan. appel. pendente. ff. l. 1. & ad Senatusconf. Turppill. ff. Et reddit nullum ea pendente attentatum. c. 1. de ap. c. non solum. 7. & c. si a iudice. 10. eo. tit. in 6. li. 2. ti. 15. & latius in effectu appellationis Deo fauente postea. Suspendit quoq; recusatio Iudicis iudicium ut appellat. gl. in canon. quoties episcop. 16. per illum textum. 2. q. 6. c. 2. de ap. in 6. Cū distinctione ibi postea, & alia in c. cū speciali. 61. eo. ti. apud Gregoriū. Ita per appellationi recusatio in hoc. sed non in multis aliis, ut notat gl. fi. ad c. 2. de consuetud. in 6. c. super eo, in 2. sic incip. de appel.

Relatio quoque suspendit iudicis referentis officium. l. 2 de relationib. in C. Theodos. l. 1. eo. titu. in C. Iustinianeo nisi in eo casu, in quo etiā appellatio non suspēderet executionem, ut l. si quis filio exhaeredato. 6. §. Si autem omnes. & sequente. de iniusto rup. irrito ne test. lib. 28. ff. tit. 3.

Appellatio † e partibus & litigantibus interponitur: Relatio fit a Iudice, uel ad proximos magistratus (ipso iudice dubitante de iure maiores, uel

ad principem consulebant quippe Magistratus minores,de iure dubitãtes,pręsides prouinciæ,qui de iure dubitantibus respondere solebant, non autem de facto consulentibus,pro quo iubebant,eos prout religio suggereret, sententiam proferre. Hæc enim res nonnunquam infamat, & materiam gratiæ uel ambitionis tribuit ut omnia tradit.Vlp.in l. eũ. quẽ temere.79.§.Iudicibus de iudiciis.lib.5.ff.tit.1. Sic legati proconsulis proconsulem suum, non principem consulere debebant,ut ait idem Vlpian.in l.solet 6.§.legatos,de officio pro consulis.ff.

Fiebat a maioribus magistratib.relatio ad principem.l.1. de relation.lib.7.c.ti.61.& si quando iudex dubitaret de aliquo potissimum de iure consulere dicebatur principem: uocat consultationem, ideo l.1.de appell.ff.& finis relationis erat, discere quæ facienda essent secundũ ius.c.14.§.f. de iudicibus,& ut nullatenus cum iureiurando eligãtur.&c. Nouel.82.quando dubium ius erat, ad Imperatorem seu principem solum,iura interpretari uel condere pertinet.l.1.& f.c.de legib.

Relatio, cum offertur principi respondenda,dicitur recte consultatio;quod ipse respondet,rescriptum ad consultationem. Iulianus etiam antecessor Constantinopolitanus in nouellis Instinianeis 90.& 199.inquit consultationem esse,quando princeps relatione ad illum facta, colligit Senatum con silii gratia.nempe ut fiat consultatio pręsente principe,introducta lite in commune palatii procerum auditorium uel si absit,calculum senatus eo confirmante unius namq; uel duorum magnificorum iudicum improprie cõsultationem dici putabat. Sed

hæç

hæc parum in uſu ſeruatur diſtinctio, vt neque in l. in offerendis. 35. de appel. C.

Species † videtur eſſe relationis ad principem, re 3 miſſio ad eundem ὑποβολὴ καὶ ἡ ἀναφορὰ πρὸς βασιλέα ſuggeſtio. Quamuis in multis iſta differant, ut & arbitratur gloſſa, ad l. 2. ad uerbum Relationibus. de leg. C. differre relationem à ſuggeſtione, quòd rela 10 ſit ſimplex abſentis & in ſcriptis, ſuggeſtio, præſentis & conſultantis & ſine ſcriptis, quanquam promiſcuè hæc nomina uſurpamus.

Sunt † cauſæ diuerſę, ex quibus & remiſſiones & 4 relationes fiunt ad principem iure ſcripto.

Primum, ſi cauſa eſt reſeruata cognitioni ſolius principis, ea remittenda eſt ad eius auditorium, nec ab inferiore eſt vſurpanda, ut de maioribus cauſis, præſertim fidei, ad ſedem apoſtolicam referendis, dicitur. in cap. maiores. 3. de Baptiſmo libr. 3. dicit. titulo 42. cap. huic ſoli ſedi. 17. diſtinct. cap. quoties. 24. quæſt. 1. vt cauſæ condendæ legis principi remittenda, l. 1. & f. cap. de legibus. Non immotor in cauſis recenſendis, quæ notionis & principis ſolius ſint, cum illæ edictis & conſtitutionibus definitæ ſint. Sufficit hic admonuiſſe, quæ tales ſunt, ad iudicium principis remittendas, quemadmodum & quæ de proprio Dei tribunali ſint, nempe iudicia diuina, occultorum & cordium notiones, Deo relinqui debent. cap. ſi omnia. 6. q. 1. c. erubeſcant. 32. diſtinct.

Sic † & remiſſio fit cauſæ, ſi iniuſtæ appellatur, ad 5 iudicem à quo appellatum fuerat. c. vt debitus honor. de app.

Poteſt † & remitti ex conſenſu partium & Iudicis 6

totum negotium ad principem,ut in l. ad principẽ 22.l.ad Imperatorem.26.de app.rem.

Secundò,quando princeps remittit solam inquisitionem alicuius negotii cuipiam;illa facta, totum remitti debet negotium ad eundem principem vt in l.f.de anno.& tributis lib. 10.c.tit.16.c.Intimasti. 68.de appel.

Atque in istis duabus speciebus remissionem hoc singulare;quod omnis causa & processus ad principem refertur,non unus articulus tantum causæ,ut in relationibus fit.Et proinde fit illa remissio non cõmunicato facto litigantibus,ut fieri debere in Relatione admonebimus mox.sicque notat Panor.ad.d. c.Intimasti.nu. 2.de appel.

7 Tertio † propriè relatio fieri dicitur a Iudice ad principẽ super aliquo dubio suborto in processu seu in lite.Et sic edixit Iustinianus in nouel. 113.c.1.§.1. tit. in medio litis non fieri sacras formas. Si aliqua, inquit,dubitatio Iudici de aliqua fiat lege, nunciet ad nostram potestatem , & a nobis expectet causę scriptæ declarationẽ aut interpretationẽ,& secũdũ eã decidat litẽ.Et rursũ nouella 82.§.fi. de Iudicibus,Si quid autem,inquit,Iudices audientes,putauerint esse dubium,damus eis licentiam de his nunciare nobis , & consulere nos,ut discant quæ necessaria sunt,& ita quæ agenda sunt explicent,& faciant iusta simul & rationabilia iudicia.Atq; in l. si quid extraordinariũ 5.de legat.li.10.c.tit. 63. Si qđ extraordinarium consilium postulatur, mittendum esse ad principem constituitur,& delegationem uel ei intimationem faciendam.

8 Sunt † talia quędam usque adeo ambigua & no-

ua &

ua & incerta, ut in quamcũque partem te uerteris, sic, quod assensionẽ iudiciumq; tuum impediat: in quibus ipsis ἐποχὴν retinere, iudiciumque suspendere, prudentis: liberi assentiri, temerarii & stulti hominis est ἐποχὴ suspensio est assensus apud Ciceronem in Achademicis, & 1. Officiorũ. ideo cũ Iudex uel is, cui cã defertur ambigua cognoscenda, ita in utramque partẽ fluctuat, solet uel remittẽdo ad aliũ negotiũ, se ab hoc iudicio liberare, vel relatione facta ad principẽ consiliũ implorare. Sic ipse Tullius 3. Rex Romanorũ, cũ se in iudicio M. Horatii virginii impeditum uideret, assentiendi in absolutionem uel condemnationem, Duumuiris & populo cognoscendũ negotium mãdauit, ut est apud Liuium in 1. & Dionys. Halicar. in 3. Gallio proconsul Achaiæ diuum Paulum à Iudæis accusatum dãnare noluit, quod legis & religionis eorũ Iudex esse non posset, ut sibi uidebatur. Actor. 18. c. Et Claudius Lysias tribunus militum idipsum de eodem populo fecit & eũ ad Fœlicem prætorem Cæsareã misit, & Festus postea, qui ei successit, ad Cæsarem. Actor. 23. c. Fuit materfamilias Smirnę, quæ virũ & filium eius interfecit. cũ abijt optimæ indolis iuuenem, quem ex priore marito enixa fuerat, occisum esse cõperisset. Quam rem Publius Dolabella proconsul Asiæ, ad se delatam, cum animus fluctuaret, ad Areopagi cognitionem relegauit: quia ipse neque liberare duabus cædibus contaminatam, neq; punire eam iusto dolore impulsam sustinebat. Cõsiderantur & mansuetè populi Romani quidem magistratus, sed Areopagitæ quoque non minus sapiẽter statuerunt, qui accusatorem & ream post cen-

tum annos adesse iudicio iusserunt. Apud Popilium Lænatem etiam prætorem, quædam, quod matrem fustim interemerat, causam dixit: de qua neutram in partem sententiæ dictæ sunt. Quia abundè constabat, eandem necatorum liberorum ueneno, cōmotam, quos auia filiæ infensa sustulerat, parricidio vitam parricidio. quorum alterum vltione dignum, alterum absolutione non dignum iudicatū est. Sicut de utroque exemplo scribunt Valerius Maximus.lib.8.c.1. Gellius.lib.12. cap.7. Amian. Marcellinus.lib.29

9 Fit † ex iure scripto relatio de aliquo articulo litis, cuius cōceptio formatur à iudice communicatione facta litigantibus, ut conueniant, reum ita factū ue rē referatur ad principem. Debent enim conuenire de facto litigantes, aliter non ualet relatio, & appellatione subuerti pōt: & consultatio impugnari. l. 1.2.& 3. de relationibus.lib.7.cap.h.61.

10 Hodie † videtur iure nouo illa potestas, referendi ad principem iudicibus adempta, in §. iubemus, nouella. 125. ut iudices non expectent sacras iussiones, sed quæ uidentur illis decernant. Iubemus, inquit Iustinianus, nulli iudicantium quolibet modo vel tempore causis apud se propositis nunciare ad nostram tranquillitatē, sed examinare perfectè causam, & quod eis iustum legitimumque videbitur, decernere. Inde sumpta Authent. Nouo iure C. de relation. Minus ēt permittitur relatio uel remissio ad principē causæ, ob metū potestatis litigantium vel odij. Sufficere.n.debet iudicibus oībus ad perfectā fortitudinem, Lex & imperii fauori; vt alicuius magnitudinem metuere non debeant. ca. 13. §.

Patro-

Patrocinia, de mand at.princip. Nouell. 17. sic inhibitum etiam olim præsidibus prouinciarum, de facto consulentibus, minoribus iudicibus cõsilium impartire verum debere sententiam prout religio suggereret, ferre. Hæc enim res inquit Iurisconsult. non nunquid infamat; & materiam gratiæ vel ambitionis tribuit.l.eum quem temere.7.§.Iudicibus, de iudiciis in ff.

11 Hoc tamen remanet etiam hodie, vt si per statutũ iudex debeat iudicare ad cõsiliũ sapiẽtis, teneat punctũ formare seu articulũ dubiũ consensu cõmunicatione litigantiũ priusquã referat ad sapientes. Panor.ad d.c.Intimasti.n.4.de app.Atq; de illo cõsensu, & cõmunicatione debet cõstare apud acta iudicis, aliter nõ crederet Iudici ita asserenti, p c.quoniã contra. de probatio.l.1.§.quæsitũ, de appella.ff.

12 Quarto, † relatio potest fieri à iudice principi, si post sententiam, & condemnationem suã, is qui nocens uidebatur, & damnatus est, innocẽs appareat. Tunc enim scribit ad principem pro eius absolutione. quia ipse quem damnauerat, restituere nõ põt: Cum nec pecuniariam sententiam suam reuocare possit. Vlp.in l.1.§.quæsitũ de quæst.ff. Idipsũ facit si de pœna imposita augẽda uel remittẽda agatur. quia ad principem tunc recurrendũ est Paul.l.acta apud se habere.45.§.de amplianda, de re iud.li.42. ff.h.1.Vlp.l.moris est.9.§.Istæ fere sũt penæ.de pẽ. lib.48.ff.titul. 19. Et generaliter, iudex, posteaquam, semel sententiam (nempe diffinitiuam) dixit, postea Iudex esse definit. Et hoc iure utimur, ut Iudex, qui semel vel pluris vel minoris condemnauit amplius corrigere sententiam suam non possit.

Semel enim malè seu benè officio functus est. Vlp. in l. Iudex. 55. de re iudicata. ff. l. diui fratres. l. relegari de pœn. ff. l. dicere. in fi. & l. sequent. de recep. arbitr. l. 2. §. 1. de sentent. ex breuiculo recitand. C. cum similibus.

13 Quintò † fiebat relatio ad principē, suspensa executione sententię post appellationem ab ea, quando Iudex nolebat eam appellationem admittere, & statim principi manifestabat cur nollet admittere, & causā, cuius exemplum litiganti manifestare debebat. l. sciendum est. 6. de appellat. recipiend.

CAPVT V.

De usu, & necessitate appellationis, in quo explicatur initium. l. 1. de appellat.

SVMMARIA

1 *Quia vsus appellandi frequens in republica, ideo latius tractanda appellatio.*
2 *Appellationis recipiendæ, ratio ad præsidium innocentiæ, & corrigendam iniuriam iudicium pro naturali defensione.*
3 *Alioquin, si non appelletur, sententia transit in rem iudicatam.*
4 *Erit tū sententia sine appellatione ipso iure nulla, si contineat expressum iuris errorem, quę tamen in Gallia eget appellatione.*
5 *Appellatio magis respicit iniustitiā, & iniuriā, quā, rei valorem, ideo, & in minoribus negotiis appellatur.*
6 *Iniquitates reparanda quæ intelligatur.*

7. Quæ

7 *Quæ etiam apparere potest per noua producta in appellatione.*

8 *Appellandi ita facultas libera cuiq; nisi expresse prohibeatur, & non facit iniuriam Iudici.*

9 *Quare nec ipse Iudex à quo, eam impune denegare potest.*

10 *Ideo in Gallia aliquando tres latrunculatores suspēsi, quod reos non obstante appellatione incompetentiæ fori, suspendissent.*

11 *Non ideo tamen permittitur appellāti conuiciari Iudici, qui tunc potest pœnali iudicio authoritatem suam tueri.*

12 *Cum si quid Iudex noceat appellāti, possit ut priuatus reconueniri.*

13 *Generaliter quandiu dari potest ordinarium remedium appellationis, non peruenitur ad extraordinarium.*

Appellandi, vsus quam sit frequens, quamque; necessarius, nemo est qui nesciat, inquit Vlp. in l.1. de appellat. ff. quæ uerba habent cōmēdationem tituli; & primum, quod vsus sit frequens, ideo plenius tractari debeat, iuxta ea quæ tradit Paul. ī l. Legaui. 25. de liberat. legata. li. 34. ff. ti. 3. Et iura maximè applicātur ad ea, quæ frequenter accidunt. c. frequens, de rest. spoliat. c. 2. de resc. in 6. l. nā ad ea de legib. ff. Et vix vlla gens aut regnū inuenietur, in quibus non fuerit aut non sit appellandi usus. Hippodamus Euriphontis filius, Milesius, qui ciuitatum seu politiæ diuisionem inuenit, posuit unū iudiciū principale, ad quod male iudicata omnia reuocarētur, ex senibus quibusdam electis, ut scribit Aristoteles 2. politicorum. c. 6. 1

Appellationes

Appellationes etiam,& peregrina instituere sub sellia Græci primū.Et ob diffidentiam mutuā com menti sunt quasi ascititiam iustitiam; sicut si aliam rem,quę apud illos non proueniret,desiderarent,vt ait Plutarch.libello de naturali charitate in progeniē. Docet & fuisse usum appellationis apud Athenienses, apophthegma Aegisipolis Pausaniæ qui Atheniensibus de cōtrouersis mutuis aduersus eum, ad ciuitatē Megarensem prouocantibus; turpe,inquit,Athenienses, Græcos duces, minus quā Megarenses,quid ęquū bonumq.sit,scire.sicut narrat Plutarchus in apophthegmat.Laconicis.

Apud Macedonas quoq; usum appellationis receptum,excepto principe,cōstat ex iam relato antea emplo Machetæ appellantis à Philippo.

In insula Taprobane à populo regi rectores triginta dabantur,nec nisi plurium sententia quisquā captis damnabatur. Sic quoque erat appellatio ad populum.Et septuaginta iudices dabantur,qui si liberabāt reum, amplius iis triginta nulla erat dignatio grauissimo probro, ut refert Plinius lib.6.c.22.

Apud Romanos usū docet lex de prouocatione populū lata à Valerio publicola, vt Liuius lib.2.refert.Hæc ꝓuocatio lege duodecim tabularū cō firmata.vt est in prima lege 12.tab. apud Cic.3.de legib.Vigebat aūt hic usus intra Vrbē maximè,extra Vrbem verò, nō nisi ad spatiū milepass.protendebat, sicut docet Budæus ad l.si in aliā.§.cū plenissimā.de officio.proconſ.in prioribus annotationibus ad Pādectas.Et Liuius li.3.eū de comitiis circa Rhegillū agēdis tradit tractatū,famamque fuisse, locū ibi in auguradum, vbi auspicato cū populo agi posset

set: vt quicquid Romæ ui tribunitia rogatum esset, id comitiis abrogaretur: omnes id iussuros, quod Consulens vellent. Neque enim prouocationem lõgius ab Vrbe passuum mille, & Tribunos, si eo uenirent, in alia turba Quiritum, subiectos fore imperio consulari. Admonent tituli, tractationes appellationum in iure ciuili & Pontificio, usum frequentẽ appellationum, in omnibus spiritualibusq; causis & criminibus, receptum esse, ut Deo fauẽte, ple nẽ docebimus in c. de quibus appellatio fieri possit. Quid Gallia, Germania, Hispania de dicto vsu seruet, planum est sine alia admonitione.

Ratio † porro istius usus, est necessitas & utilitas appellationis, ex quibus formantur rationes appellationis introductæ. 2

Prima, ad iniquitatem & iniustitiam iudicantiũ detegendam, & ita remedium ad præsidium innocentiæ. in l. 1. de appellat. ff. & non ad defensionem iniquitatis. c. cum specialibus. 61. §. 1. de appellat. lib. 2. decretal. tit. 28. & cap. 3. eo. tit. Ita in c. ad Romanum. 2. quæst. 6. rescriptum ab omnibus, maximè ab oppressis, appellandam esse Romanam Ecclesiam. quod & de alijs Principibus intelligi par est, qui tutores & Defensores sunt subditorum. & in c. omnis oppressus. 3. eadem quæst. & causa. Omnis oppressus libere si uoluerit sacerdotum appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab illo fulciatur & liberetur, & in cap. 1. 2. 4. 5. 6. eod. quæst. & causa. liceat appellari uitiatam causam remedio appellationis releuare. Sic Curtius cons. 162. num. 8. & Purpurat. ad l. 1. num. 81. de pactis cap. dixerunt appellationem esse theriacam contra iniustæ

senten iæ

sententiæ uenenum. Defensio oppensi nō esse pos set iustior, q̃ per remediū Iudicis. Naturalis porro vnicuique permissamque defensio.l.vt uim.de iust. & iur. ff. At iudiciorū vigor in medio positus, me sibi singuli exequātur iniuriæ vindictā & vltionē.l. Nullus, C. de Iudæis.l.unica, qn̄ liceat sine Iudice se uindicare.C.c. de occidēdis, 23.q.5.c.inter qre-las.23.q.4.Neq; quisquā in cā ꝓpria Iudex esse pt. l.Iulianus.de iud.ff.l.Extat.quod metus cā.ff.l.uni. ne quis in sua cā iudicet.lib.3.c.tit.5. cap.1.4. q.4.

Et defensio debet esse cū moderamine inculpatæ tutelæ.l.1.c.vnde ui.l.8.ti.4. quæ defendēdo nō vlciscendo seruatur: talisque est, si per Iudicem fiat appellationis. Nec est singulis cōcedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit, maioris tumultus faciendi. Vlpian.in l.Non est singulis.137.de reg.iur.l.æquissimum, de usufruct.

3 Alioquin† si non liceret appellare, sententia, iniqua transiret in rem iudicatam, & standum esset rebus iudicatis.l.1.de his qui pp metum Iudicis non appellarunt.li.7.C.ti.67.primò propter p̄sumptionē iuris benè iudicasse Iudicem.l.pen.de iust.& iu. Et tanta est iudicialis authoritas, ut semper ꝓ Iudice præsumi debeat, donec contra ipsum aliquid legitime comprobetur.c.in præsentia nostra.6.de renunc.li.1.ti.9.c.sicut.& c.cū inter nos.de sent.& re iud. Et secundò, cum prętor per errorē vel etiā ambitiosè, iubet aliquid fieri, faciendum est propter authoritatem rerum iudicatarū. l. seruo inuito.65. §.cū prætor.ad senatusc.Trebellia.li.36.ff.ti.1. Tertiò, res iudicata, ubi non est adhibitum remedium ordinarium, ius facit, & ꝓ ueritate habetur. l.inge-

nuum

nuum.de ſtatu hominum.l.res iudicata.de reg. iur. Quarto, & qui non appellauit, acquieuiſſe uidetur. l.3.ut lite pendente c.li.1.tit.21.c.quod ad conſultationem.15.de ſent.& re iud.li.2.tit.27.l.3.de re iudic.li.7.c.tit.52.Quintò,quia abſolutione uel cõdẽnatione interueniẽte finitũ eſt negotium.l.1.de re iud.ff.Et dãnato per iniuriam Iudicis nocet sẽtẽtia, ſi non prouocauerit,quãuis aliis non noceat.l. ſi ſeruus plurium.50.§.1.de legat.1.Et quemadmodũ dicitur de ſententia arbitri,quẽ quis approbauit,ſibi debet imputare, & æquo animo ferre eius ſententiam, ſiue ęquam ſiue iniquam in l. diem proferre. 27.§.ſtari.de recept.arbit.li.4.ff.tit.8.

Excipere†tamen iure poſſumus, ſententiam iniquam etiam ſine appellatione inualidam eſſe,ſi contra expreſſum iuris rigorem prolata ſit, uel contra leges expreſſe.Et ſi error manifeſtus in ea contineatur;quib.caſibus ſententia ipſo iure & ſine appellatione nulla eſt,uenitq; retractãda.l.ſi expreſſim.19. hoc titulo.de app.ff.& in l.1.quæ ſent.ſine appellat. reſcindant.li.49.ff.tit.8.Si per errorẽ calculi,in plus q̃s cõdẽnet,q̃ oporteat.error facti citra appellationẽ emẽdari pôt.Eſt.n.error facti,vt ſi dictũ ſit:cum cõſtet Titium Seio ex illa ſpecie quinquaginta,ex illa vigintiquinq; debere,ideo cõdẽno eũdẽ Titium in cẽtũ.nẽpe qñ error calculi in ſententia exprimiṫ, alioquin enim ſi non exprimeretur propter errorẽ calculi.iudicatum,ut neque tranſactio, non reſcinderetur.l.1.de errore calculi lib.2.C.tit.5.

Item ſi Iudex non fuiſſe iudicatum pronunciauerit, & fuerit iudicatum. Explicat in eadem leg,1. Macer.Iuriſcõſ.quando contra conſtitutiones Iudicetur,

cetur,& sententiã sit nulla:vt si Iudex dicat, neque ætatem neque liberos ullis ad excusationem tutelæ prodesse:non autem contra constitutiones & iudicasse,si de iure pronuncians litigantis, nihil illi prodesse dicat excusationem ætatis uel filiorum.Sic in l.præses prouinciæ.27.de re iudicata,sententia,qua Iudex condemnauit ad vsuras vsurarum litigatorem,contra constitutiones, non est ipso iure nulla, oportet appellare,quia non expressè,sed tacitè est contra leges,quamuis expressè sit contra ius litigãtis,& tacitè contra l.fi.C.de vsur.& l.si non sortem. 26.§.super duplum. de condictio.indeb.libr.12.ff. titu.6.

Sicut nec dicitur contra constitutiones iudicare, qui existimat per illas,causam quam tractat non iuuari;ideo appellandum est;alioquin rei iudicatæ stabitur,ut ait Callistratus in l.cum prolatis 32.de re iudicata,lib.42.ff.titu.1.In Gallia & a sententia nulla prouocandum est.

5 Quia†etiam ad reparandam,uel imperitiam iudicis appellatio respicit,& non tam rem,quam iniuriam ex iuditio rei.Ideo & in maioribus & minoribus causis iure appellare permissum est.l.& in maioribus.ff.C.de appellation.ut latius dicemus Deo fauente inferius.

6 Intelligimus†autem iniquitatem reparandam, siue illa sit ex proposito Iudicis,siue reipsa amittatur sine proposito.quemadmodum dolum consilio, ex animo decipiendi & scientia dictum audis titulo de dolo malo.Et ex qualitate facti.l.non ex quantitate rei.l.dolus.10.C.de rescind.vend.li.4.tit.44. facit autem hoc dolo uel sordibus iudicans litem

suam,

ſuam,& tenetet damno litis.l.Filiusfam.15.de iud. ff.titu.de pœna Iudicis,qui malè iudicauit.lib.7. & tit.49.vbi pœnæ aliæ corrupti Iudicis.Item & dolū reipſa,quando in ipſa re eſt dolus & deceptio etiā ſine conſilio,ut in l.2.de reſcind.vel.c.

Proinde † ſequitur,quod propter nouas probatio 7 nes editas coram Iudice ad quem,is poſſit ſententiam inferioris corrigere,l.per hanc.C. de tempor. appellat.c.cum,Iohannes.de fide inſtrum.

Item † ſequitur ex eo,quod hoc conſilium appella 8 tionis eſt iuris communis,quod quilibet, niſi quid aliud ſpeciale prohibeat , poteſt liberè appellare: nec ideo iniuriam facit iudici , d.l.& in maioribus. C.de appellat.

Nemini iniuriam facit,qui iure communi vtitur. l.nullus.de reg.iur.ff.l.iniuriarū.§.is q.de iniur.ff.l. 1.Idemq; Marcel.de aqua pluuia arcend.20.c. cum in Eccleſia,de elect.Sicuti nec iuris executio habet iniuriam.d.l.iniuriarum.§.1.de iniuriis.l.quod Principis,de aqua pluuia arcend.ff.l.quemadmodum §. Magiſtratus.ad legem Aquiliam.ff.

Licet aliqualis uerè iniuria fieri uideatur, inquit Hoſtienſis in ſumma de appel.§.5. quando debeat fieri appellatio.& probat per legem 3.C.de ſumma trinitate.& l.ſi.quando prouoc.neceſſ.eſt.ſicut qn̄ recuſatur.in c.ſuſpicionis.de offi.deleg.l.cum maior. §.ſi libertus.de bon.liber.quia de iniquitate iudicati appellans conqueritur.l.2.qui & a quo appel. licet. ff.l.præfecti.de minorib.Nihilominus tamen ſi inſpiciamus datam facultatem appellandi à iure, qui eo beneficio utitur ſine proteruitate non uidetur iniuriam inferre.

Pro-

9 Proinde † appellans, quibuscunque modis poterit appellationem suam prosequi.l.3. in fine de appell.ff. Neque ideo, quia appellauerit, dẽt carceris cruciatus, uel cuiuslibet iniuriæ genus uel contumelias, perferre.l. minimè fas.12. de app.c. Et Iudex ordinarius qui appellationes existimat esse respuendas, quæ non ad executionem, sed aduersus sententiam, intentionem iurgiumque terminantẽ, fuerint interpositæ, triginta auri pondo iubetur largitionibus principis inferre, & alia triginta officio eius.l. quoniã Iudices.21.C. de app. In capitularibus Caroli Magni lib.7.c.252. appellantem, inquit, nõ debet afflictio vlla aut carceris aut detentionis iniuriare custodia, si liceat appellatori vitiatã causam appellationis remedio subleuare. Iure nouellarum non recipiens appellationem Iudex, damnum litis sustinet, & decem libris auri multatur.

Galba Cæsar animaduertit in Capitonẽ Iudicẽ, quod non detulisset appellationi cuiusdam rei; sed cũ is ab eo ius dicẽte prouocasset ad Cęsarẽ, statim ad se dẽ excelsiorem trãsiuisset, age, inquiens & dic cãm apud Cæsarem, eumque causa cognita damnasset, ut ait Xiphilinus ex Dione Casio in Nerone.

Adeo † fauorabilis in regno Galliæ etiã appella-10tio, maximè in criminalibus, ut tres latrunculatores qui uocantur præpositi marescalorũ, capite trũcati fuerint, eo, quod nõ obstante exceptione fori à reo opposita, & post appellationem ad senatum emissam executionem supplicii fecerãt: licet illi nõ obstante appellatione possint condemnare & exequi, si fori exceptio nõ opponatur. Rebuff. tractatu de sententiis executoriis, in prefatione nu.24.1.to.

com-

commentariorum constitutionum regiarum. Et addit ex Boerio decis.153.suspensum Iudicem laqueo, nomine Iordanum de Lisse Luteriæ, qui neptem Papæ despōsauerat, ꝙ post appellationem ad senatum emissam, & quia noluerant renunciare appellationi, Seguinum & Rhenatum ualere anno 1323. vltimo suplicio affecisset. Facit ꝙ scriptum in capitularibus Caroli Magni libr.7.capitulari 243. Placuit ut accusato, si Iudices suspectos habuerit, liceat appellare, quia non oportet denegari audientiam roganti.

Non† debet tamen appellans conuiciari Iudici à 11 quo appellat, sed mō licito appellationis esse cōtentus.l.illud sciendum est.8.in prima sic inc.hoc ti.ff. de app.ff. Et ὁ ἐκκαλεσάμενος ἐὰν ὑβρίσῃ τὸν δικαζόμενον, τύπτεται, qui prouocauit, si iudici conuiciatus fuerit uerberatur.li.8.eclogæ Basilicorum.tit.1.c.8. Alioquin infamia notatur.l.Iudici 42.de iniuriis.ff. Quia is, qui iure publico vtitur, agere non uidetur iniuriæ faciendæ causa.& iuris executio non habet iniuriam.l.iniuriarum actio 13.§.is qui iure.& §.quæ iure potestatis.de iniuria.ff. Et iniuriā ei inferēs nō tātū infamiæ notatur per dictam l.Iudici.sed ēt extra ordinaria pœna per eundē Iudicē plecti pōt. Octonia Vuestrius in introductione in aulæ Romanæ actionē li.7.c.3.n.31.quia conseruanda est dignitas & authoritas publica.l.obseruandū.de offi.præsid. l.1.de postuland.ff. Et licet unicuique Iudici etiam pænali iudicio potestatem suam defendere.

Si† quid tamen per iniuriam Iudex uel Magistra 12 tus fecerit, potest quasi priuatus iniuriarū nomine cōueniri, l.nec.Magistratibus.32.de iniur.ff. Nec tñ

ex eo, quod appellauerit qui a iudice in aliquo casu, potest in aliis ut suspectū recusare l. ait. apud eū a quo appellatur aliam causam agere compellendum li. 49. ff. li. 11. nisi forsan recusationis causa ex persona esset occasio prioris appellationis.

13 Quia † deinceps hoc remedium est ordinarium & frequens & in usu, ideo ad extraordinarium perueniendum non erit, quandiu illud locum habere poterit. arg. l. in causa. in 2. de minorib. 25. annis. ff. & expresse in l. fi. ut lite pendente, uel post prouocation. &c. lib. 1. C. tit. 21.

Cap. VI.

De supplicatione.

SVMMARIA

1 *Quatuor remedia extraordinaria contra sententias a quid appellari non potest. Principis vel alterius supremi Magistratibus.*

2 *Primum supplicatio contra sententiam. Proposition d'erreur Gallis quid?*

3 *Proponitur autem in ea error facti non iuris, & quid sit errare in facto, ex quo primo ratio propositionū, quia factum decipere prudentiores potest.*

4 *2. Ratio, quod errare non censetur iure Princeps, qui omnia iura in scrinio pectoris censetur habere.*

5 *Cur autem supplicatio permissa, ratio est, ne quis decipiantur authoritate principali.*

6 *Item, quod æquum sit errorem facti a Iudice uel litigante procedentem corrigi.*

7 *Et quia proprie non censetur iudicatum, quod per errorem iudicatum est.*

8 Nec

8 Nec iustitiam postulatam Princeps contra malè iudicatum denegare iustè potest.
9 Supplicatio impetrata quando impedit executionem sententiæ, contra quam supplicatur sine cautione.
10 Praxis supplicationis seu propositionis erroris in Gallia est contra Aresta parlamenti.
11 Apppellationis & supplicationis tres differentiæ.
12 Ponuntur & 6. aliæ postea.
13 Duæ aliæ ratione finis.
14 Praxis in Gallia circa executionẽ Arestorũ impetrata supplicatione, & de cautione exequentis idonea.
15 Neq; tamen suspẽditur executio etiam per rescriptũ Principis mandantis pendente reuisione suspendi executionem.
16 Decem casus, pro quibus non admittitur supplicatio.
17 Argumenta quædam resoluta, quæ proponuntur ad inhibendam supplicationem ne concedatur.

SVNT† alia extraordinaria quatuor remedia contra sententias, à quibus non licet prouocare; supplicatio, querela, restitutio, reuisio, de quibusdã fit mentio in l. diui fratres. 27. de pœnis. ff. Et in omnib. est quædam retractatio & reuisio processus, quæ ab ipso Principe uel olim à Pręfecto prætorio, à quo nõ appellabatur, solũ permittebatur, ut ait c. 12. §. nros tamen Iudices. Nouellæ 82. de iudicib. Vbi hæc reuisio, uocatur ἀναψηλάφησις, retractatio. Et in cõstitutionibus Gallicis, literæ gratiæ, ut in constitution. Philippi XI. anni 1479. 1

Supplicatio† hic est quædam petitio, facta Principi cum concessione seu facultate proponendi errorem facti contra iudicatum, quod per appellationẽ 2

etiam par est, quod de præfecto prætorio dixit Archadius Iurisc. ab ipsis appellandi facultatẽ esse interdictã; Credidit.n.princeps, eos, q ob singularẽ industriã, explorata rerũ fide & grauitate, ad huius officii magnitudinẽ adhibẽtur, nõ aliter iudicaturos esse ꝓ sapiẽtia ac luce dignitatis suæ, q̃ ipse esset iudicaturus. ĩ l.vn.de offi.pf.ptor.li.1.ff.ti.11.&c.

Nec obest l.1.de sentent. præfectorum prætorio lib.7. C. tit.24. ubi supplicatur contra sententiam prætoris, si contra ius se læsos affirment. quia contra ius litigatoris, non contra constitutiones iudicatum intelligitur, ut ibi notat gloss.

Rationes † porro, cur inuentæ sunt supplicationes & permissæ ubi appellatio locum, nõ habet, potuerunt quædam dari. 5

1. Ne inde oriatur iniuriarũ occasio, vnde iura nasci debent l.meminerint.C.vnde vi.c.qualiter in 1. de accusat.c.Nõnulli de rescrip.cũ nemo authoritate principali decipi debeat.l.1.de his qui veniã ętatis.impetrauer.li. C.tit.45.ꝙ tñ fieret, si Princeps absq; remedio pateretur à iudicibus supremis, ꝑꝑ snã authoritatẽ, ob q̃ prohibetur appellatio, iniuria affici.litigantes per iniquam sniam: quemadmodũ dicitur de appellatione propter iniuriam reparandam admittenda l.1.de appellation. Et de alia iniuria non tolleranda quæ iure non fiat l.1.de iniur.ff.

2. Rõ, † aut error facti fuit ex ęquiuocatione Iudicis, uel ex suggestione falsa litigantis: & in utroque casu, æquum est subuenire ex his male iudicato. Nã quod ad Iudices pertinet, nõ dẽt pudere eos, errorẽ suum corrigere, qui in sede positi sunt, ut aliorũ corrigãt errores. Alioqn corã Iudice Deo redditu- 6

 rira-

Lu.16.ca.Lu.6 c. ri rationem.vt in qua mensura mensi fuerint, remetietur eis.c.qualiter & quando, in 1.de accusation. Et melius est seipsum corrigere, quam ab alio expectare correctionem.§.1.de nuptiis,nu.22.Quod ptinet verò ad litigantem, qui obtinuit contra alium per errorem Iudicis, æquũ nõ est, illum locupletari cũ alterius iactura.l.Nam hoc natura. de condit. indeb.ff.l.iure naturæ de regulis iuris ff.c.locupletari.eo.tit.in 6.Sed dolus aduersarii nõ iudicũ allegari põt,l.præfecti. de minori.25. ann. Gaudere ét iudicato multo minus litigans debet, si falsum supposuerit, quia ex dolo suo nemo debet lucrum cõsequi.l.non fraudantur. §. Nemo de reg. iur. ff.l.ne ex dolo.12.de dolo malo.ff.l.itaque fullo, de furt.ff.

7 Tertio, non censetur propriè iudicatum, quod per errorem iudicatum est, siquidem consensus & mẽs iudicãtis.deest in eo, quod indicare se arbitratur quod non est tale. l. si quis per errorem. 15. de iurisd.omn.iud.ff.l.cum testamentum.8. & l.nõ idcirco.9.C.de iuris & facti ignorant. lib. 1. C.tit.18. maximè, quia Ius ex facto oritur. l.si ex plagis.52. §.Tabernarius.ad legem Aquil. ff.

8 Postremo, † nõ esset officiũ Principis, ubi ei aut eius Cancellario cõstat de modis probandi errorẽ, reiicere à retractatione petenda malè & per errorẽ iudicatorũ.Iustitiã enim negare nõ põt. Quare forma impetrandi cõcessionem seu admissionẽ supplicationis, hẽt, vt qui eã suppliciter petit, narret in ea petitione errores: & media, q̃b. illos sit ꝓbaturus, exponat. Solẽt.n.ĩ supplicatione notari articuli expresse errorũ, quos Cãcellaria noĩe regis, si sint verisimiles & sufficientes, Sigillo claudit, & clausa

suppli-

supplicatione dirigit rescriptũ vel literas ad eũdẽ senatũ vel Iudicem qui iudicauit, vt secundum articulos ꝓpositos, si illi probentur, Ius dicat supplicãti. Et proinde qui impetrauit, virtute literarum regiarum, uocat aduersarium, qui obtinuit. vt compareat ad uidendam depositionẽ multæ, quæ fieri debet ante pręsentationem literarum; posteà adit senatum vel Iudices, petit recipi cõcessionem supplicationis, & aperiri articulos, & secundum eos iterũ in causa agi.

Iure † supplicatio in causa retractationis sententię, si proponatur intra decem dies ab eius prolatione, non potest sententia executioni demãdari, nisi data fideiussione: si uero post decem dies: põt executioni demandare sine cautione; potest impetrari supplicatio intra biennium iure nouo, semel & non iterũ, si succuberit in prima impetratione. l. si quis aduersus. 5. & authent. quæ supplicatio, de precib. Imperatori offerendis. li. 1. Cod. ti. 10. & in ca. 5. §. Aliud ad hoc capitulum. Nouella 119. vt spõsalitia largitas proprius sit contractus. 9

In † Gallia nemo potest contradicere Arestis curiarum supremarũ, sine literis Principis seu eius Cancellarię: vt liquet ex cõstitutione Philippi 6. anni 1344. Nec ꝑ viam cõtrarietatis Arestorũ, aut nullitatis, sed tãtum per propositionẽ erroris, vt statuit Frãcisc. I. cõstitut. edita anno 1545. artic. 7. Qui volũt impetrare literas propositionis erroris, tenẽtur prius deponere, & consignare summam 240. librarũ parisiẽsiũ ex cõ stitut. Francisci. I. anni 1539. articulo 136. 10

Tempus, intra quod debent impetrari literæ pro

positionis erroris, est bienniũ, etiam ex constitutione Phil. XI. anni. 1479. Lodouici XII. anni. 1499. articulo 8. Lodouici XI. in expressa constitutione. *touschant les propositions d'erreur.* & correctũ ius antiquum Gallicum, quo usq; ad triginta annos licebat supplicare, ut ait Chassan. ad proemium cõsuetud. Burgund. ad uerb. *Nos parlaments.*

Debet iudicari intra quinquennium ex constitutione Francisci I. anni 1539. art. 138. & Henrici II. ann. 1549. artic. 5. & 6. nisi per impetrantes non steterit, quo minus indicentur literæ, ex constitutione Hẽrici II. anni 1549. Iure non est definitum tẽpus, sed in hoc imitabit appellationẽ, quæ debet terminari intra annũ uel bienniũ. authent. ei qui appel. & l. fi. §. Illud de temp. appellat. c. sicq; in supplicatione notat gl. fi. in fine. ad l. unic. de sentent. præfectorum prætorio. per uerbum forte.

Hodie in Galia ex cõstitutionibus regiis intra annũ tantũ pót proponi supplicatio hęc cõtra Arest. Refertur Arestũ magni cõsilii Galliæ diei 26. Aprilis, anni 1548. quo Franciscus Corbinus declaratus fuit, nõ recipiẽdus in supplicatione ꝓponẽda, eo ꝙ nõ impetrasset, nec cõsignasset seu deposuisset multã intra annũ, quãuis citasset aduersarium ad quintum diem post annum: atq; vltra multatus est.

Sed & in comitiis habitis apud Moliẽses Carolo IX. anno 1566. in declaratione articu. 14. inhibetur Cancellariis, ne recipiant supplicationes post sex menses à pronunciatione Aresti, nisi fundamentum habebant in minoritate impetrantis.

Sunt hic de supplicatione multa consideranda, & quando, & intra quæ tempora finiri debeant,

beant, & in quibus casibus non admittantur, quæ, quia non pertinent præcise ad institutam tractationem de appellationibus, prætermitto; & videri poterunt apud Rebuffum tomo 1. Commentariorum constitutionum regiarũ, tractatuum de supplicationibus seu errorum propositionibus.

Adijciam† tamẽ supplicationem defferre ab appellatione potissimũ in sequẽtibus ex d. Rebuff. q. 11. dicti tractatus. Nam regula alioquin est extra differentias à iure scriptas, quę locum habent in causa appellationis optima in causa supplicationis, l. fi. §. pen. de tempore appellat. c. & ita Ang. & Salicet. & gl. fi. ad l. vnicam de sententijs præfect. præto. C. 11

1. Quod appellatio est remedium iuris cõmunis. l. 1. de appellat. ff. cum similibus. Supplicatio ex gratia, & benignitate admittit, Auth. q̃ supplicatio, de pcib. Imperatori offerẽd. c. ex literis de in ĩteg. rest.

2. In criminalibus appellare licet, l. non tantũ de appellat. ff. supplicare non: quia ea proponit errorẽ: & tantum venia, non retractatio postulatur. l. nemo deinceps. 3. de episc. audiẽt. C. l. ad bestias d̃ pœ. ff.

3. Appellatio regulariter suspẽdit executionem iudicati. Rubr. Nihil nou. appel. pend. ff. l. appell. 3. C. de appellat. lib. 7. tit. 62.

Supplicatio nõ, siue intra dies decẽ supplicet, nã tũc cũ fideiussione, siue post, q. a, & sine fideiussione executioni demãdat sẽtẽtia. Auth. q̃ supplicatio. de pcib. Imperat. offerẽd. Gui. Pa. dec. 50. Reuisio tñ in Camera Imperiali suspẽdit executionẽ ĩ ordinationibus Caroli V. part. 3. ti. 53. Gail. 1. obseru. c. 155.

4. Appellari† debet efficaciter intra decem dies hodie tantũ, Auth. hodie de appellationib. Suppli- 12

cari autē pōt iure ſcripto,intra biēniū. dicta Auth. quę ſupplicatio.& ī Gallia iuxta tēpus definitū. Et ſi pars poſt biēniū iure, datū,& in Gallia etiā poſt tempus impetraret,deberet cōdemnari ad damna, & expenſas,& duplici multa, quam *amendam* dici mus;niſi Princeps didicitis,& compertis cauſæ me ritis,aduerſus huius temporis ſilentium reſtituat, quod non ſolet facere,aut contra conſtitutiones reſcribere, vt ait Imbertus li. 2. niſi ꝓteſtata pars ſit, & impedita fuerit iuſta excuſatione nō impetraſſe intra tempus:vt notat Rebūffus tractat.de ſupplica tionib.q.9.n.57.& 58.Videnda deciſio Matthei de Afflictis.78.incipiēs,In cauſa firma ī de Racaneto.

5.In appellatione de iniquitate iudicis à quo ap pellatur,quæritur.d.l.1.de appellation.ff.l.apertiſſimi.C.de iudicis In ſupplicatione de errore tantum.in l.præfecti.de minori.25.ann.ff.

6.De appellatione cognoſcit alius quam iudex à quo appellatur.c.2. de conſuet.in 6.c.de appellat. ī 6.De ſupplicationis verò cauſa,qui ante iudicarūt vel ſoli,vel cū illis aliis adhibitis.d.Auth.quę ſupp.

7.Appellari poteſt bis à diffinitiua ſentētia.c.Ne liceat ī una eadēq; cauſa tertio ꝓuocare. li.7.ti.70. Supplicatur tantum ſemel.l.ſi quis.C.de precib.Im peratori offerend.quod,& in Gallia firmauit conſti tutio Henrici tertii 1579.artic.146.

8.Ante ſententiam appellare licet utroq; iure,ci uili,in l.2.de appel.recip.ff.canonico, c.1.de appe, in 6.quandocunq; grauamē infert.c.vt debitus honor,& appellatio.Tn ſupplicare nō licet niſi poſt a reſtum,& iudicatum,d.Authent.quæ ſupplicatio.

9.Quilibet Iudex ſuperior admittere pōt appel lationem

lationem,ut ordinariam,tit.de appellat. Supplicationem uerò,nō,nisi princeps.d.l.si quis. & Auth. qua supplicatio.

Ratio,quia ꝑ iudicatū diffinitiuē aresto uel sententia eius à quo appellare nō licet, iā ius quæsitū vr̄ ei,pro quo lata est snīa.l.Ingenuū, de stat. hom. ff. Nemo aūt,extra principem,præiudicare pōt iuri alterius,qui ēt non censetur præiudicare,nisi expresse id dicat.l.2.§.si quid a principe, ne quid in loco publico.ff.l.Lucius.de euict.ff.Neque suā, uel prædecessoris sententiam Iudex potest rescindere sine principe,snīam,l.1.§.fi.de quæst.l.moris.de pœnis.ff.l.2.& 3.sententiam rescindi non posse. C.

10.In † appellationis sententia pronunciatur benè aut malè iudicatū.l.eos.C.de appellationib.sed in supplicatione pronunciatur erratū fuisse uel nō erratum: & ita infirmatur uel confirmatur iudicatū: quanquam Panorm. malè notauerit ad c.ex literis. in vlt.notabili,de in integrum restitutione,nō procedi in causa supplicationis ad infirmandum uel confirmandum sententiam.

Finis tamen supplicationis est,habere permissionem proponendi & probandi errorem facti, cum alioquin sine illa permissione non daretur aditus, ne lis ex lite oriatur, per l.terminato. de fructibus & lit.expens.c.l. apertissimi C.de iudiciis.

Nam reliqua quæ permissionem sequuntur communia sunt cum aliis iudiciis, nempe probationes errorum,& defensiones:quæ proponuntur in reuisione processus.

11. Licet tertio die appelletur in eodē articulo & sententia: tamen in integrum restitutio petitur, & sup-

& supplicatur contra res bis iudicatas.l.minor aut Magistratus. 19.§.Denique ibi.cōtra res bis iudicatas,de minori.Et ita distinguit Specul.li.2.par.3.ti. de app.§.8.quoties appellandum sit.n.4. Citat &c. tum ex literis.§.pen.de in integ.restit.c. Cum cā. de re iudicata.Nec obest, vt quod appellatio in maioribus hoc restitutio in minoribus operatur.l.p̄ses de minoribus.Nam petens restitutionem,vtitur iure speciali,appellans verò iure cōi.c.omnis oppressus.2.q.6.Ideo aliud ius in utroque. l.Centurio. de vulga.c.Non exemplo.25.q.2.c. sanè de priuileg.

14 In†praxi ēt supplicatio, licet intra tempus decē dierum,& in scriptis, vt decet, fuerit interposita, non impedit, nec consueuit impedire executionē sententiæ Curiæ parlamenti,si pars victrix præstet idoneam cautionem de restituendo vel de reducēdo rem in pristinum statum iuxta.Authent.quę supplicatio.de precib. Imp.offerend. Et sic seruat stylus Delphinalis parlamenti, inquit Guido Papæ,q. 50.incipiente.Quia hæc curia.Vbi & notat hāc cautionem præstare debere ante executionem, si supplicatum intra decem dies,nō,si post decem dies. Et hoc seruat stylus iuxta dictam authentic. Notat tamen dictus Guido Papæ in d.loco, nu.3.quod si ille qui obtinuit sn̄iam, contra quam supplicatur, fecit diligentiam de reperiendo cautionem ut possit exequi,& ullam non repererit,eo casu debuit,recipi eius iuratoria cautio,per Authentic.Generaliter.de Episc.& Cler.C. Et ita resolutum fuisse in Senatu Delphinali tradit idem decisione 189.incipiēte,Circa materiam Authenticæ, q̄ supplicatio.&c. eiusque iuratoriæ cautionis formam esse ait, quod

pars

pars iuret, quod credit se non posse fideiussores reperire, & quod faciet, quod faciendum est. gl. in l. 1. qui satisdare cogantur. Neq; requiratur alia indagatio fideiussorum, ut dicit Odofred. in d. Auth. Generaliter. Forsan hoc esset intelligendum, ubi quis obtinuit, & vult interim exequi pendente supplicatione post decem dies, non est suspectus.

At si suspectus sit, non debeat admitti eius iuratoria cautio, neq; audiat, nisi det idoneã cautionẽ, iuxta ea, q̃ tradit Bar. ad l. omn. de iudiciis. ff. Et forsan tũc erit res sequestrãda secũ dũ ea, quæ scribit Gof fred. in summa de sequestra. posse. & fruct. §. Generaliter, vers. 3. quid circa. Super cautione danda referuntur duo aresti contraria Senatus Parisiensis, vnum anni 1341. 2. Septemb. quo nullus admittendus ad ꝓponendũ errorem, absq; bocca & sufficiẽte cautione, quãuis id iubeatur literis regias. Aliud 24. Iulii 1337. quo quidam Guillelmus des Olives admissus est ad proponẽdũ errorem, dando cautionem quã potuisset inuenire tam regi quã parti. Rebuffus tñ in tract. de supplicationib. seu errorẽ ꝓpositione. q. 7. n. 38. in to. 1. Commentariorum in cõstitutionis regias, ait. Ego non vidi cautionem dari in hoc regno Franciæ, sed executionem faciendã pendente processu pronunciauit Senatus (Parisiensis) anno 1540. die 4. Ianuarii. & numer. 39. Imò, inquit, fuit, fuit iudicatum in eodem Senatu, quod arestum executioni demandaretur, pro illo etiam, qui errores allegabat in aliis articulis, in quibus non dicit erratum & numero 40. Non tamen fiet executio, inquit, quoad expensas aresti, sed expectabitur sententia confirmatoria propositionis erro-

ris

ris,uel infirmatoria, ut refert iudicatum in magno consilio Neapolitano Matthæus de Afflictis decis. 231. Verum in Gallia seruatur contrarium, ut exequi tam in principali,quàm in expēsis liceat, vt ait God.Rebuff.in tract.de sententiis executorialib.artis.16.Et est ordinatio regia i Rub.*des causes possessoires beneficiales.* artic.12.per regulam Accessorium.

15 Respondit † etiam singulariter in hac materia Guid.Pap.q.420.incipiente,In hac curia Parlamenti, rescriptum impetratum a principe per uictū in snīa,ut sententia non mandetur executioni, donec de meritis causę reuisionis fuerit cognitū, non valeat,quia sit elicitū cōtra stylū & consuetudinē curiarum & contra Ius.per l.probatorias.de diuers.offic.lib.12.C.§.f.vt diuinæ iussion.Nouella 114.l.Rescripta.de precib.Imperatori offerend.C.

Et talia rescripta censentur subreptitia,nisi in illis fiat mentio de contraria consuetudine & stylo, cū clausula,non obstante.Bal.ad l.omnes.4.quæst.si contra Ius vel vtilitatem publ.

Ratio,quia in talibus rescriptis debet pars citari quę lædi posset,& aliter non valent.Glo.ad l.ita diuus,de adopt.ff.& Bar.in l.Adoptio.d.tit. Alioquin enim,si aduersarii uel cuiusquam alterius tertii non oriretur ex rescripto moratorio præiudicium.impediri non posset eius effectus.l.quoties.de precib.Imperatori offerend.C.

Quæ procedunt,ut dictum,nisi Princeps vteretur plenitudine potestatis,iubendo suspendi executionem, & non obstantibus constitutionibus contrariis,ut notatur in ultima additione dictæ quæs.420. Guid.Papæ.quia princeps,ut potest legem immutare,

tare,sic etiam ex causa,quę semper ei inesse præsumitur,pōt tollere ius alteri quæsitū,ut plurib. pbat Alex.cons.2.n.19.& 20.uol.1.incip.u sus codicillis.

Inter casus,pro quibus non admittitur supplicatio,insigniores sunt sequentes. 16

1. Ne post biennium uel annum in Gallia, ut dictum est,impetrari possit,uel post cōstitutum aliud tempus.

2. Ne bis uel ter permittatur,d.Auth. quæ supplicatio.

3. Si arestum,contra quod supplicatur, sit cō firmatorium duarum sententiarū.l.vn.ne in una eademq; causa liceat tertio prouocar.&c.

4. Vt in possessorii sententia non admittatur supplicatio ex edicto Ludouici XII.reg.anni 1499. artic. 88.& Franc.1.anno 1535.artic.96. quia potest reparari factum in petitorii sententia. l. unic. si de momentanea possess.fuerit appellat.lib.7.tit.63.C.

5. Pro re modica & uili.l.scio,de in integrum rest. l.si oleum.§.fin.de dolo malo.ff.

6. Non pro errore iuris sed facti.

7. Non recipiantur in sententiis criminalibus,quę statim executioni demandatur.l.cum reis.de pœ.c. ea sunt.2.q.1.uel ueniam exquirūt principis, quę tamen solet denegari in grauiorib.criminibus, ut Maiestatis,l.quisquis.ad l.Iulian.Maiestatis.C.& ita phibetur quoq; supplicatio in l.1.c.de Nili aggerib.non rumpendis.li.9.tit.38.Imber.in institutionib. forensibus lib.2.§.sed si appellationem.

8. Si litigans seu pars semel acquieuerit sententiæ uel aresto, non posset amplius supplicare, quia & non liceret appellare.

Nec

9.Nec supplicatur prætextu iniquitati sententiæ. de quibus omnib.& aliis uide Rebuffum prædicto tractatu de supplicationibus uel errorum propositionibus,tota quæst.9,

10.Non supplicatur contra sententias interlocutorias,quia possunt per diffinitiuam reparari.Sic non habet locum remedium extraordinarium supplicationis uel alterius generis retractationis contra arestum prouisionale non diffinitiuum, ut dictum a Senatu Parisiẽsi anni 1344.die 15.Maii. Refert Papius li.19.Rapsod.arestorum,tit.8.ar.7.quia prouisio nõ facit ueritati præiudicium,quæ in decisione haberi poterit,ut in l.si Iudex nutrici.10.de his qui sũt sui uel alieni iuris.ff.nisi forsan haberet uim diffinitiuę. Veluti si in aresto retractando quis damnatus esset ad emendam honorariã,pro qua suspenderetur iudicatũ,& in aliis exequutioni mandaret,ut dictũ 9. de actionib.anno 1550.paris.Reb.li.19.art.8.

17 Obesse † uidetur supplicationib. ut non permittantur, emendatio post sententiam terminato per illam negotio.l.2.ut lite pendẽte,uel post prouocationem aut diffinitinam sentenriam nulli liceat Imperatori supplicare.lib.1.c.ti.21.ubi 2.Rubrica probat ibi;per diffinitiuam sententiam. Sed hoc intelligitur dę diffinitiua sententia a qua prouocari potuit,& non est prouocatim,& ita acquieuisse uidetur damnatus sentẽtiæ l.1.& fi.C.eo.ti.ut lite pẽd.l. 1.de his qui propter metũ iudicis non ap.li.8.C.tit. 67.eodem modo tollitur.l.3.de errore aduoca.li.2. ti.10.Vbi sententia nocet,quia non appellatũ cum potuerit per appellationem emendare errorem coram iudice ad quem l.creditor.28.§.Iussus de app. ff.Eo

ff. Eodem modo explicatur lex sententiam rescindi non posse. li. 7. C. tit. 50. & l. fi. C. quomodo & quãdo Iudex sententiã proferre debeat. li. 7. C. ti. 43 de sententia a qua non est appellatum, cum posset appellari. Item obesse uidetur. l. causas 16. C. de transact. li. 2. ti. 4. ubi causæ transactione decisæ rescripto principis non suscitantur Simile autem iudicatum transactioni iudicatum. l. non minorem. 20. C. eo. tit.

Sed soluitur, non in omnibus esse simililitudinem, maxime in hoc, quia per transactionem quis uidetur sciens prudẽsque ius suum renũciasse & acquieuisse incertis. At in sententia prætoris nequaquam, quia in inuitum ius redditur. l. in stipulãtem §. 1. de uerb. obligationib.

Posset etiam prætextu erroris, ut reliqui contractus, resuscitari. l. si quis cum aliter. de uerb. obliga.

Nõ obest, quod iniuria uideatur fieri & principi & aliis, contra quorum sententias suppliciatur, qui tales ex fide constituti sunt ut neq; fallant neq; fallantur, ut dicitur de ponderatoribus constitutis per singulas ciuitates in l. f. de ponderatorib. li. 10. C. ti. 71. Nam hic error prætensus differt ab errore iuris, in quo non debent falli.

CAPVT. VIII.

De querela contra sententiam.

SVMMARIA.

1. *Secundum remedium extraordinarium contra sententias querela, Gallis* requeste ciuile.
2. *Quare ciuiles literæ, & iustitiæ.*
3. *Querelæ diffinitio, & quis concedat & contra quod.*
4. *Causæ ex quibus concedatur, ut si ex falsis iudicatum.*

5 *Aut per dolum.*
6 *Aut inuenta postea fuerint instrumenta principalia.*
7 *Si iudicium latum super contractu simulato uel per collusionem.*
8 *Si qui obtinuit, dicat se iniuste obtinuisse, uel ex periurio.*
9 *Si alia iusta causa appareat, ut negligentia procuratoris.*
10 *Supplicationis & querelæ differentia quatuor.*
11. *Alia 5. in tempore impetrationis concessæ, & 6. in forma iudicandi.*
12 *Differentiæ querelæ & appellationis.*

1 SEcundum † remedium extraordinarium contra sententias, quibus appellare non licet, dicitur Querela, in praxi uero, requeste ciuile, ciuilis, legitima, legeq; probata.

Forma sumpta est harũ litterarũ ex l. si prætor. §. Marcell. de iudic. ff. ubi si per dolum sciens falso aliquid allegauerit, & hoc modo cõsequutus est sñiam prætori liquido fuerit approbatum, existimo, inquit Marcellus, iudicem debere querelã rei admittere.

2 Istæ † litteræ dicuntur impetrari in formã supplicationis ciuilis, & sunt litteræ iustitiæ. Ciuile dicitur quod a iure ciuili receptum est, ut in l. 1. de priuat. delict. li. 47. ff. ti. 1. facit l. Inciuile. 24. de l. ff. l. Inciuile. & l. ciuile est. C. de fur. Alexand. Imp. Ciuile est, qd a te aduersarius tuus exigit, ut rei, q̃ apud te esse, fateris, exhibeas uenditorem. Nã a transeunte & ignoto te emisso, dicere nõ cõuenit uolẽti euitare alienã bono uiro suspicionem. Et ciuilis supplicatio dicitur, quæ iuxta æquitatẽ & iuris decisiones admitti

mitti digna sit. ut in l. 1. de re iud. lib. 7. C. titu. 52. Rebus quidem iudicatis, inquit, standum est; sed si is, qui condemnatus est, rem furto subtractam resti tuere, probet rem penes dominum esse, exceptione ei subuenitur. Nec facilè admittuntur huiusmodi supplicationes; si incolorarè desideratur restitutio aduersus specië in adiutorio principis finitam. l. mi nor autē. 19. 151. vers. §. Seuerus. de minor. 25. ann.

Atque in tota 35. quæst. 9. disputatur hęc quæstio vt in c. 1. & 2. docetur, ea quæ semel decisa sunt & ordinata, nulla debere in posterum refragatione turbari, quia ordo iudicialis confunderet, si appel latione iuuentur qui dissentiunt. At in c. 3. docetur, corrigendum, à nobis illicitè aut à predecessoribus admissum. Idem in c. 4. & 5. ead. quæst. & causa.

Ita rescriptum iustitiæ est, quando causa proponitur, ex qua recognitio suadetur iure, ut in clausu la illa. Si quia mihi iusta causa uidebitur, in integrū restituam, prætoris, contineatur in l. 1. Ex quibus causis minores in integrum restituantur. lib. 4. tit. 6. Et ita causa iusta exposita principi, is mandat iudicibus, ut iuxta legum cēsuram negotium cogno scant & iudicent. ut in l. 1. de precibus imp. offer. c. ibi. Nobis hortamēto fuit, ut præfecto prætorio iux ta annotationis nostræ decretum demandaremus, quem adire cura, ut auditis his, quæ in libello contulisti, & reos inuestigare, & seuerissimā uindictā, iuxta legum censuram exigere curet.

Querela † itaque dicitur supplicatio facta princi- 3 cipi contra arestum vel sententiam latem ab eo iudice, à quo appellari nequit, porrecta ab eo, qui per dictam sententiam læsus est dolo aduersarii uel

 aliter;

alter, habens rescriptum retractationis negotii.
ii Supplicationis nomen pro genere quæ ad plura pertinet, ob quæ supplicatur vel præces offeruntur principi uel aliis. Restringitur autem hic ad hypothesim ad preces petẽtes retractationem aresti uel iudicij, quod lædere putatur impetrantem rescriptum.
Principi hodie uel eius Cancellariæ, quæ stabilita est in loco Parlamenti, fit hæc supplicatio querelæ, & impetrantur istæ literæ, nec una curia contra aliam potest procedere uel concedere easdem.
Dixi etiam contra sententias, à quibus appellari nequit, impetrari. Nam extraordinarium est remedium, quod non competeret, si ordinarium appellationis competeret, ut dixi in supplicatione, l. in causa de minorib. 25. annis. ff.
Sententia autem uel arestum perfectum dicitur, quando pronunciatum iam est, & nihil addi potest, ideo tunc ad hoc auxilium peruenitur. Nam istæ literæ querelæ ante non impetrantur, sed postea ex permissione principis. Alioquin determinatum in sua forma remaneret. l. vnic. de sent. præfect. prætorio c. l. 1. & 2. à quib. appell. non licet. ideo istæ literæ diriguntur parlamentis, à quibus processit iudicatum retractandum, & præsentatur curię sedẽti in prima classe: non aliis. Vocant *la grande chambre.* & ibi repręsentant & discutiuntur, & nõ in aliis Cameris. Citantur itaque partes, antequam iudicentur vel videantur, per l. de vnoquoque. de re iudicat. ff. tit. 19. de re iud. lib. 2. tit. 1. quod & in alijs negotijs seruat, ut præsentibus vel vocatis quorum interest,
tracten-

tractentur l.fi.C.de author.præst.l. Nam diuus.de adop.ff.l.in cāæ §.cā.de minorib.25.ann.c.Archiepisc.de temp.ordinat.c. Archiepiscopus.65. dist.

Mandat aūt Princeps curiæ,ut super articulis cōtētis in supplicatione clausa & emissa cōiūctim cū codicillis,prospiceat & prouideat de remedio cōueniēte æquoque, & ex gratia, & scdm suā sniam, sicuti iubet æquitas seruari,in l.placuit.de iudic.C. Aequitatem tamen intelligere debemus iuri conformem.

Aequitas & gratia in his literis perpenditur, qđ alias de rigore iuris,ut dictum est,non datur retractatio rei iudicatæ & sententiarum prolatarum ab illis à quibus appellari nequit.

Præterea vult princeps ex gratia succurri, ut si fortan mulier, vel vir rusticus ex omissione allegationum læsus sit, vt in l.1. circa finem, ibi potes ei decreti gratiam facere. de quæst.1.ff.

Causæ† propter quas datur hoc rescriptum quę relæ inter alias & hæ sunt. 4

1. Si pars falsum allegauerit, ex quo uerisimiliter arestum fuerit sequutum. l.si prætor.75. §.Marcellus.de iud. ff. Marcellus notat. si per dolum sciens falso aliquid allegauit, & hoc modo consequutum cum sententia prætoris liquido fuerit approbatum, existimo debere iudicem querelam rei admittere.

Diuus Hadrianus aditus per libellum à Iulio Tarentino, & iudicante eo, falsis testimoniis, conspiratione aduersariorum, testibus pecunia corruptis, religionem iudicis circumuentam esse in integrum causam restituendam rescripsit. & si qua à iudice tā malo exemplo circumscripto iudicata

 essent,

essent, ut refert Callistratus in l. diuus Hadrianus 33. de re iudic. ff. lib. 42. tit. 1.

Item in l. 1. Si ex falsis instrumentis uel testimoniis iudicatum sit, lib. 7. c. tit. 58. Seuerus & Antoninus rescripserunt, sententiam latam, prætextu instrumentorum falsorum rescindi, tribus concurrentibus & conuenientibus si falsa sint producta, & de falso non sit cognitum, & propter illa falsa sit iudicatum, quod prodest ad tria, ad sententiã rescindẽdã, ad executionem impediendam, & ad solutũ repetendum: vt ibi notat Bar. per leges tot. tit. Et ita secundum Alex. Cæs. in l. 2. c. eo. Et qui non prouocauerint, si instrumẽtis falsis se uictos probare possunt, cum de crimine docuerint, ex integro de causa audiuntur. Et in l. fi. eo. tit. requiritur, quod Iudex sit in iudicando sequutus fidem instrumenti uel testimonij falsi, ut in c. cum I. & A. 22. de sent. & re iudicat. Præsumitur autem ex his falsis fuisse iudicatum, si nihil in contrarium probatum fuerit, ut notat. in c. licet causam. 9. de probation. lib. 2. tit. 19. ad uerbum opponi, Modestinus in l. qui agnitis 11. de exception. lib. 44. ff. tit. 1. tradit exceptionẽ rei iudicatę non posse opponi, si ex falsis instrumentis iudicatum sit & solutum eius nomine repeti. Atque Leo & Antoninus Cæsares in l. si ex falsis 42. transact. lib. 2. C. tit. 4. Transactionem initam super falso, in eo retractari tantum articulo, quod ex falso instrumento processit, cæteris capitulis firmis remanentibus.

Exceptio falsi non tantum ante sententiam, sed etiam post, potest opponi. c. licet causam. 9. §. 1. de probat. c. in nostra. de procurat. l. querelã. de fals. c.

Secun-

Secundò † causa sufficiens ad querelam esse potest, si arestum per dolum aduersarii obtentum fuerit, quod aliter obtentū nō esset. d.l. si prætor. §. Marcellus, ubi si p dolū sciens, &c. Puta, si per obreptionem vel fallaciā forensem. vocant *par suprinse* nempe si dolus esset ex consilio commissus: alioquin si dolus re ipsa interuenisset, opus esset restitutionis codicillis nō querela. arg. l. si ex falsis, de trāsact. c. & diuus 33. de re iudic. ff. pōt etiā esse erroris proprii professio, quæ releuet cōdemnatū in facto. Exēpli gratia, si vir credat, & fateatur vxorem esse prægnantem, & non sit: aut dicat contra non prægnantē, nec talis inueniatur. Vlp. l. 1. §. si omnes. uers. Cæterū, de vent. inspic. ff. li. 25. ti. 4. si pater credens falso rumori, filium esse mortuum, & sic ab actione sua exclusus iudicio sit. Nam causa iudicii comperta falsa non subsistit iudicium. Pompon. in l. quæsitum. 2. quādo actio de peculio annalis sit. vel si dicat īpetrans, quod fuerit prohibitus producere instrumenta, quia minor, quia detentus ab inimicis, aut per aliam vim maiorem hostium, ex quibus documenta sua fuerant detenta vel confiscа, aut consumpta, & quod nuper inuenit protocolla: quod per negligentiam tutorum vel curatorum suorum non fuerint allegata uel producta. aut si dicat, pendente tempore, quo item erat ad arbitros, non plenè instructum processum iudicatum, aut post mortem actoris uel rei processus non instructus fuerit ita nulliter decisius, vt ait Iulianus in l. de quā re. 74. §. fi. de re iudicata l. 2. quæ sentētia sine apel latio rescind. libr. 49. ff. titul. 8. Si procuratore agente non procurator, sed dominus proprio nomine

damnatus sit.l.1.de sent.& interlocut.omniũ iu dicũ.li.7.c.tit.45.Si falsus procurator interuenerit iudicio.c.in nostra in fi.de procur.vel si per surreptionẽ uel rumorẽ falsũ iudicatũ ĩ c.5.ueniã 35.q.9.Legẽdus est titulus de præcibus Imperatori offerẽdis & de quib.causis supplicare liceat,quorũ postremo rũ verborũ ratione,ibi 230 in sũma explicat casus.

6 Tertio† si post sententiam inuentum sit instrumentum,uel probatio omissa ante in manibus habeatur; quibus rem aliter se habere ostenditur, quam videretur tempore iudicii,causa erit querelæ,vt apud calistratum in l.diui fratres.27.de pœn. libr.48.ff.titul. 19 Diui fratres Haruntio Siloni rescripserunt,non solere præsides prouinciarum, ea quæ pronunciauerant,ipsos rescindere & suam mutare sententiam neminem posse,si tamẽ de se quis

7 mentitus fuerit,uel cum nõ haberet probationum instrumenta, q̃ postea reppererit,pœna affiictus sit: in integrum restitui posse:sed id duntaxat à principibus fieri posse.

Iure communi, sub prætextu instrumentorum de nouo repertorum,responsum est, non rescindi rẽ iudicatã,vel restitui negotia.l.Imperatores.35.de re iudic.li.42.ti.1.vbi tamen una exceptio, nisi in negotio publico,& causa fisci.& l.1.de sent.adversf.fisc.retr.lib.10.C.tit.9.

Et sic etiam probat.l.sub specie.4.de re iud.C.li.7.tit.52.sub specie nouorum instrumentorum postea repertorum res iudicatas restaurari, exemplo graue est.& ibi gloss.ad uerbum graue etiam causam fisci.Item causam ecclesiæ,ex §.finimus.de nõ alienan.vel permut.reb.eccles. Nouella 7.Itẽ causã

pupilli

pupilli minoris, cuius iure Respublica restituit, in l. Rempublicā de iure Reipubli. li. 11. C. ti. 29. Verū hoc prætextu cū principis literis, poterit retractari negotium ex iusta causa, ueluti si is qui obtinuit iudicium per se vel p aliū subtractis instrumētis, quib. veritas argui potuit, decisione litis extorsisse probetur. l. sub prætextu. 19. in 1. de transact. li. 2. C. tit. 4. Et ita procul dubio dicūt agere posse interpretes eum, cōtra quem lata fuit sententia vel Arrestū si fuisset reus, & actor, celasset instrumentum. Alioquin si actor ex defectum instrumenti fuisset condemnatus arbitrantur, ex reperto instrumento nō retractari iudicium. Quia instructus ad causam venire debebat, vt ait Paul. Castrens. cons. 256. inci. l. in causæ quæ vertitur. vol. 2. Restitutionem talem dari posse. In Gallia etiam actor ex instrumentis repertis potest restitui, vt liquet ex Arresto 3. lib. 19. Rhapsodiæ Aresto. papi. tit. 8.

Et certe in Gallia non cōsideratur penes quem, an domi fuerint instrumenta reperta, sed dātur codicilli ex illa clausula, si qua iusta causa mihi uidebitur. l. 1. ex quibus caus. maior.

Sunt litigantes qui subtrahunt saccos aduersarii vel īstrumēta pcipua, & ita dolo sine illis, iudicari negotiū curāt, quod nō est relinquedū incorrectū.

Atque etiāsi quis repererit instrumenta, quibus solis sit vsurus, potest repeti cognitio eius negotii, quod iureiurādo delato à Iudice ob defectum probationis decisum est contra instrumenta. l. admonēdi 31. de iureiur. li. 12. ff. ti. 1. Facit expresse etiā textus in l. Argentarius. §. fi. de edend. li. 2. ti. 13. vbi cō demnatus, qui potuit uincere, si habuisset instrumē

ta,

ta,& probationes, quæ postea inuenit iterū agit, & illis instrumentis probat. Oportet autem vt is, qui prætexu instrumentorū repertorū, vult restitutionem obtinere. nō vtatur alijs quā iliis solis de nouo repertis. alioquin enim, si cū aliis productis ualet iudicari restitutionē, esset reuisio processus & non restitutio, ut habet li. 19. Rhaps. Arest. ti. 8. Arest. 3. i fi.

7 Si † interuenit iudicium super cōtractu simulato, vel ex partiū collusione, poterit impetrari querela, & annullabitur sententia, etiamsi transierit in rem iudicatam. l. si sponsus. 5. §. si vxor de donat. inter vir. & vxor. ff. Si vxor vel maritus, exceptione quadam donationis causa submoueri voluerit, valebit quidem sententia facta à Iudice absolutione, sed ab eo cui donatum est, condicetur.

8 Potest † & iuxta causa retractandi Arrestum, si is, qui obtinuit, dixerit, & confessus fuerit, se aliquid consecutum fuisse per sententiam iniustam, quæ transiuerit in rem iudicatam: & poterit cōpelli per Iudicem ad illud restituendum. Alexand. ad l. Si seruus pluriū. 50. §. 1. n. 2. de lega. 1. per illum textū. Innoc. in c. quia pleriq; de immunit. Eccles. Bal. ad authe. Adhæc. C. de usur. Sic iudicatum etiā in senatu Parisiens. 18. Januari 1532. refert Pap. li. 19. Rhaps. Arest. ti. 9. art. 11. vt si dicat se corruptis iudicibus vel peierando sententiam obtinuisse vel Arrestum.

9 Ex † vi etiam præcedentis clausulæ æquitatis, Si qua mihi iusta cā uidebitur, Princeps solet restituere aduersus Arestum, si indefensus fuerit impetrās condemnatus; vel ob dolum aduersarii, vel negligētiam sui procuratoris; vel ex aliis causis, quæ ciuiles, & rationales ei uidebuntur.

Ratio

Ratio prior, quia iustitiæ sunt literæ, ut unicuique, quod suum est, tribuatur & conseruetur. l. Iustitia. de iust. & iur. ff.

2. Quia malitiis hominum obuiam iri debet, l. in fundo. de rei uindic. ff. lib. tit. c. sedes. 15. de rescrip. c. vt circ. 4. c. auaritiæ. 5. §. cum itaque. de rescript. in 6. cap. significante, qui matrimon. accusar. poss.

3. Quia nemo ex dolo suo lucrari debet, c. ex tenore. 18. de rescr. c. sedes. & c. super literis. eo. tit. cap. tuæ. de Cler. non resident. c. cum olim. de offi. & potest. iud. deleg. l. 1. & l. ne ex dolo. de dolo mal. ff. c. es literis 2. de dolo & contumac. lib. 2. tit. 13.

4. Quia exceptio hæc doli mali aduersarii censet permissa contra sententias, à quibus appellari non licet, & est species appellationis, qua retractanda est snīa; ut de sententia arbitri ea exceptione retractanda rescriptum fuit ab Imperatore in l. Non distinguemus. 32. §. cū quidā. de recep. arb. li. 4. ff. tit. 8. cū alioquin nō liceat appellare ab iniqua ēt sententia compromissariorum, in l. diē proferre. 27. §. stari, eo. tit. de recep. arbitris. vt exceptio etiā falsi potest obiici post rem iudicatam, ut supra dixi.

Differūt ista duo remedia, supplicationis ppositionis erroris, & supplicationis ciuilis, seu q̄relæ. 10
1. Quia in supplicatione allegatur error iudicū in facto, ut antea tractatum est. In querela error potius litigātium; & est uel proprii erroris petitio ueniæ, uel circumuentionis aduersarii allegatio, in quibus etiā differt ab appellatione, quæ est iniquitatis iudicis allegatio. Hermog. in l. præfecti ēt prætorio. 17. de minorib. 25. annis li. 4. ff. ti. 4. Et Rebuf. in tract. de literis ciuilibus, ar. unic. gl. 2. n. 43. & 44.

tomo 1.

tomo 1. Commentariorum constitutionum regiarum, notat. non admitti supplicationem ciuilem qñ est error: & ita fuisse declaratum in senatu Parisiẽsi die 3. Februarii 1540. ne confundantur hæc iudicia ad diuersa tendentia.

2. De supplicatione erroris nõ cognoscũt soli, qui ante iudicarunt: sed alii cum illis iudicio adhibent.

At in supplicatione ciuili nulli alii, quam qui iudicarunt, intersunt. Et expediuntur, istę literæ palã auditis litigantibus in magna camera, & non est eis dedecori, qui iudicarunt; quia nihil allegatur cõtra illos in retractatione; sed dicitur in literis obtentũ esse Arestum, quod controuertitur, *par dol & surprinse de la partie*. Ait tamen Papus tom. 3. Notar. li. 10. tit. *des Moyens contre Arestæ*. quod supplicatio ciuilis debet præsentari iudicibus Cameræ senatus, à quibus Arestum latum est, & non alijs.

3. Literæ supplicationis erroris à solo Principe obtinentur: quia sunt literæ gratiæ; & à magna Cancellaria. At literæ ciuiles à qualibet Cancellaria regis, quia sunt literæ iustitiæ.

4. In supplicatione seu propositione erroris oportet deponere 120. libertas, antequam supplicãs audiatur; & hodie duplum.

At diuersum in impetratione literarum ciuiliũ seu querelæ, vbi quis nihil deponere tenetur, cum id lex regia non dicat uel alia: ideo nec nos addere debemus. l. de precio. de Publician. in rem act. ff. l. dissentientis, de repud. C.

11 5. Supplicatio † per errorem proponi tantum potest per biennium, vt dictum ex Authen. quæ supplicatio. de precibus Imperatori offerend. C.

At

At querela & literæ ciuiles possunt impetrari intra 30. annos, si rescisco per uiam actionis intétetur gl. in summa. 35. q. 9. & Socinus ad l. qui agnitis. de except. Si verò agatur per restitutionem, intra quadriennium. Glos. & Dd. in l. vni. de sent. aduers. fisc. latis retract. li. 10. C. Si, inquit glossa, absente aduocato fisci iudicatum, nullo tempore firmatur, ut nullum, quod si ob defectum instrumenti, intra triennium restitutio peti potest.

Quæ tempora incipiunt currere à die quo inuenit instrumenta, uel quo sciuit restitutionem sibi cōpetere. l. superuacuam. 7. de temporib. in integrum restitutionis petendæ. C. li. 2. ti. 52. Bal. nominatim consi. 97. incipiente, quędam sententia vol. 1.

Tamen Rebuffus tractatu de literis ciuilib. artic. vnico gl. 2. n. 42. Sexto quæro. non figit pedem in tēpore. Nam & posse sustineri ait, quod non nisi intra biennium. & hodie intra annum, non liceat has literas impetrare, ut idem statuatur, ac in supplicatione erroris quia utrumq; remedium est odiosum, cōtra ius commune, & restringendum l. cum quidam & liber, & posth. ff. Si tamen haberet restitutionē, posse intra decem annos impetrari, quia restitutionem quis ex constitutionibus Gallię potest impetrare intra decem annos. Ex constitutione Caroli. V. & statutum in 3. parte ordinationis iudicij, Cameræ imperialis. ti. 53. restitutiones istæ seu reuisiones debēt peti intra annum: aliter non admittūtur.

6. Propositio erroris debet iudicari ex ijsdē actis processus, & productis ante iudicium, & eius tēpore, Supplicatio ciuilis, vel q̄rela, admittit exceptiones & productiones nouas aut omissas p dolū, aut

occa-

occasione ætatis,aut per interceptionem (dicunt *surprinse.*)interuenientem,aut per aduersarium,aut per ipsummet impetrantem. quia sæpe aliquis intercipitur & decipitur in suo facto. Talesq; omissiones,quæ interuenerunt tempore iudicii retractādi, eiusq; generis esse debent,quę,si fuissent opposite, & uisæ à iudicibus proculdubio aliter iudicassent.

12 Differt†querela seu supplicatio hæc ab appellatione,secundum Speculatorem li.2.particula 3.titulo de supplicat.§.3.

1. Quod appellatur vsque ad 10.dies.
Supplicatur usque ad biennium.
Quanquam quidam dicant, supplicandum esse statim atque quis existimat se esse læsum, vt in c. ex literis.& in integrum restit.c.1.& fi.de frigid. & maleficiat.

2. Pendente appellatione nihil est innouandum.l. vni.nihil nou.appel.pēdēte.li.49.ff.tit.7.cū similib.
At supplicatione hac pendente potest executioni demandari sententia,auth.quæ supplicatio.

3. Semel supplicatur,l.si quis aduersus.de precib. Imp.offi.c. Bis appellatur,c.ne liceat in una eadē que causa tertio prouocar.lib.7.C.titu.70.

4. Supplicans cauet post decem dies,d.auth. quæ supplicatio.de precib.Imp.offer.C.
Appellans minime. Addit versus Speculator p̄d. §.3.de supplicationis & appellationis differentia.

Discrepat appellans ab eo,qui supplicat ipse.
Imputat erroti proprio;redit hæc ad eandem.
Hic semel auditur,causa pendente satisdat.

Iohannes Andreas ad d.locum Speculatoris ait, dictos uersu s esse Iohannis de Der.

Cap. VIII.

De remedio restitutionis contra sententiam.

SUMMARIA.

1 *Restitutio in integrum quid.*
2 *Restituere quid?*
3 *Restitutio remedium extraordinarium.*
4 *Causæ restitutionis in genere plures, quæ suadent restitui maiores, Ecclesiæ.*
5 *Minores.*
6 *Contra sententiam etiam summi Pontificis.*
7 *Coram quibus petatur.*
8 *Casus in quibus Princeps pro restitutione adiri debeat.*
9 *Differentia querelæ & restitutionis in integrum.*
10 *Differentiæ inter restitutionem & appellationem duæ.*
11 *Ponitur 3. in causa suspensionis rei iudicatæ.*
12 *Alia 4. in causa libertatis.*
13 *Alia 5. in reiteratione utriusq;.*
14 *Item 6. in tempore impetrationis utriusq;. ubi & de iuris Gallici praxi in eo.*

Restitutio † in integrum secundum Speculatorem in li. 2. parte 3. Rubr. de restitutione in integrū. §. 1. est prioris status uel iuris, uel audientiæ, ut in c. ex literis. 4. de in integrū rest. redintegratio, ut 2. q. 3. c. fi. §. fi. in fi. c. ex literis, de in integrū rest. l. 1. de sent. páss. & restit. lib. 9. C. ti. 51. 1

Restituere † inquit Paulus, uidetur is, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset. l. restituere. 75. de verbo. signif. 2

signif. & rursus in l. restituere autem 35. eo. ti. Restituere autem is intelligitur, qui simul & rem & causam reddit actori quã is habiturus esset si statim iudicii tempore ei reddita fuisset.

3 Restitutio† est remedium aliud extraordinariũ, quod non conceditur ubi ordinarium locum habet l. in causa, de minore. Ideo quandiu quis potest appellare, restitutionem aduersus sententiam petere non potest. in decis. rotæ. 224. incip. si contra absentem. in nouis.

Et nihil aliud est restitutio in integrum, quam reductio in eum statum in quo quis prius erat, antequam læsus esset: & tãtũ restitutio reparat, quãtũ læsio prius abstulerat. l. videamus. §. i fam in. 1 de vsur.

Nihilque aliud est hic restituere in integrũ quã laxare iuris scripti rigorem. Sicque Antoninus Imperator Martio Auito prętori de succurrẽdo ei, qui absens rem amiserat in hanc sententiam rescripsit: Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus, tamẽ ubi æquitas euidens poscit, subueniendũ est, ut scripsit Marcellus in l. p. de in integrum restitut. ff.

4 Plures† causæ restitutionis in integrum, eæq; aduersus uarias actiones, a iure introductę sunt utroq; ciuili & pontificio. Causæ restituendi ponuntur in l. 1. de in integrum restitution. li. 4. ff. ti. 1. Prætor, inquit Vlp. hominibus circumscriptis uel lapsis subuenit, siue metu siue calliditate, siue ętate, siue p absentiam inciderint in captionẽ. Et Paul. l. 2. eo. siue p status mutationem siue iustum errorẽ. Destituunt minores, tit. de minoribus 25. annis, in ff. & in li. 2. C. a ti. 21. usque ad 50. c. constitutis. 8. de in integ. restitut. Restitutio fit & maiorum ex iustis causis, ex titulo, ex qui-

cis quibus causis maior. in integrum restituant. li. 4. ff. tit. 6. & lib. 2. C. ti. 54. quibus ex causis maiores in integ. restituantur.

Impetrantur & restitutiones in integrum contra contractus, transactionem, emptionem, &c. contra dicta factaque alia minorum, & maiorum, de quibus hic non est institutum dicere, cum tantum de restitutione in integrum contra Aresta seu sententias; a quibus non potest prouocari, quia iure ordinario, & ex rigore eius ualent dicenda pauca sint

Datur † itaque & minoribus læsis, titu. si aduersus rem iudicatam. lib. 2. C. tit. 27. q. 5

Et maioribus ex iusta causa, c. 4. de in integ. rest.

Datur & Reipublicæ per sententiam læsæ, in l. 1. C. de offi. eius qui uicem alicuius iudicis obtinet, li. 1. C. tit. 50. ibi, Sane, si in aliquo captũ est ius Reipublicę, iuxta scita diuorum Principũ defensores Reipubl. si modo adesse fiduciam negotio putant restitionis auxilium possunt flagitare.

Et datur Ecclesiæ, exemplo minoris l. ca. 1. de in integ. rest. li. 1. ti. 41. si se læsã fuisse ꝓbet in iudicio ꝓpter negligẽtiã ꝓcuratoris, q iura Ecclesiæ nõ ꝓduxit c. 2. uel si omiserit ꝓbationẽ necessariã c. 30. eo.

Supplicatur † ita ad finem restitutionis contra sententiam etiam summi Pontificis. Quia non negatur sententiam Romanę sedis posse etiam in melius commutari; cum aut subreptũ aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, aut temporum, seu grauium necessitatum, dispensatiue quicquam ordinare decreuit; partibus tamen præsentibus discutienda causa, ut habetur de utrisq; in ca. tum ex literis Celestini. 5. de restitut. in integ. 6

7 Potest† peti restitutio in integrum coram magistratib. in aliis negotiis sine beneficio Principis, ut coram prætore olim & præside,l.2.& 3.C.ubi & apud quem cogn.restit.in integr.agitam.sit.

Atque aduersus sentētiam diffinitiuam ab eo Iudice,qui eam tulit,fieri posse docet totus titulus, si aduersus rē iudicatā in integrū restitutio postuletur. C.c.suscitata.& ibi Pan.nu.10.de restitut.in integrum.cap.ex literis.de restitut.in integ.

Et petitur Iudicis officio, non iure actionis restit.l.quod si minor.§.fi.de min. & resoluit l. in cau sæ.16.ff.de minorib.in hæc uerba: Nunc uidendum qui in integrū restituere possint.Et tā Præfectus Vrbi,quā alii Magistratus pro iurisdictione sua in integrū restituere possunt,tā in aliis omnib. in causis q̄ contra sniam suam.l.fi. C. ubi & apud quem cognitio restitutionis in integrum agitanda sit, li.2.ti.47.

Sic quilibet Iudex ordinarius restituere in integrum potest.Panor.consi.87.in incip.Dominus Abbas.uolum.1.

Delegatus Pap.c.causa restitutionis. de in integ. rest.Exceptis quibusdam casibus, in quibus adeundus est de iure alius pro impetranda restitutione.

Primo minor Iudex non potest restituere aduersus sententiam maioris, Vlpia.l.minor autem Magistratus.18.de minorib.ff.

8 Secundo† sunt & casus in quibus Princeps solus restituit; ut contra sententiam procuratorum suorum,& aliis.l.1.ubi & apud quem cognitio restitu. in integ.agitanda sit.lib.2.ti.47.

Alius casus in l.3.si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur lib.2.C.ti.27.Aduersus sententiam eius,

eius, inquit Philippus Cæsar, qui tūc vicē Principis iudicauit; in integrū restitutionis auxiliū apud prætorē seu prǽsidē prouinciæ, clarissimum uirū flagitare nequaquā poteris. Nam aduersus eius sententiā, q vice Principis cognouit, solus Princeps restituet. Idē in l. Minor autem, 18. §. penult. de minorib. ff.

Item contra sententiam latam à Principe vix restitutio impetratur. Impetratur tamen & lis aliquādo ex iusta causa, sed ab eodē Principe: ut propter omissas allegationes, & propter præuaricationē aduocati. d. l. minor autem. §. 1.

Et ita in his & similibus casibus, in quibus minor Iudex non potest aut par restituere, principale auxilium implorandum est. ut dicit Vlp. in l. Ille à quo, 13. §. tempestiuum. ad senatusc. Trebellianum. libr. 36. ff. tit. 1.

Item in restitutione contra sententiam criminalem, restitutio à solis principibus fieri potest. l. diui fratres. 27. de pœn. ff.

In Gallia nullus recipitur restitutionem petens, siue maior, siue minor, nisi literas restitutionis à Principe impetrauerit. Rebuff. tractatu de restit. q. 3. in 2 tomo commentariorum in constitutiones regias.

Edicto tamen Henrici 26. Aprilis anno 1551. *sur l'appliation de ledict de la creation des Magistratz præsidiaux*, supplicationes ciuiles contra sentētias præsidialium iudicum permissæ illis in suo foro sunt.

Qui plura de restitutionis materia uoluerit uidere, legat Speculatorem lib. 2. particulā 3. titul. de restitutionib. Rebuffum tract. de restitutionib. Octauianum Vnestrium li. 8. introductionis in aulæ Romana actionem cap. 3.

Differunt querela & restitutio in integrum, secundum Rebuffum tractatu de literis ciuilibus, art. viii co. gl. 3. nu. 4. non quidem quod pertinet ad effectu quia vtriusque finis idem est propositus querelæ & restitutionis contra sententiam: sed in alijs.

1. Querela ciuilis, contra Arestum, à quo non licet appellare, tãtum proponitur; At restitutio impetratur contra sententias inferiorum, quæ appellatione nõ possunt infringi. l. præses de minor. & ideò restitutionis causa potest tractari coram iudicibus quibuscunq; ordinarijs, regijs tamen, ut in c. causa de in integr. restitut.

Literæ autem ciuiles in senatu tantum & in magna Camera agitantur.

2. Mulcta imponitur per constitutiones regias impetranti querelam seu literas ciuiles si succumbat. At nulla per easdem imponitur in succumbente ex causa restitutionis, sed ordinario iure cõdemnatur, ut in alijs ad sumptus litis per l. properãdũ. §. sin autẽ, de iud. c. ex literis. de dolo, & contumac. c. Cæterum. & c. c. de rescript. c. vt debitus honor. de appellatione.

3. Restitutio in integrum impetrari debet à maioribus infra quadriennium l. fi. C. de tempor. in integ. restitut.

Literæ ciuiles intra biennium, uel nunc intra annum in Gallia.

4. Sententiam suam rescindere non potest Præses vel Iudex. l. 1. C. sententiam rescindi non posse. l. quæ iussit. in fine. l. Iudex posteaquam. de re iud. ff. l. 1. §. fi. de quæst.

At potest restituere contra sententiam suam iure (cri-

re scripto.l.in causa.16.§.fi.& l.perfecti etiam præ torio.17.l. Præses prouinciæ.42. de minor. ff. sicq; notat differre gl.fi.in fine,ad d.§.fi.l.in causa.

Differentiæ † verò inter restitutionē & appella- 10 tionem afferuntur à Rebuffo tractatu de restitutionibus,art.1.glo.1.nu.41.Septimò uideamus in 2.tomo commentariorum ad constitutiones regias.

1. Quod prohibita appellatione nō censetur prohibita restitutio.Cle. 1.de re iu.ideò à Papa,à Principe appellare nō licet.l.1. a quibus appellare nō licet.cū similibus,sed bene pōt impetrari restitutio. l.in cā.§.fi.l.seq.de minor. ff.c. tum ex literis & in integ.rest.Contra interdū permittitur prouocatio: sed in integrū restitutio prohibetur: ut & in l. illud sciendū est.9.de app.ff. Illud sciēdū est,neq; pupillū neq; Rempublicā,cū pro libertate iudicatur, in integ. rest. posse: sed appellationē esse necessariā.

2. Appellatio querelam iniquitatis sententiæ continet.l.1.de appellatione ff.

Restitutio habet professionem proprii erroris, & veniæ petitionem,aut aduersarii circumuentionē,l.Præfecti etiā prætorio.de minorib.25.annis ff.

3. Per † appellationē suspēdit executio rei iudicatę, 11 & officiū iudicis,l.1.ad Senatusc.Turp.ff.& nō mā datur executioni appellatione pendente. c.veniēs. de iureiur. l.Vnic.nihil nouan. appellat. pendente. ff.l.Appellatione.C.de appel.c.ei qui. §.appellatione interposita.2.G.6.Clem.vnic.de appellat.l.sciēdum est.6. de appel.recip.tit.49.lib.5.

At non obstāte petita restitutione,sententia executioni potest demandari præstita idonea cautione, quod si, qui petit restitutionem, in causa præ-

 ualuerit,

damnatus sit.l.1.de sent.& interlocut.omniū iū dicū.li.7.c.tit.45.Si falsus procurator interuenerit iudicio.c.in nostra in fi.de procur.vel si per surreptionē uel rumorē falsū iudicatū ī c.5.ueniā 35.q.9.Legēdus est titulus de præcibus Imperatori offerēdis & de quib.causis supplicare liceat,quorū post remorū verborū ratione,ibi 230 in sūma explicat casus.

6 Tertio† si post sententiam inuentum sit instrumentum,uel probatio omissa ante in manibus habeatur; quibus rem aliter se habere ostenditur, quam videretur tempore iudicii,causa erit querelæ,vt apud calistratum in l.diui fratres.27.de pœn. libr.48.ff.titul. 19 Diui fratres Haruntio Siloni rescripserunt,non solere præsides prouinciarum, ea quæ pronunciauerant,ipsos rescindere & suam mutare sententiam neminem posse,si tamē de se quis

7 mentitus fuerit,uel cum nō haberet probationum instrumenta, q postea repererit,pœna affiicius sit: in integrum restitui posse:sed id duntaxat à principibus fieri posse.

Iure communi, sub prætextu instrumentorum de nouo repertorum,responsum est, non rescindi rē iudicatā, vel restitui negotia.l.Imperatores.35. de re iudic.li.42.ti.1.vbi tamen una exceptio, nisi in negotio publico,& causa fisci.& l.1.de sent.advers.fisc.retr.lib.10.C.tit.9.

Et sic etiam probat.l.sub specie.4.de re iud.C.li. 7.tit.52.sub specie nouorum instrumentorum postea repertorum res iudicatas restaurari, exemplo graue est.& ibi gloss.ad uerbum graue etiam causam fisci.Item causam ecclesiæ,ex §.finimus.de nō alienan.vel permut. reb.eccles. Nouella 7.Itē causā

G pupilli

pupilli minoris, cuius iure Respublica restituit, in l. Rempublicã de iure Reipubl. li. 11. C. ti. 29. Verũ hoc prætextu cũ principis literis, poterit retractari negotium ex iusta causa; uelut si is qui obtinuit iudicium per se vel p alium subtractis instrumẽtis, quib. veritas argui potuit, decisione litis extorsisse probetur. l. sub prætextu. 19. in 1. de transact. li. 2. C. tit. 4. Et ita procul dubio dicũt agere posse interpretes eum, cõtra quem lata fuit sententia vel Arrestũ si fuisset reus, & actor, celasset instrumentum. Alioquin si actor ex defectum instrumenti fuisset condemnatus arbitrantur, ex reperto instrumento nõ retractari iudicium. Quia instructus ad causam venire debebat, vt ait Paul. Castrens. cons. 256. inci. l. in causæ quæ vertitur. vol. 2. Restitutionem talem dari posse. In Gallia etiam actor ex instrumentis repertis potest restitui, vt liquet ex Arresto 3. lib. 19. Rhapsodiæ Aresto: papi. tit. 8.

Et certe in Gallia non cõsideratur penes quem, an domi fuerint instrumenta reperta, sed dãtur codicilli ex illa clausula, si quã iusta causa mihi uidebitur. l. 1. ex quibus caus. maior.

Sunt litigantes qui subtrahunt saccos aduersarii vel ĩstrumẽta pcipua, & ita dolo sine illis iudicari negotiũ curãt, quod nõ est relinquẽdũ incorrectũ.

Atque etiã si quis repererit instrumenta, quibus solis sit vsurus, potest repeti cognitio eius negotii, quod iureiurãdo delato à Iudice ob defectum probationis decisum est contra instrumenta. l. admonẽdi 31. de iureiur. li. 12. ff. ti. 1. Facit expresse etiã textus in l. Argentarius. §. fi. de edend. li. 2. ti. 13. vbi cõdemnatus, qui potuit uincere, si habuisset instrumẽta,

ca, & probationes, quæ postea inuenit iterũ agit, & illis instrumentis probat. Oportet autem vt is, qui prætexu instrumentorũ repertorũ, vult restitutionem obtinere. nõ vtatur alijs quã iliis solis de nouo repertis. alioquin enim, si cũ aliis productis ualet iudicari restitutioné, esset reuisio processus & non restitutio, ut habet li. 19. Rhaps. Arest. ti. 8. Arest. 3. i fi.

7 Si † interuenit iudicium super cõtractu simulato, vel ex partiũ collusione, poterit impetrari querela, & annullabitur sententia, etiamsi transierit in rem iudicatam. l. si sponsus. 5. §. si vxor de donat. inter vir. & vxor. ff. Si vxor vel maritus, exceptione quadam donationis causa submoueri voluerit, valebit quidem sententia facta à Iudice absolutione, sed ab eo cui donatum est, condicetur.

8 Potest † & iuxta causa retractandi Arrestum, si is, qui obtinuit, dixerit, & confessus fuerit, se aliquid consecutum fuisse per sententiam iniustam, quæ transiuerit in rem iudicatam: & poterit cõpelli per Iudicem ad illud restituendum. Alexand. ad l. Si seruus pluriũ. 50. §. 1. n. 2. de lega. 1. per illum textũ. Innoc. in c. quia pleriq; de immunit. Eccles. Bal. ad authe. Adhæc. C. de usur. Sic iudicatum etiã in senatu Parisiens. 18. Januari 1532. refert Pap. li. 19. Rhaps. Arest. ti. 9. art. 11. vt si dicat se corruptis iudicibus vel peierando sententiam obtinuisse vel Arrestum.

9 Ex † vi etiam præcedentis clausula æquitatis, Si qua mihi iusta cã uidebitur, Princeps solet restituere aduersus Arestum, si indefensus fuerit impetrãs condemnatus; vel ob dolum aduersari, vel negligẽtiam sui procuratoris; vel ex aliis causis, quæ ciuiles, & rationales ei uidebuntur.

Ratio prior, q. a iustitiæ sunt literæ, ut unicuique, quod suum est, tribuatur & conseruetur. l. Iustitia. de iust. & iur. ff.

2. Quia malitiis hominum obuiam iri debet, l. in fundo. de rei uindic. ff. lib. tit. c. sedes. 15. de rescrip. c. vt circ. 4. c. auaritiæ. 5. §. cum itaque. de rescript. in 6. cap. significante, qui matrimon. accusar. poss.

3. Quia nemo ex dolo suo lucrari debet, c. ex tenore. 18. de rescr. c. sedes. & c. super literis. eo. tit. cap. tuæ. de Cler. non resident. c. cum olim. de offi. & potest. iud. deleg. l. 1. & l. ne ex dolo. de dolo mal. ff. c. es literis 2. de dolo & contumac. lib. 2. tit. 13.

4. Quia exceptio hæc doli mali aduersarii censet permissa contra sententias, à quibus appellari non licet, & est species appellationis, qua retractanda est snĩa; ut de sententia arbitri ea exceptione retractanda rescriptum fuit ab Imperatore in l. Non distinguemus. 32. §. cũ quidã. de recep. arb. li. 4. ff. tit. 8. cũ alioquin nõ liceat appellare ab iniqua ẽt sententia compromissariorum, in l. diẽ proferre. 27. §. stari, eo. tit. de recep. arbitris. vt exceptio etiã falsi potest obiici post rem iudicatam, ut supra dixi.

Differũt ista duo remedia, supplicationis ppositionis erroris, & supplicationis ciuilis, seu q̃relæ. 10

1. Quia in supplicatione allegatur error iudicũ in facto, ut antea tractatum est. In querela error potius litigãtium; & est uel proprii erroris petitio ueniæ, uel circumuentionis aduersarii allegatio, in quibus etiã differt ab appellatione, quæ est iniquitatis iudicis allegatio. Hermog. in l. præfecti ẽt prætorio. 17. de minorib. 25. annis li. 4. ff. ti. 4. Et Rebuf. in tract. de literis ciuilibus, ar. unic. gl. 2. n. 43. & 44.

tomo 1. Commentariorum constitutionum regiarum, notat. non admitti supplicationem ciuilem quæ est error: & ita fuisse declaratum in senatu Parisiēsi die 3. Februarii 1540. ne confundantur hæc iudicia ad diuersa tendentia.
2. De supplicatione erroris nō cognoscūt soli, qui ante iudicarunt: sed alii cum illis iudicio adhibent.
At in supplicatione ciuili nulli alii, quam qui iudicarunt, intersunt. Et expediuntur, istę literæ palā auditis litigantibus in magna camera, & non est eis dedecori, qui iudicarunt; quia nihil allegatur cōtra illos in retractatione; sed dicitur in literis obtentū esse Arestum, quod controuertitur, *par dol & surprinse de la partie*. Ait tamen Papus tom. 3. Notar. li. 10. tit. *des Moyens contre Arestz.* quod supplicatio ciuilis debet præsentari iudicibus Cameræ senatus, à quibus Arestum latum est, & non alijs.
3. Literæ supplicationis erroris à solo Principe obtinentur: quia sunt literæ gratiæ, & à magna Cancellaria. At literæ ciuiles à qualibet Cancellaria regis, quia sunt literæ iustitiæ.
4. In supplicatione seu propositione erroris oportet deponere 120. libertas, antequam supplicās audiatur; & hodie duplum.
At diuersum in impetratione literarum ciuiliū seu querelæ, vbi quis nihil deponere tenetur, cum id lex regia non dicat uel alia: ideo nec nos addere debemus. l. de precio. de Publician. in rem act. ff. l. dissentientis, de repud. C.
11 5. Supplicatio † per errorem proponi tantum potest per biennium, vt dictum ex Authen. quæ supplicatio. de precibus Imperatori offerend. C.
At

At querela & literæ ciuiles possunt impetrari intra 30. annos, si rescisco per uiam actionis intêtetur gl. in summa 35. q. 9. & Socinus ad l. qui agnitis. de except. Si verò agatur per restitutionem, intra quadriennium. Glos. & Dd. in l. vni. de sent. aduers. fisc. latis retract. li. 10. C. Si, inquit glossa, absente aduocato fisci iudicatum, nullo tempore firmatur, ut nullum, quod si ob defectum instrumenti, intra triennium restitutio peti potest.

Quæ tempora incipiunt currere à die quo inuenit instrumenta, uel quo sciuit restitutionem sibi cõpetere. l. superuacuam. 7. de temporib. in integrum restitutionis petendæ. C. li. 2. ti. 52. Bal. nominatim consi. 92. incipiente, quędam sententia vol. 1.

Tamen Rebuffus tractatu de literis ciuilib. artic. vnico gl. 2. n. 42. Sexto quæro. non figit pedem in tẽpore. Nam & posse sustineri ait, quod non nisi intra biennium. & hodie intra annum, non liceat has literas impetrare, ut idem statuatur, ac in supplicatione erroris quia utrumq; remedium est odiosum, cõtra ius commune, & restringendum l. cum quidam & liber, & posth. ff. Si tamen haberet restitutionẽ, posse intra decem annos impetrari; quia restitutionem quis ex constitutionibus Gallię potest impêtrare intra decem annos. Ex constitutione Caroli. V. & statutum in 3. parte ordinationis iudicij, Cameræ imperialis. ti. 53. restitutiones istæ seu reuisiones debẽt peti intra annum: aliter non admittũtur.

6. Propositio erroris debet iudicari ex ijsdẽ actis processus, & productis ante iudicium, & eius tẽpore, Supplicatio ciuilis, vel q̃rela, admittit exceptiones & productiones nouas aut omissas p dolũ, aut

occa-

occasione ætatis, aut per interceptionem (dicunt *surprinse*.) interuenientem, aut per aduersarium, aut per ipsummet impetrantem. quia sæpe aliquis intercipitur & decipitur in suo facto. Talesq; omissiones, quæ interuenerunt tempore iudicii retractãdi, eiusq; generis esse debent, quę, si fuissent opposite, & uisæ à iudicibus proculdubio aliter iudicassent.

12 Differt † querela seu supplicatio hæc ab appellatione, secundum Speculatorem li. 2. particula 3. titulo de supplicat. §. 3.

1. Quod appellatur vsque ad 10. dies.

Supplicatur usque ad biennium.

Quanquam quidam dicant, supplicandum esse statim atque quis existimat se esse læsum, vt in c. ex literis. & in integrum restit. c. 1. & fi. de frigid. & maleficiat.

2. Pendente appellatione nihil est innouandum. l. vni. nihil nou. appel. pẽdẽte. li. 49. ff. tit. 7. cũ similib.

At supplicatione hac pendente potest executioni demandari sententia, auth. quæ supplicatio.

3. Semel supplicatur, l. si quis aduersus. de precib. Imp. offi. c. Bis appellatur, c. ne liceat in una eadẽque causa tertio prouocar. lib. 7. C. titu. 70.

4. Supplicans cauet post decem dies, d. auth. quæ supplicatio. de precib. Imp. offer. C.

Appellans minime. Addit versus Speculator pd. §. 3. de supplicationis & appellationis differentia.

Discrepat appellans ab eo, qui supplicat ipse.
Imputat errori proprio; redit hæc ad eandem.
Hic semel auditur, causa pendente satisdat.

Iohannes Andreas ad d. locum Speculatoris ait, dictos uersus esse Iohannis de Der.

De

Caput VIII.

De remedio restitutionis contra sententiam.

SUMMARIA.

1 *Restitutio in integrum quid.*
2 *Restituere quid?*
3 *Restitutio remedium extraordinarium.*
4 *Causæ restitutionis in genere plures, quæ suadent restitui maiores, Ecclesiæ.*
5 *Minores.*
6 *Contra sententiam etiam summi Pontificis.*
7 *Coram quibus petatur.*
8 *Casus in quibus Princeps pro restitutione adiri debeat.*
9 *Differentia querelæ & restitutionis in integrum.*
10 *Differentiæ inter restitutionem & appellationem duæ.*
11 *Ponitur 3. in causa suspensionis rei iudicatæ.*
12 *Alia 4. in causa libertatis.*
13 *Alia 5. in reiteratione utriusq;.*
14 *Item 6. in tempore impetrationis utriusq;. ubi & de iuris Gallici praxi in eo.*

Restitutio † in integrum secundum Speculatorem in li. 2. parte 3. Rubr. de restitutione in integrũ, §. 1. est prioris status uel iuris, uel audientiæ, ut in c. ex literis. 4. de in integrũ rest. redintegratio, ut 2. q. 3. c. fi. §. fi. in fi. c. ex literis, de in integrũ rest. l. 1. de sent. pass. & restit. lib. 9. C. ti. 51. 1

Restituere † inquit Paulus, uidetur is, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset. l. restituere. 75. de verbo. signif. 2

signif.& rursus in l.restituere autem 35.eo. ti. Resti tuere autem is intelligitur,qui simul & rem & causam reddit actori quā is habiturus esset si statim iu dicii tempore ei reddita fuisset.

3 Restitutio† est remedium aliud extraordinariũ, quod non conceditur ubi ordinarium locum habet l.in causa,de minore.Ideo quandiu quis potest appellare, restitutionem aduersus sententiam petere non potest.in decis.rotæ.224.incip.si contra absen tem.in nouis.

Et nihil aliud est restitutio in integrum,quam reductio in eum statum in quo quis prius erat, ante quam læsus esset:& tātū restitutio reparat,quātū læsio prius abstulerat.l.videamus.§. i fam.in.1.de vsur.

Nihilque aliud est hic restituere in integrū quā laxare iuris scripti rigorem. Sicque Antoninus Imperator Martio Auito prętori de succurrēdo ei, qui absens rem amiserat in hanc sententiam rescripsit: Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus, tamē ubi æquitas euidens poscit,subueniendū est, ut scripsit Marcellus in l.p.de in integrum restitut.ff.

4 Plures† causæ restitutionis in integrum, eæq; aduersus uarias actiones,a iure introductę sunt utroq; ciuili & pontificio.Causæ restituendi ponuntur in l. 1.de in integrum restitution.li.4.ff.ti.1.Prætor, inquit Vlp.hominibus circumscriptis uel lapsis subuenit,siue metu siue calliditate,siue ętate,siue p absentiam inciderint in captionē.Et Paul.l.2.eo.siue p status mutationem siue iustum errorē. Destituunt minores,tit.de minorib.25.annis,in ff.& in li.2.C.a ti. 22.usque ad 50.c.constitutis.8.de in integ. restitut. Restitutio fit & maiorum ex iustis causis,ex titulo, ex qui-

eis quibus causis maior.in integrum restituant.li.4. ff.tit.6.& lib.2.C.ti.54.quibus ex causis maiores in integ.restituantur.

Impetrantur & restitutiones in integrum contra contractus,transactionem, emptionem,&c.contra dicta factaque alia minorum, & maiorum, de quibus hic non est institutum dicere, cum tantum de restitutione in integrum contra Aresta seu sententias;a quibus non potest prouocari, quia iure ordinario,& ex rigore eius ualent dicenda pauca sint

Datur† itaque & minoribus læsis,titu.si aduersus rem iudicatam.lib.2.C.tit.27.q. 5

Et maioribus ex iusta causa,c.4.de in integ. rest.

Datur & Reipublicæ per sententiam læsæ, in l.1. C.de offi.eius qui uicem alicuius iudicis obtinet,li. 1.C.tit.50.ibi,Sane,si in aliquo captũ est ius Reipublicę,iuxta scita diuorum Principũ defensores Rei publ.si modo adesse fiduciam negotio putant resti tionis auxilium possunt flagitare.

Et datur Ecclesiæ,exemplo minoris l.ca.1.de in integ.rest.li.1.ti.41.si se læsã fuisse ꝓbet in iudicio ꝓpter negligẽtiã ꝓcuratoris, q iura Ecclesiæ nõ ꝓduxit c.2.uel si omiserit ꝓbationẽ necessariã c.30. eo.

Supplicatur † ita ad finem restitutionis contra sententiam etiam summi Pontificis.Quia non negatur sententiam Romanę sedis posse etiam in melius commutari;cum aut subreptũ aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum,aut temporum,seu grauium necessitatum,dispensatiue quicquam ordinare decreuit;partibus tamen præsentibus discutiẽda causa,ut habetur de utrisq; in ca. tum ex literis Celestini.5.de restitut.in integ. 6

7 Potest † peti restitutio in integrum coram magistratib. in aliis negotiis sine beneficio Principis, ut coram prætore olim & præside, l. 2. & 3. C. ubi & apud quem cogn. restit. in integr. agitam. sit.

Atque aduersus sententiam diffinitiuam ab eo Iudice, qui eam tulit, fieri posse docet totus titulus, si aduersus rē iudicatā in integrū restitutio postuletur. C. c. suscitata. & ibi Pan. nu. 10. de restitut. in integrum. cap. ex literis. de restitut. in integ.

Et petitur iudicis officio, non iure actionis restit. l. quod si minor. §. fi. de min. & resoluit l. in cau sæ. 16. ti. de minorib. in hæc uerba: Nunc uidendum qui in integrū restituere possint. Et tā Præfectus Vrbi, quā alii Magistratus pro iurisdictione sua in integrū restituere possunt, tā in aliis omnib. in causis q̄ contra sniam suam. l. fi. C. ubi & apud quem cognitio restitutionis in integrum agitanda sit, li. 2. ti. 47.

Sic quilibet Iudex ordinarius restituere in integrum potest. Panor. consi. 87. in incip. Dominus Abbas. uolum. 1.

Delegatus Pap. c. causa restitutionis. de in integ. rest. Exceptis quibusdam casibus, in quibus adeundus est de iure alius pro impetranda restitutione.

Primo minor Iudex non potest restituere aduersus sententiam maioris, Vlpia. l. minor autem Magistratus, 18. de minorib. ff.

8 Secundo † sunt & casus, in quibus Princeps solus restituit; ut contra sententiam procuratorum suorum, & alius. l. 1. ubi & apud quem cognitio restitu. in integ. agitanda sit, lib. 2. ti. 47.

Alius casus in l. 3. si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur lib. 2. C. ti. 27. Aduersus sententiam eius,

eius, inquit Philippus Cæsar, qui tũc vicẽ Principis iudicauit; in integrũ restitutionis auxiliũ apud prætorẽ seu pręsidẽ prouinciæ, clarissimum uirũ flagitare nequaquã poteris. Nam aduersus eius sententiã, q vice Principis cognouit, solus Princeps restituet. Idẽ in l. Minor autem, 18. §. penult. de minorib. ff.

Item contra sententiam latam à Principe vix restitutio impetratur. Impetratur tamen & lis aliquãdo ex iusta causa, sed ab eodẽ Principe: ut propter omissas allegationes, & propter præuaricationẽ aduocati. d. l. minor autem. §. 1.

Et ita in his & similibus casibus, in quibus minor Iudex non potest aut par restituere, principale auxilium implorandum est. ut dicit Vlp. in l. Ille à quo. 13. §. tempestiuum. ad senatusc. Trebellianum. libr. 36. ff. tit. 1.

Item in restitutione contra sententiam criminalem, restitutio à solis principibus fieri potest. l. diui fratres. 27. de pœn. ff.

In Gallia nullus recipitur restitutionem petens, siue maior, siue minor, nisi literas restitutionis à Principe impetrauerit. Rebuff. tractatu de restit. q. 3. in 2 tomo commentariorum in constitutiones regias.

Edicto tamen Henrici 26. Aprilis anno 1551. *sur l'appliation de ledict de la creation des Magistratz præsidiaux*, supplicationes ciuiles contra sentẽtias præsidialium iudicum permissæ illis in suo foro sunt.

Qui plura de restitutionis materia uoluerit uidere, legat Speculatorem lib. 2. particulã 3. titul. de restitutionib. Rebuffum tract. de restitutionib. Octauianum Vnestrium li. 8. introductionis in aulæ Romana actionem cap. 3.

Differunt querela & restitutio in integrum, secun dum Rebuffum tractatu de literis ciuilibus, art. viii co. gl. 3. nu. 4. non quidem quod pertinet ad effectũ quia vtriusque finis idem est propositus querelæ & restitutionis contra sententiam: sed in alijs.

1. Querela ciuilis, contra Arestum, à quo non licet appellare, tãtum proponitur; At restitutio impetratur contra sententias inferiorum, quæ appellatione nõ possunt infringi. l. præses de minor. & ideò restitutionis causa potest tractari coram iudicibus quibuscunq; ordinarijs, regijs tamen, ut in c. causa de in integr. restitut.

Literæ autem ciuiles in senatu tantum & in magna Camera agitantur.

2. Multa imponitur per constitutiones regias impetranti querelam seu literas ciuiles si succumbat. At nulla per easdem imponitur in succumbente ex causa restitutionis, sed ordinario iure cõdemnatur, ut in alijs ad sumptus litis per l. properãdũ. §. sin autẽ, de iud. c. ex literis. de dolo, & contumac. c. Cęterum. & c. c. de rescript. c. vt debitus honor. de appellatione.

3. Restitutio in integrum impetrari debet à maioribus infra quadriennium l. fi. C. de tempor. in integ. restitut.

Literæ ciuiles intra biennium, uel nunc intra annum in Gallia.

4. Sententiam suam rescindere non potest Præses vel Iudex. l. 1. C. sententiam rescindi non posse. l. ꝑ iussit. in fine. l. Iudex posteaquam. de re iud. ff. l. r. §. fi. de quæstu.

At potest restituere contra sententiam suam iure scri-

re scri-

re scripto.l.in causa.16.§.fi.& l.perfecti etiam prætorio.17.l. Præses prouinciæ.42. de minor. ff. sicq; notat differre gl.fi.in fine, ad d.§.fi.l.in causa.

Differentiæ † verò inter restitutionẽ & appellationem afferuntur à Rebuffo tractatu de restitutionibus, art.1.glo.1.nu.41. Septimò uideamus in 2.tomo commentariorum ad constitutiones regias. 10

1. Quod prohibita appellatione nõ censetur prohibita restitutio.Cle. 1.de re iu.ideò à Papa, à Principe appellare nõ licet.l.1. a quibus appellare nõ licet.cũ similibus.sed bene põt impetrari restitutio. l.in cã.§.fi.l.seq.de minor. ff. cum ex literis & in integ.rest. Contra interdũ permittitur prouocatio: sed in integrũ restitutio prohibetur: ut & in l. illud sciendũ est.9.de app.ff. Illud sciẽdũ est, neq; pupillũ neq; Rempublicã, cũ pro libertate iudicatur, in integ. rest. posse: sed appellationẽ esse necessariã.

2. Appellatio querelam iniquitatis sententiæ continet.l. 1, de appellatione ff.

Restitutio habet professionem proprii erroris, & veniæ petitionem, aut aduersarii circumuentionẽ, l. Præfecti etiã prætorio.de minorib.25.annis ff.

3. Per † appellationẽ suspẽdit executio rei iudicatę, & officiũ iudicis, l.1.ad Senatusc.Turp.ff.& nõ mãdatur executioni appellatione pendente. c. veniẽs. de iureiur. l.Vnic.nihil nouan. appellat. pendente. ff.l.Appellatione.C.de appel.c.ei qui. §.appellatione interposita.2.G.6.Clem.vnic.de appellat.l.sciẽdum est.6. de appel.recip.,tit.49.lib.5. 11

At non obstãte petitã restitutione, sententia exequutioni potest demandari præstita idonea cautione, quod si, qui petit restitutionem, in causa prævaluerit,

ualuerit, uniuersa, quæ medio ipso tempore sententiæ ipsius occasione perceperit, restituet. c. suscitata 6. de in int. rest. lib. 1. tit. 41. Et ita in ordinationibus iudicij imperialis Cameræ 3. par. tit. 52. non obstante petita restitutione, iudicium dicitur demandandum exequutioni.

Sic enim æquũ est, executionem fieri, ne per excogitatam malitiam impediretur effectus sẽtẽtiæ in damnum obtinentis d. c. suscitata. & ibi glossa ad verbum postulante, notat regulare esse, ut sententia mandetur executioni, non obstante quacunq; exceptione c. 3. sicut sine iudicio. 2. q. 1. nisi incontinenti probetur exceptio. ut in c. veniens. 10. de testib. & in c. literas. de restitut. spoliat. Et in quibusdam casibus, qui notantur in c. Cum apud. 11. q. 3.

Aliunde etiam generale est, ut ubicunque in dubio quid admittitur, ut is præstet cautionem. ut in l. fi. de petit. hæred. lib. 3. C. tit. 31. l. 16. à quo. 57. & seq. a quo seruus. 58. de rei uind. lib. 6. ff. tit. 1. l. prætor ait. 7. de damno infect. lib. 39. tit. 2. l. post quam 5. §. 1. ut legator. uel fideicommissorum seruandorũ causa caueat. ff. lib. 36. tit. 3.

Est tñ textus ex diametro contrarius in l. vn. de integ. rest. postulata, ne quid noui fiat. lı. 2. C. tit. 50. ubi uerba, postulata in integrum restitutione, oĩa in suo statu esse debere, donec res finiatur, perspicui iuris est; idque curabit is, ad cuius partes res pertinet. Et ibi gl. ad uerbũ dẽre notat, effectũ restõnis postulatę in integrũ: vt nõ fiat rei alienatio sup qua petit̃ restitutio, & sententia executioni non demandet? tamen ibi citat iura, quæ loquuntur de appellatione. l. 1. Nihil nouari app. [illegible] dent. ff. li. 3. C. de appellat.

pell.facit.& l.fi.si ex falsis īstrumētisuel testimoniis iudicatū sit. li.7.C.ti.58.Iudicati,inquit Gordianus solet suspendi,& soluti dari repetitio, si falsis instru mētis circūuentū eē religionē iudicātis,crimine po stea falsi illato, manifestis ꝓbationib' fuerit ostēsū.

Facit,& l.satis apertè ad leg.Corn.de falsis. Sed & restitutionem in integrum impedire executionē sentētiæ dixit Baldus ad l.eos.C.de execut.rei iudi catæ. Bald.ad l.si causa cognita.de transact. Barth. defendente de author.t tor.

Solutio videt dari à Guido.Papa in decis.215.n. 86.inc.An executio sententiæ,hoc verū esse suspen di executionē,si probationes essent in promptu, ꝑ d.l.fi. si ex fals.inst.C.ibi manifestis probationibus.

Quod si quæstio longiorem, & altiorem require ret indaginem,tūc quidem impediretur etiam exe cutio,sed per replicationem dandæ cautionis de re stituendo si obtentum sit,executionem permitti,ꝑ authent.quę supplicatio.de ꝑcib.Imperatori offerē dis.ꝑ c.suscitata.de in integrū restitution.l.2.C.de fals.facit lex fin.de ordine cognitionis.li.7.C.ti.19. Vbi,si qui præsumit seruū suū esse,qui est in statu li bertatis,eius bona diripiat,tāquā sui serui.& is ad uersus illum vi bonorum raptorum agat;debent il li restitui bona,si modo saluā rem futuram per ido neos fideiussores promiserit.Nam si tales dare non potuerit,tunc ea conuenit de quibus in iudicio tra- ctabitur,sequestrari in eum diem,in quo controuer sia sopiat.Videndus Iason ad l.si causa cognita de trāsactionib.c.Aufrerius.dec.Tholos.54.Sic Rebuf. tractat.de restitutionibus articu.2.gloss.fi.num.7.in 2.tomo.commentariorum ad cōstitutiones regias.

Nec impeditur,inquit,executio retractabilis sentē tiæ.sed Iudex pronunciabit faciendam executionē per modum prouisionis,cautione datā.d.c. suscitata.c.auditis.3.c.ex literis.de in integ.restit.qcqd di cāt Doctores in l.f.de ordine cognition.c.& per l.3. §.ibidē ad exhib.ff.li.10.ti.4.l.ille à quo.13.§.qd er go.ad Trebell.li.36.ti.1.Singularis etiā explicatio c.suscitata,traditur in dec.Rotæ 435.in nouis. inci piente,fuit dubitatum, vtrum cautio,&c.

Quando latæ sunt tres sententiæ & diffiniuæ pro possessore contra actorem:quia ibi nulla est necessa ria executio:possidebat enim,& ideo non dat cautionem impetrans restitutionis literis,ab aduersario uicto,quia non dēt priuari commodo possessionis,c.1.& 2.vt lite pendente.aliter si contra posses sorē iudicatum esset:in quo etiam casu dicūt dom. de Rota considerandum, cautionem illam tantum postulari ab obtinente tres sententias, si pauper es set,aut si suspectus esset de dilapidatione fructuum vel rei,non aliter.adde Clem.1.de sent.& re iudica ta,li.2,tit.11.

Existimarē quoque suspendendam executionem sententię impetrata restitutione. si executio esset ir reuocabilis, ut criminibus,in l.diui fratres.27. l.ad bestias.31.de pæn.ff.quanquam vix impetretur per l.auxilium.de minorib. nec restitutio detur in his. Rota dec.30.n.2.incip.Fuit dubitatum,Spec.tit.de rest.i,in integr.non.§.quis autem.

et generaliter quando non posset reuocari execu tio,quia inde euacuaretur petitio restitutionis.

12 4. Appellationis † & restitutionis differentia poni tur à Macro Iurisconsul.in l.illud sciēdum est,9. de appella-

appella.ff.Illud sciendum est, neque pupillũ, neque Rempublicam, cum pro libertate iudicatur, in integrum restitui posse, sed appellationem esse necessariam: idque ita rescriptum est, ut arbitror, fauore libertatis.

5. Aduersas † duas uel tres sententias minor potest 13 restitui.l. minor autem magistratus.§. denique de minor.25.annis.clem.1.de re iudicata, nẽpe ex nuper repertis, non aliter.l.f.& 1.& 2.si sæpius in integrũ restitutio fuerit postulata.lib.2.C.tit.44. Tamẽ notandũ aduersus tres sententias conformes esse restitutionem concedendam, nisi prius iudici constiterit de iniustitia, summariè prius facta demonstratione, in decisione Rotę.2.incipiente, Aduersus tres, in nouis.quando principaliter petitur: secus, si incidenter, & per exceptionem, dec.1.in antiq.

Sed appellare quis non potest post tres sentẽtias conformes, l.1.& sequente, c. vt liceat tertio appellare.li.7.C.tit.70.l.1.C.si de momentanea poss.fuerit appell.c.sua nobis.65.de app.li.2.tit.28.c.si quis in quacunque 2.quæst.6.

6. Appellatio † debet fieri intra decem dies, com- 14 putandos à die notitiæ sententiæ. Auth. de appell.c. concertationi.eod.tit.in 6.

At restitutio in integrum potest impetrari iure intra quadrienniũ.l.fi.de temporib.in integr.restit. petend.c. Computatur hoc tẽpus in maiorib. à tẽpore læsionis.d.l.f.& Cle.vnic.de in integr.restit. ubi idem in Ecclesia restituenda. At in minoribus læsis computatur post 25. annum, & ita vsque ad 29.

Sed aduertendum, quod hoc tempus incipit currere, à tempore quo quis sciuit sibi competere resti-

tutionem: & ideo si quis per centum annos non peteret restitutionem in integrum, quia probabiliter ignorabat sibi competere, poterit tamen postea eã petere. Bal. ad l. falsum. si ex fals. inst. iud. fuer. Paul. Castrens. ad l. fi. C. de dolo. per l. fi. de tẽp. in integr. restit. petent. Alex. cons. 89. Viso puncto. n. 9. vol. 2. Rebuff. tract. de restitutionib. artic. 2. glos. 1. n. 2. & 3. in 2. tomo cõmentariorũ ad cõstitutiones regias. Tradit Matthæus de Afflictis dec. 39. Quædam Altruda dari restitutionem in integrum cõtra prescriptionẽ longissimi temporis ex capite ignorãtiæ. & ibi citat plures doctores: & contra quadraginta annos. D. de Afflictis deci. 329. incip. Dictat regia pragmatica. n. 5. & seq. citat Paulum de Lazaro, Lanzellinum, Cardinalem ad Cle. 1. de in integr. restit. Panorm. ad c. vigilanti. de prescript. Alex. vol. 2. cons. 168. incip. viso themate suprascripto.

Ex iure Gallico restitutiones dantur, & rescissiones contractuum, aut aliorũ actuum quorumcunq; ex causa doli, fraudis, circumuentionis, metus, violentiæ, deceptionis vltra dimidiam iusti pretii, per lapsum tantum decem annorum, computandorum à die quo contractus, distractus, aut alii actus gestie runt, & ex quo causa metus violentiæ, aut alterius legitimi impedimenti, iuris vel facti cessauerit, ex cõstitutione Ludouici. 12. anni. 1512. art. 46. ex cõstitutione Frãcisci I. anni. 1535. c. 6. art. 30. Decẽ autem anni in minoribus currunt tantum post minorem ętatẽ ex edicto Francisci. 1. anni. 1539. art. 134. Facit l. si superuacuam. de tempor. in integrũ restitut. l. 6. de calumniator. ff. Clement. de in integr. vnic. restit.

CAPVT

CAPUT IX.

De reuisione.

SUMMARIA.

1 *Reuisio processus aliud remedium extraordinarium.*
2 *Reuisionis literæ quid?*
3 *Reuisiones odiosæ.*
4 *Non dantur pro interlocutoriis in Camera Imperiali.*
5 *Praxis Cameræ imperiali pro reuisione.*
6 *Syndicatus in Germania*
7 *& Italia quid contra Iudicem*
8 *& quid in Gallia.*

Reuisio† processus contra arestum, est aliud remedium extraordinarium ad instar causæ appellationis. Matthæus de Afflictis decis. 231. incipiente, Dixit regia practica. quamuis in multis differant. Spec. lib. 2. part. 3. tit. de supplicat. §. antep. 1

Reuisionis† literę nihil aliud sunt, quàm permissio obtenta à principe, quia quis pōt facere iterū uidere processum iudicatum per curiam supremā, in alia curia suprema, ut iudicetur num benè aut malè prius fuerit iudicatum, sumptibus impetrantis. 2

Valde sunt huiusmodi literæ odiosæ, & ægrè impetrātur, propter autoritatem senatuum, quæ hinc imminui videtur.

Ideò Curia senatus Parisiensis die 16. Maii, anni 1455. reiecit literas, quibus mandabatur, ut iterū post arestū reciperetur processus & uideretur. Rebuff. tract. de literis ciuilib. artic. vni. glo. 1. num. 7.

Ratio,

Ratio, quia aliter non esset litium finis, & ex terminatis iudicijs per aresta aliæ lites orirētur, quod fieri non debet. l. 4. §. ait prætor. de re iudic. ff. l. terminato. de fructib. & lit. expens.

Hic autē litium finis scopus est ferè omnium legum, l. properandum. C. de iudic, c. finem litib. de dolo & contumac.

3 Maximèque † erat odiosum, quod antiquitus reuisiones fiebāt alicubi coram ijsdem iudicibus inferioribus, qui sententiam diffinitiuam tulerant, ut Nemausi, contra. l. quod iussit. de re iudicata. ff. in quo ex diametro uis fiebat legibus, p quas iudex, posteaquam sententiam dixit, siue benè, siue malè, suo officio functus est, & desinit in ea causa esse iudex. l. iudex eo. tit. ff. ca. in literis. de offic. delegati.

Item, quia ab inferiori iudice prouocari potest; & remedium ordinarium sufficere debet, quod si non interponatur, sententia suis firmatur repagulis. l. 1. in princ. C. de asserit. tollend.

4 Ideò † in Camera imperiali nō datur reuisio pro interlocutoriis Cameræ, nisi tales sint, quæ nō possint reparari in diffinitiua.

Et ita etiam obseruatur in Austria. Gail. li. 1. obseruation. practicar. obseruatione 155. num. 5.

5 Praxis† Germaniæ Cameræ Imperialis ex ordinatione Caroli V. & Ferdinandi anni 1548. vlt. Iunij.

6 In † ordinationibus iudicii Imperialis Cameræ parte 3. tit. 51. statutum est, ut à sentētijs per Imperiale iudicium Cameræ illius nempe quæ Spirę est, latis ac pronunciatis, nulla partium litigantium appellandi aut supplicandi habeat potestatem. Si uerò aliqua partium per sn̄iam imperialis tribunalis

Cameræ

Cameræ grauatam se putet, via contra Cameræ Iudicem & Assessores iuris communis, ac constitutiõis, quæ sequitur de reuisione & syndicatu. Tractat hanc quæstionem. quod litigans Grauetus à Iudice possit conqueri contra iniquitatẽ sententiæ in syndicatu, siue appellauerit, uel non potuerit appellare siue destiterit ab appellatione. Pan. ad Pan. ad Rub. de appel. nu. 14. Ludouic. Rom. consi. 338. incip. In casu propositæ consultationis. in dubio 2. Bartol. in quæst. disputata. incipiente. Iudex qui per imperitiã ingrediendã illi reseruatur. Permittuntur tamen in tit. 52. petitio restitutionis ex iusta causa articulata, sed sine præiudicio executionis sententiæ.

In 53. verò titulo, statuimus, inquit Imperator, vt si qua partiũ deinceps putauerit, se p Cameræ Iudicẽ & Assessores grauatũ, aut iniustam aut nihili sẽtẽtiã cõtra se latã & pronunciatã esse, & ob id cogitaret ad pœnam iniquorũ Iudicũ, aut reformationem ac emendationem huiusmodi sñiæ instandum, ei cõceditur hoc modo; ut Archiepis. Mogũtino imperii Cãcellario loco nostro duob. mẽsib. me ante primã Maii in scriptis significat; Archiepisc. aũt nobis, aut nobis absẽtib. fratri nostro, Romanorũ Regi electoribus quoq; prælatis, comitibus & ciuitatibus ad annuã uisitatiõe Cameræ ordinatis scribat. Nobis aute ipsisque indicet petẽdo, una cũ nostris aut dilecti fratris Regis Romanorũ cõmissariis, suos ẽt præcipuos peritos, aptos & eruditos cõsiliarios mitti, in hmõi causis simul cũ nrĩs & dilecti fratris Romanorũ Regis cõmissariis, tũ & præsidẽti, & assessorib. a quibus sententia lata & promulgata est, omnia & singula acta eius causæ diligenter reuideri & perspi

ci,

ci, & prout iuris & æquitatis fuerit, agi & perfici, statuit & antequã hæc reuisio instituatur, deponendã ab impetrãte sũmã legitimã, vel legitime cauẽdũ, habita rõne psonarũ, & causæ ex taxatione seu æstimatione visitatorum ordinatorũ, quæ casu, quo inueniat snia iustè lata, applicetur p pœna fisco, p que soluẽdis expensis, quæ quocunque tempore ad huiusmodi syndicatum & reuisionem exponuntur.

Statuitur item forma, ut conquerens, si ei videatur, causas grauaminis uno scripto, & aduersa pars altero tantum proponat, & nihil noui ultra processum. Quia non habet loco in ea l. 9. Hanc, de tẽpore appellationis, nec omissa deduci possunt, ad suntq; tunc Iudex & Assessores cum commissarijs, ut ostendant alijs consilarijs fundamẽta iudicij, & acta iudicialia uideãt. Cõsequenter aũt soli consiliari reuisores remotis Assessoribus desuper pronunciẽt, ac eã snìam, si iustã comperiant, rursus cõfirmẽt, vt executioni demandetur. Vnde colligit Caillus li. 1. practicarũ obseru. c. 154. suspendi executionem sentẽtiæ, donec per reuisionem de ea cognitum sit. & ita obseruatum, aut si quicquam à iudicibus omissum aut eratum sit, aut si ea sententia sit alioquin nulla, aut non conformis iuri, restaurent atque reforment.

Casu autem, pro sententia ob negligentia Iudicum ut nulla aut iniqua reformaretur, parti sua pecunia deposita restituatur, & sententiam hanc Camera exequatur.

Si uerò nullitas aut iniquitas sententiæ, controuersæ non dolo aut fraude, sed tantum omissione quadam, negligentia, imperitia, aut errore procuratorum, aut Iudicum contigerit, in eos agatur.

Si

Si autem comperietur in ea sentētia Iudices, uel unū ex his, propter munera, dona, preces, amicitiā, inimicitias, aut alias similes causas nullam aut iniquam sententiam protulisse, aut casu quo Procuratores ab aduersa parte dona uel munera accepissēt depositam suam pecuniam accipiat uictor & agat, si uelit, ex syndicatu contra Iudices, alios autem accuset, & iudicio, si uelit, prosequatur ut decet.

Non appellatur a reuisoribus, nec supplicatur. d. tit. 53. Gaillus lib. 1. obser. 155. nume. facit. l. 2. C. de legib.

Syndicatus † est accusatio Iudicis, quę in Italia etiam frequens. post depositam enim administrationem debēt remanere in loco iudices administrationis per quinquaginta dies, ut pateat licentia eos accusandi de furtis & iniuria per illos factis. l. unic. ut omnes Iudices tā ciuiles quā militares post administrationem depositam quinquaginta dies in ciuitatib. uel certis locis permaneant li. 1. C. Cicero ait idem cautum fuisse lege Iulia repetundarum. Infert Bar. ad l. 1. de appe. ff. n. 6. quod licet quis a sentētia non appellauerit, tamē poterit agere in Iudicem in syndicatu quia, inquit, iudicādo fecit litem suam. l. filiusfamil. de iudic. Multa alia de hoc affert addito ad Bar. 5. quod tamen non seruari in Gallia ait Rebuffus in tract. de appell. in præfationibus. n. 23. & 24. tomo. 3. commentariorum constit. regiar.

7

Nā, inquit, in Gallia Magistratus sunt tuti extra tres casus; scil. doli, fraudis & cōcessionis. Ideo, qui nō appellauerit in Frācia non aget nisi in his casib. contra Iudicē. Alioquin nemo uellet Iudicis officiū subire, timens sibi iudicium fore damnosum contra

sed si quis ex signatorib. quemadmodum testam. aperiantur. facit c. hoc etiã placuit, 2. q. 6. Extat con stitutio Francisci. 1. ann. 1540. artic. 2.

8 In†Gallia ita conqueri possunt litigantes contra iudices, si faciant litem suam, & appellãdo possunt una uocari. dicunt *prendre en partie*. Sed & si quid su premi Iudices admittant dignum reprehẽsione, fit denunciatio procuratori regio, qui adest inquisitio nibus, quæ dicuntur Mercuriales, quia uel singulis quindecim diebus, uel singulis Mensibus semel, uel bis in anno solent fieri in die Mercurii de admissis neglectis per officiarios senatores & præsides secũ dum constitutiones regias Ludouici 12. anni 1499. art. 27. & 29. Francisci 1. anni 1535. art. 57. 58. 59. & constitut. anni. 1539. ar. 130. In constit. Car. 9. comitiorum Aurelianens. artic. 3. Henrici 3. in const. Blesensium anni 1579. art. 144.

Capvt. X

De aliis rationibus introductæ appellationis.

SVMMARIA.

1 *Appellationis 2. ratio, ut suppleantur omissa à Iudice inferiore.*

2 *Et 3. ut alia ab aliis quam Iudicibus facta iniuste corrigantur.*

3 *Erit 4. ad præsidium innocentiæ inuentam appellationem.*

4 *Et 5. quòd libertas populi hinc arguatur.*

5 *Vt 6. diligentius negotia examinentur.*

6 *Vt 7. Iudices inferiores metu appellationis cõtineãtur in officio.*

Expli-

EXplicatis remediis extraordinariis pertinētib. ad corrigenda sñias ex iniustitia, errore & lesione, loco appellationis, negatę, q̃ ad iniquitatē sententiarũ dicebatur per prima rationem admissa, addamus alias rationes introductionis appellationis.

Erit † ergo secunda ratio cur necessarius sit usus appellationis, nēpe ut suppleatur a Iudice superiori, quod incaute in inferioris iudicio omissum est, dummodo probata & supplementa pertineant ad causam primam propositam coram iudice a quo. l. per hanc. 4. de temporibus & reparat. appellat. li. 7. C. ti. 63. & in c. Cum Iohan. Heremitan. 10. de fide instrument. libr. 2. tit. 22. Vbi post condemnationem venditoris damnati ad dandam domum uacuam, quam uendiderat appellatione interposita ad summum Pontificem, admittit summus Pontifex probationem appellantis uenditoris, qua docet fuisse uenditionē conditionaliter factam, ut ipse quandiu uiueret, eam possideret, & filii eius nepotesque emptoris, & postea ad emptorem perueniret. Atque ideò minori pretio fuisse uenditam, & ita conuentum fuisse testibus probabat, licet instrumentum donationis pure fuisset conceptum. quã probatione admissa retractata est prima sententia. Et in Gallia maxime necessariæ appellationes. quia licet iuris communis dispositiones facultas detur, per supplicationem aut restitutionem petendi reparationem rei inique, nulliter uel male iudicatæ, uel restitutionem, ut notatur ad l. quod iussit. de re iudi. ff. & C. si aduersus sent. Tamen hodie ex generali usu & consuetudine Galliæ, non datur aliud remedium quam appellationis in curiis inferioribus. quanquam in

supremis habeāt alia locum; ut supplicatio, querela, reuisio, extraordinaria Imbertus in Enchiridio, in uerbo Error. & ita duo eius rei Senatuscōsulta refert Papus.li.19.arrestorum.tit.1.

Quare si omiserit iudex inferior in sentētia diffinitiua condemnare ad expensas & dāna uictū, tanquam temerarium litigātem, in causa appellationis poterit Iudex ad quem condemnare, quia in eo supplere debet iudicium, secundum iura, quæ uolūt temerarium litigantem in condemnandū esse.c. fi. de rescr.li.1.ti.3.l.properandū.§. sin autem, de iud.C. c. vt debitus honor. in fine de appellat.

2 Tertia † ratio, inuentam appellationē, non solum ad corrigendam iniquitatem Iudicis inferioris, sed etiam ad corrigenda alia iniuste facta ab aliis, ut in extraiudiciali appellatione, de qua Doctores ad c. bonæ memoriæ. 51. de appellat.

3 Quarta, † appellationem non tantū ad correctionem iniquitatis, sed etiam ad præsidiū innocentiæ inuentā. c. Cum speciali. §. fi. de appell. inde inferūt Dd. in l.1. de appella. ff. quod licet quis nō grauetur per sentētiā, nihilominus possit appellare, per l. ait prætor.7.§. permittitur. & ibi Bart. de minorib.

4 Quinta † rō pōt esse, ꝙ hæc appellādi facultas ad libertatē populi pertinet, & eorū ꝗ regunt ꝙ tū principi curę, est quantū eorum beneuolentia. & obediētia, in l. Imperat. Alexandre de appellat. ff.

5 Sexta † ratio, ex l. addictos. 29. de app. c. prouocationis interponendæ, copiā nō esse negandā, maximè in criminalibus; ut ibi diligentius examinetur negotium, ubi contra hominis salutem per errorem vel gratiam cognitoris oppressa putatur esse iustitia.

Non

Non omnib.horis sapiunt homines,& quãdoque bonus dormitat Homerus,ut dicitur,& in nullo penitus errare potius diuinitatis quã humanitatis est l.2.§.omnibus itaq; hominib.C.de uetere iure enucleãdo,li.1.tit.17.gl.ad c.porrecta.6.ad verbũ credamus,de confirmat.utili uel inutili.

Quare nec ægrè ferunt optimi Iudices,qui iudicarunt,si per appellationẽ ad superiorem deferatũ lis, vt si quid omiserint, vel si in aliquo obrepserit illis somnus ignorantiæ,uel negligentiæ, non vertatur in præiudicium litigantium;si autem benè iudicauerint,confirmetur. Hoc etiam placuit in consilio Carthaginensi 3.c.10.vt à quibuscunque Iudicibus ecclesiasticis ad alios Iudices ecclesiasticos,vbi est maior autoritas fuerit ꝑuocatũ,nõ eis obsit, quorũ fuerit soluta sententia,si conuinci nõ potuerint uel iniquo animo iudicasse , uel aliqua cupiditate aut gratia deprauati.relatũ ĩ c.37.hoc ẽt placuit.2.q.6.

Septimo,†appellationis & retractationis iudicij 6 facultas,magis continet Iudices in officio,ut diligẽtius causam examinent,quam sciant ante oculos superioris ꝑuenire posse.Sæpius enim iniustè iudicãt homines,cum persuasum illis est,à nemine fore reprehendendos,& arbitrium pro lege intrudũt.quo fit etiam,ut tyranni & principes mali ea confidentia immanissime sæpe delinquant.

Cap. XI.

De diuisione appellationis in iudicialem & extraiudicialem.

SVMMARIA.

1 *Diuisio appellationis prior in extraiudicialem & iudicialem.*

2 *Iudicialis quid?*
3 *Differentia inter has appellationes iudiciales et extra iudiciales prima differentia quod extraiudicialis fit non introducta causa, non iudicialis.*
4 2. *In reuocatione innouatorum.*
5 3. *In intimatione utriusque cui facienda sit.*
6 4. *In obiectis proponendis.*
7 5. *In intimatione intra tempus facienda.*
8 6. *Differētia ī causæ appellationis ueritate proponēda.*
9 7. *In apostolis petendis & dandis.*
10 8. *In certa causa exprimenda.*
11 9. *In itineris acceptione ad superiorem.*
12 10. *In tempore ad appellandum.*
13 11. *In excommunicato ad appellandum admittendo.*
14 12. *In impedimento executionis actus.*

1 Appellationum† plures afferuntur diuisiones, ego insigniores referam, quæ magis ad necessariam earum explanationem pertinere uidentur. Prior itaque, ut alia sit extraiudicialis, alia iudicialis, ut docuimus. lib. 50. syntagmatis c. 2. nu. 5. Extraiudicialis est de his, quę nondum in iudiciũ deducta sunt, causa adhuc non cœpta: vtpote, quando quis ab spoliatione, à prouisione, ab electione appellat, aut aliàs ante causam inchoatã, & dicitur ꝓpriè prouocatio ad causam instituendã. c. cũ sit Romana. 5. de app. lib. 2. tit. 28. Quoniam, inquit Alex. 3. sacri canones ẽt extra iudiciũ passim appellare ꝑmittũt, nec solẽt hmõi dici appellationes, sed prouocationes ad cãm. Nihilominus & vocat appellatio, ſ Cle. sicut appellationẽ. 3. de ap. li. 2. Cle. ti. 12. Sicut, inquit appellationẽ iudicialẽ, sic & extraiudicialẽ, infra annũ à die ĩterpositionis ipsi⁹, vel a die illati graua minis

uaminis, ubi à futuro grauamine appellat, pseq & finire tenet appellãs. De utraq; appellatione memi nit.c.1.de app.in 6.li.2.ti.15.Sãcimus, vt si qs in iu dicio uel extra super interlocutoria aut grauamine aliquo, ad nos dixerit appellãdũ, cãs appellationis in scriptis assignare deproperet, &c. Et in c.Cõcer tationi, 8.eo.tit.dat potestas appellandi intra decẽ dies, ab actib. extraiudicialibus, à qb. iure permis-sũ est ẽt appellare ab electionibus, prouisionibus, & qbuslibet aliis actib. extraiudicialibus, si ex his qs grauatũ se esse reputauerit. siue, ĩquit, Gl. illi a-ctus fiãt a Iudice, siue a priuato. Et in c.bonę memo rię, 51.de app. Archidiaconus quidã. cũ deturbaret ab alio ĩ possessione, appellauit summã Põtificẽ, & deĩceps cũ p uiolẽtiã ab illa pulsus fuisset. psequẽs appellationẽ, obtinuit restitutionẽ spoliationis, in pristinũq; statũ possessionis posit' est, quo erat tpe suæ appellationis, proprietatis parti utrilibet saluo iure. Ita in c.cõsiderauimus. 10.de elect.li.1.ti.6. ab electione appellatio interposita, tantæ efficacię dr, ut si postea aliquid actũ fuerit, reducatur ad primũ statũ. Multa de hac extraiudiciali appellatione, & p qb. soleat interponi, Spe.li.4.p.2.tit.de app.§.2. Restat uidere Bar.ad l.fi.de app.recipien. Effectus huius extraiudicialis appellationis est, quod per eã iniusta excõicatio non ligat; secus, si nõ esset appel latũ, secundũ Hostiensem ad c. cũ super uniuersas. de elect. & ibi Bal. & in repertorio super Innocen.

Et p talẽ ẽt extraiudicialẽ appellationẽ appellãs eximit a iurisdõne iudicis a quo, sicut ĩ appellatio-ne iudicialiter facta, secũdũ innoc. ad c. Dilectis. de app. Guid. Papa in tract. de appel. q.53. seu n. 41.

2 Iudicialis† appellatio, q̃ cã delata ad Iudicẽ, interponit, uel ante uel post sñiam, interlocutoriam aut definitiuã, ex aliquo grauamine. Siquidem ante iudiciũ põt appellari, ut non admissa declinatione fori, q̃ ꝓponit uocatus ex l. si q.s ex aliena, §. de iud. ff. Si quis vocet à iudice cũ breui termino, & peremptoria citatione. Valebit. n. appellatio. c. 1. de dilat. li. 2. tit. 8. Si iudex delegatus cognoscendo contra in rescripto expressum, uelit citare non expressum, c. significãte. 34. & c. Rodulphus. 35. de rescr.

Agiẽ de appellatione ab interlocutoria iure pontificio maximè, c. cũ sit Ro. 5. §. si uerò. c. super eod. 12. in princ. de app. quia iure ciuili, nõ perpetuo uerũ est, ut dicemus ad §. q̃sitũ. & §. hinc cõsequẽter. legis 1. de app. Deo fauente. De permissa appellat. à definitiua hoc regulare in utroque iure. §. Nam si post ꝓuocationẽ, Nouel. 82. & postea de hoc. Liquebit ẽt qũo & post sententiam latam rectè interdũ ab executore excedant. l. ab executore, de app. ff. l. ab executione quorum appellat. non recipiantur.

3 Dantur† plures differẽtiæ inter has appellationes, quarũ Decius refert decem in c. bonæ memoriȩ. de appell. Panorm. 17. ad c. cum sit Rom. de appell. & ad c. bonæ eo. & ad c. dilecto. de excep. ad c. cum l. & A. de sen. & re iud. Rebuff. ro. in tract. de appell. art. 1. gl. una. n. 54. & sequentib. tomo 3. commentariorum in constitutiones regias.

Prima differẽtia, quod extraiudicialis fit, nõ adhuc introducta causa in iudiciũ, & est ueluti ꝓuia ad litem inchoandã, ut diximus ex d. c. Cum sit Romana; & ideo habet uim citationis, ut ad eã citatus teneatur comparere. Alioquin contra eum, ut contra

tra cõtumacem proceditur Marãta in praxi 6.par. vers.app.n.258.Panor.ad d.c.cum sit Roma.n.10. Non tamen per eã appellationem censetur introducta litis pendentia.Rota dec.763.inc.Sed secundum in antiq.de app.Neq; attentata pòst ipsã sunt nulla,sed veniunt annullanda Butriga.Panor.Phil. Franc.ad c.consuluit,c.bonæ.c.sæpe de app. Rursum Rota de.764.inc.sed secundum.in antiq.sciẽdum inquit est,ꝙ c.vt circa.& c.pcu.de elect.in 6. loquuntur in appellatione extraiudiciali,& ẽt c.cõcertationi.de app.in 6.& prædicta capita non habent locum in tit.vt lite pendente,in Cle.q̃a lis non dicit̃ pẽdere rõne appellationis extra iudicialis q̃a appellatio extraiudicialis nõ inducit litis pẽdetiã.

Ratio,quia appellãs in iudicio offendit ministrũ iuris,& appellans extra iudiciũ offendit legẽ.Quare grauius peccat,qui offendit ministrũ legis, quã qui legem.quia mitius agitur cum lege quam cum ministro legis,l.Celsus de arbitris.Aliter in iudicia vbi reuocantur attentata.Sed, & Spec.lib.4.partic. 1.ti.de appellat.§.2.n.11.Colligit,ꝙ appellatio extraiudicialis propriẽ fit à futuro grauamine vel ab instãti, & non præterito.vt iudicialis.c.Cõsuluit.c. cum dilectus.c. Constitutus.c.bonæ memoriæ de appel.In iudicialibus nisi a præterito nõ appellat. c.vt debitus.c.dilecto.c.inter cętera de appel.vel a comminato.c.Consuluit.& in 2.ex parte eod.tit.

2 Differentia omnia innouata regulariter post appellationem iudicialem reuocantur; tanquam attentata:c.nõ solum de appellat.in 6.distinctione tamen adhibita,de qua in attentatis dicet.Alia autem,quæ non sunt facta contra appellationem extraiudi-

traiudicialem,nô reuocãtur.c.Cũ nobis.19.de ele ction.c.1.de app.reuocatur tantum, quæ contra appellationem fiunt Decius ad d. c.bonæ memoriæ n. 18.de app.& ea adhuc attentata per Iudicẽ vel par tem post appellationem extra iudicium interposi tam,ante notificationẽ eis factam,non ueniunt per modum attentati reuocanda;propter iustã causam ignorãtiæ.Et quia de nulla temeritate redargui potuerũt.Rota dec.309.incipiẽte,attentata p iudicẽ in nouis.arg.Cle.2.vt lite pedẽt.quare ut dicitur in dec.344.inc.Licet in causa beneficiali, in nouis, dicitur,quod licet in causa beneficiali cõtra aliquẽ impetrantem apostolicũ,puta à gratia,& processibus suis appelletur,sibiq;huiusmodi appellatio intimetur,& ipse post,& ante huiusmodi appellationẽ, nihilominus ius suũ siue gratiã suã prosequẽdo aliqua faciat,& attẽtet,puta apprehẽdẽdo possessionẽ absq; aliqua violẽtia,recipiendo fructus,& alia iura sui beneficij exercendo,secundum omnes de Rota dominos prædicta nõ sũt per modũ attentati reuocanda,nisi ante omnia ostẽdatur,& doceatur de ueritate causæ appellationis Ratio,quia quãdo appellatur ante diffinitiuas,regulare est,nõ reuocari attẽtata post appellationem, nisi in euentum causæ appellationis.c.Nõ solum.10.Ma.de app.in 6.& quodcunq; quis ante facit,uidetur facere ad iuris sui conseruationẽ ante quæsiti.C.l.2.vt lit.pendẽte. Et nemo videtur alteri inferre iniuriã,qui iure suo utit.c. Cũ nobis olim.&c.Cũ Ecclesiæ Vlterrana.de elect.

Et potest etiam causa appellationis esse friuola, cui deferre quis nõ teneatur,c.Cũ appellationib.friuolis.de appe.in 6.Hęc dec.illa Rotæ.344.in nouis.

3. Extra

3. Extraiudicialis† non potest à quocunque intimari, prout iudicialis, iuxta Rotam dec. 127. incipiente, valet intimatio, in antiq.

Sed debet intimari ipsi parti per procuratorem, Rota decisione 2. inc. Nota, quod vbi appellatur, in antiq. Iohannes Andr. ad c. causæ quæ, de election. 5

4. Appellā s† extra iudicium non potest obijcere vel dare obiectus contra personam prouisi, aut contra formā ꝓuisionis eiusdem, iuxta c. vt circa. 4. de election. in 6. sed postea non obstante, ꝙ non dederit appellādo, pōt dare in iudicio, sicut resoluit Rota dec. 267. quæ incip. Si posset beneficii. in nouib. 6

Dispositio c. vt circa. habet, ut appellātes contra electiones, postulationes, & prouisiones, appellātes omnia quæ adducere intendūt contra personā vel formam teneantur exprimere, & iurare, ꝙ illa credūt vera esse, & ea se posse probare: & super non expressis ipse vel adhærentes, non audiantur, nisi de nouo emergāt, uel ad cognitionem perueniant, super quo etiam iurare debebunt. Intelligit enim Rota illam decretalem locum habere, quando qui appellat ab electione, & prouisione, seu ītrusione vel canonica institutione agit. Nam tunc, nisi causas & circunstantias huiusmodi intrusionis vel nō canonicæ institutionis exprimat, repellitur postea ab obiectibus, & cadit à iure suo; Clarè enim constat, quod non pro iure suo tuendo vel cōseruando, forte quia nullū ius habet, sed ius alterius impugnādo app. Secus verò si in directè, vt in Cle. cōstitutionē de elect. vt quando forte possessor appellat à molestationib. dicens sibi ius cōpetere. Eadē explicatio affert ī decisionib, Rot. Iohā. Fastoti, cā. 7. dub. 25.

5. Adde

7 5.Adde† q extraiudicialis appellatio debeat inti mari parti,& Iudici saltē intra mensem:aliàs appel latio esset deserta,Clem.causam,de elect.Guid.Pa. tractatu de appellat.q.53.

8 Sexta† differentia,in iudiciali appellatione causa appellādi vera esse debet c.īterposita.70.& c.vt de bitus honor.59.de app.In extraiudiciali satis,est q cā sit verisimilis, & pbabilis.vt si timuerim mole-stari in alicuius rei possessione,appellare potero.c. Bonæ de app.Rō diuersitatis, q in iudiciali appel-lādo quodāmodo censeatur iniuria fieri iudici,quā do ab eius sententia recedit sine uera causa,d.c.ut debitus honor.exprefsè.in l.vltia qñ pūocare nō sit necesse.C.In extraiud.nulli fit ī iniuria imò fit in? p pri iuris cōseruationē,& defēsionē.Doc.ī d.c.Bonę.

9 7.In iudiciali† Apostoli tradebant. Cle.2.de app. In extraiudiciali,non;quia sæpius nō est,qui eos tradere possit.c.1.de appellationib.in 6.

10 8.Iudicialis† appellatio de certa causa eē debet.c. vt debitus honor de app.Extraiudicialis incerta,& generalis respectu grauaminū, & psonarū recipit. c.Cōsulit.18.ap.in 2.sic incipiēte,& ualet extraiudi cialis sine expssione cā, vt ait Inoc.ī d.c.Cōsulnit.

11 9.Itineris arreptio† ad superiorē pro appellat.ex traiudiciali habet;secus in iudiciali,c.dilecti.52.ī 2 sic incip.de appel.c.Cū causa 8.de re iud.lı.2.ti.27

12 10 Dantur† decē dies ad appellandum in iudiciali auth.cedere. de app. C.quia à die cognitæ sentētię currūt.c.cōcertationi.8.de ap.in 6. In extraiudicia li.ēt post decē dies appellare licet.Spe.in 2.li.part. 3.ti. de appel.§.5.restat.n.7.qa extraiudicialia nō trāseūt in rē iudicatā.Sed hoc emēdatū fuit p d.c.

Concer-

Concertationi, ubi & in actibus extraiudicialibus appellari tantum appellari potest infra decem dies à die cognitionis grauaminis.

11. Excōicatus† in iudiciali appellat: sed nō extra 13 iudiciū impugnat. c. Cū. inter. 5. de exce. li. 2. ti. 25.

12. Differentia† ex decisione rotæ 614. Nota licet 14 inhibitio, de dolo in antiquis, q̄ si appellatur extra iudiciū, nō ideò debeat a principali uel alio modo impediri executio uel ius primi, uel alterius hominis, quin illud exequatur, uel sententiam primam, quia lis uel appellatio, non debet quenquam priuare sua successione, secūdum Archid. ad c. Ro. de appel. in 6. quamuis aliter sit in iudiciali. Ita non est in extraiudiciali procedendum ad inhibitionē, ne quis priuetur iure suo. Debet & causa appellationi extraiudicialis uerificari antequam inhibeatur iudici à quo est appellatum. c. Interposita. de app. ca. nō solū. §. fi. eo. ti. in 6. Rot. decis. 346. inci. si appelletur in partibus. in nouis. Suspendit aūt iudicialis executionē in definitiuis. ut explicabimus postea.

Cap. XII.

De appellatione extraiudiciali alia quædam.

Svmmaria.

1 *Quando ab actu extraiudiciali appellari possit.*
2 *Ab electione facienda quomodo & quando appellari possit.*
3 *Appellatio extraiudicialis à sibi dicente ius.*
4 *Si Iudex cognoscere velit de quo non possit à monitione uel excommunicatione extra ius facta.*
5 *Si commissus faciendæ inquisitioni non faciat copiā articulorum cum dilatione.*
6 *Si tertius grauetur à facto alterius.*

1 Moue-

1 MOuetur † quæstio, num ab omni actu extraiudiciali, licet vel possit appellari? ad cuius solutionē facere potest, quod explicatur à Bartholo ad l. Si res. nu. 7. de appellat. recipiend.

Quando actus extraiudicialis est iam factus, nēpe cœptus & perfectus in detrimentum alicuius, iure ciuili non potest appellari, secundum Bartholū. Alia tamen sunt prodita remedia, ut quod factum est indebitè tollatur, vt per interdictū quod vi aut clam. actionem pluuiæ arcendæ, & per alia similia, & per interdicta omnia restitutoria.

Si qn̄ uerò actus non est cœptus, aut non est perfectus, uel est cōminatus, pōt dari operis noui nunciatio, in quā tñ hoc speciale, ut nō requirat appellatio uel prouocatio ad cām. l. 1. in princ. & ibi not. de ope. no. nunc. ff. In aliis tamen hoc non reperit. Quando aūt actus cœptus est, non tamen perfectus, sed comminatus, uel de eo uerisimiliter dubitatur ex iustis causis, tūc in omnibus causis, in quibus Iudex potest adiri, & eius officium potest implorari ne fiat. in illis extra iudiciū potest appellari, & hoc est se supponere potestati talis Iudicis, & protestari ex eius parte. Sic loquitur Bartholus, ut nulla fiat nouitas. Quare si & tunc iuerit ad iudicē reuocabuntur facta interim ut attentata. l. de pupillo. §. Si quis ipse pretoris de op. nou. nūc. ff. c. Bonę. de app. Sed in isto casu dēt fieri protestatio seu appellatio inserta certa & uerisimili causa, d. c. Bonæ. & l. 1. c. de his qui ad Eccles. confuger. Item requiritur, quod probetur. Neque enim sufficeret dicere se probaturum, quod aliter tamen est, quādo appellaretur in iudicio. in c. interposita, de app. Innoc. ad

cap.

c. cum inter canonicos. de electión. c. 1. de app. in 6.
Neque sufficit in actibus extraiudicialibus contra dicere solū, nisi appelletur expresse & specialiter, quando quis grauatur. c. quod ad consultationē. & ibi textus & Innocentius de re iud. Imola in l. ille a quo §. si de testam. ad senatuscon. Trebell. ff.

Antequam† factus fiat, etiam protestatio appellationem hēt adiūctā; ut si vnus ex canonicis ante electionē faciēdā à capitulo Episcopi, dicat, ego talis canonicus, cōsiderans quod Paul. quē intenditis eligere in Episcopū, est vel infamatus, uel excommunicatus, &c. vobis illud ipsum denuncio, & appello ad sedē Apostolicā, ne vos ipsum eligere attētetis, & peto Apostolos, instāter, instātius, instātissimè, ut in c. Constitutis in 1. de app. c. statuimus. & c. Cū in cunctis. de elect. Et hoc casu, quia extra iudiciū appellatur, dātur Apostoli cōuentionales, seu testimoniales. Debet tamen seruari in hac appellatione forma c. vt circa de elect. 6. Aliter non ualeret.

Potest & ita appellari: Appello, ne ad electionem, nisi canonicā procedatis. c. Cū uobis olim. de elect. vel, ne sine cōsēsu totius vel maioris & sanioris partis capituli, eligatis. c. auditis. de app. vel, ne contra Priuilegia Ecclesię vestrę eligatis. c. cōsiderauimus. eo. vel, contra approbatam consuetudinem c. Dilectus. de consuet. c. Abblate. de verb. signific.

Potest & de facta electione; si sit de indigno, illegitimo, criminoso, &c. uel aliàs incapace, appellari. c. Cum in cunctis c. Innotuit. de elect. c. qui Episc. 23. dist. c. nisi cum pridem. §. pro defectu. de renunciat. c. penul. & fi. & de ætat. & qualit. ordina. cap. 1. de seruis ordin. Sic extraiudicialis appellatio inscri

ptis

ptis est,ab eo,q interpellatus de admittēda vel cō firmāda electione nō vult admittere,uel confirmare,ad sedē Apostolicam uel aliū immediatū petitis Apostolis.c.pastoralis.§.de iure patronat.c. Cū inter.&c.querelā.de elect.c.significauerūt.de excep.

3 Item,† si quis sibi dicat ius,vel sup mea possess.uel alia re mihi iniuriā inferat,uel turbet,c.Bonæ.c.Dilectus.c significante.c.Cum teneamur.de appellat.

4 Si Iudex † velit cognoscere de eo,quod nō potest, puta propter priuilegiū opponētis uel exceptionē. vt c.cū olim.& c.cū venissēt.de p̄scr.l.vni.ne qs in sua causa iudicet.c.cum uenissent.de iud.c.quia suspecti 3.q.5.c.personas.§.fi.c.sępe.c.oblatæ de app. c.veniens.de renunciationib.

Item à monitione vel excōmunicatione extra ius facta,si quis offerat,se iudiciū ordinarium corā iudicibus non suspectis subiturū,& nō audiatur,sed monitionibus & denūciat interpelletur,appellat,& dicit: Appello & me & bona mea protectioni sūmi pōtificis,uel Archiepiscopi suppono,& peto Apostolos &c.c.si clericus aduersus.11.q.1.c.Conquerente.de restit.spoliat.c.Dilectus.§.1.de appellat.

5 Item,† si cōmissus inquisitioni faciēdæ contra aliquē,noluerit ei dare exemplatū,uel facere copiā in scriptis art.super q̄b. velit inquirere, vel dilationē super his ad deliberādū denegauerit.vel,si velit cōtra aliquē,tanquā infamatū de crimine, inquirere, sed ille negat,& petit primū sup infamiā inquiri,ipse autē super crimina inquirit,appellatur legitime.

6 Potest † ita tertius appellare pro suo interesse non solum à grauamine iudiciali,sed etiā extraiudiciali per textum in l.à sentētia.§.ideq; rescripsit.de app.

ff.Vbi

¶ Vbi à trãsactione iter aliquos facta, tertius appellare potest, si prætendit illã transactionẽ fieri in sui collusionem; puta, quando hæres transigit in collusionem legatariorum. Et ita etiam tenet Panorm. in c. Dilecti. n. 2. de rescrip. Gail. li. 1. obser. Pract. obser. 7. num. 14.

Cap. XIII.

De alia diuisione appellationis in friuolam & legitimam.

SVMMARIA.

1 *Diuisio appellationis in friuolam & legitimam.*
2 *Friuolum quid?*
3 *Frustratoria appellatio quæ.*
4 *Manifeste friuola appellatio quæ.*

1 Alia † diuisio appellationis in friuolam & legitimam seu admittendã ex causa adducta. Friuolę sunt quæ non admittuntur à iustitia, nec admitti debẽt à iudice. c. tamẽ app. 5. de app. li. 2. 6. ti. 15. Extat titulus de friuolis appellationib. in concordatis Gallicanis, & summi põtificis, & in pragmatica sanctione. Friuolæ appellationes, uanæ & futiles, ut friuolæ excusationes, uanæ & non recipiendæ. in c. veniẽs. de accusationib. quæ sunt sine grauamine, c. ut debitus bõ. & c. cũ spec. §. porro de ap. & c. cũ cessãte. 60 de ap. ibi, ne ꝓcess. negotii friu. occas. retardetũ

2 Friuolum † dicitur, quasi leuiter dissipandũ, unde apud Pli. li. 7. c. 7. de generatione hominis scriptũ ẽ Miseret atq; ẽt pudet æstimãtẽ, quã sit friu. animantiũ superbissimi origo, cũ plerũq; abortus causa fiat odor à lucernarũ extinctu. Et Quin. li. 7. c. 3. friuolas & leues dixit accusatiões. Sũt & friuolę & leues ap. q̃ sũt de reb. minimis & paruæ æstimat. ut apud Vl

pian.

pian.in l.si res ali.11.§.solutā autē de pign.ti.actione lib.13.ti.7.ff.ubi illata in cœnaculum, censentur oblata propensione locationis,non tamē friuola,id est leuis aut nullius æstimationis, fictilia uasa Festo etiam.

3 Modestinus † in l.Tutor.41.de usuris li.22.ff.ti.1. frustratoriam dixit appellationem morādi causa & fraudulenter interpositām. Estque hæc mora repre hēsibilis,differens a dilatione seu mora, quæ culpa caret,ut in l.sciendum,21.& seq.de usur.ff.Sciendū est quod differendi causa iusta sit,morę nō annumerari damnate,si modo idipsum non frustrandi causa simuletur.

Et is dicitur frustrari causam,qui moratoriam iudicii tantum interponit.in.l.4 de appel.recip.li.49. ff.ti.5.Neque ideo recipi debet.c.Cum speciali.61. de appell.

4 Manifeste † friuola appellatio admitti non debet a Iudice a quo,in Clem.uni.de appel.li.2.ti.4.& ibi glos.ad uerb.Manifeste,ut inquit,quia nulla ibi fuit causa expressa,uel non legitima dato quod esset uera:uel,licet legitima,manifeste falsa, uel iam pronū ciatum esset, illam esse falsam & non appellatum.

Cap. XIIII.

De alia diuisione appellationis ab interlocutoria & a diffinitiua sententia.

SVMMARIA.

1 *Diuisio tertia appellationis, ut alia sit ab interlocutoria, alia a diffinitiua sententia.*

2 *Interlocutoria quæ & illa uel uim habet diffinitiuæ, uel simplicis.*

3 *Quomodo interlocutoria habeat vim diffinitiua.*
4 *Res iudicata quæ dicatur.*

TErtia † diuisio constituitur, ut alia sit ab interlocutoria snía, aliàs a definitiua. Inter quas multũ interest, ut docebitur Deo fauente in capite de formula appellãdi, explicãdo §. fi. huius legis 1. de app. & interim vidẽdus Octa. Vnestri⁹ q de illis agit li. 3. ĩtroductionis ĩ aulæ Romanę actionẽ c. 10.

Snía † in cã appellationis uel diffinitiua est, uel interlocutoria simpliciter, uel interlocutoria, q̃ uim hẽt diffinitiuæ, uel rei iudicatæ. Diffinitiua est, quæ totã exhaurit controuersiã absolutione uel cõdẽnatione, & iũs dicit de tota cã. l. 3. de sent. & interloc. oĩum iud. C. c. in his. de ver. sig. i. finẽ imponit principali negotio ĩ litẽ deducto, cũ absolutione uel cõdẽnatione. l. 1. de re iud. ff. l. Præses. de sen. & interl. omn. iud. c. illa. de accus. cap. fin. §. diffinitiua. 2. q. 6.

Interlocutoria est, quæ fert inter principiũ & finẽ seu decisionẽ causæ principalis, sup incidẽtibus qũonibus, vt super libello porrigẽdo emẽdãdoq; dilationibus, ꝓbationibus, & similibus. gl. ad Cle. 1. de sequestratione posses. & fruct. Exẽpla, vt in c. significãtib. de offi. & pot. iud. deleg. c. fi. eo. ti. c. significauerũt. de off. del. ibi. n. nõ est plena definitio sed semiplena: iõ nõ dr̃ diffinitiua, l. qualẽ. de rece. arb. ff. l. pen. c. de reb. cred. & iõ põt ab eodem Iudice emendari dictũ ĩ interlocutoria. l. quod iussit. 14. de re iud. li. 42. tit. 1. ꝙ tñ non fit in diffinitiua, quæ ꝓpriè dr̃ ibi snía, & ideo terminat officiũ Iudicis, vt post diffinitiuã retractare, iudiciũ suũ nõ possit. l. Iudex posteaquã. 55. & l. cũ quærebatur. eo. tit. ff. de re iudic. l. diui fratres. de pæn. l. 2. §. 1. de sent. ex

breu.recit.C.c.Cũ cessãte.de ap.cũ aliis ꝓpè infinitis.Ad interlocutoriã accedũt magis q̃ ad diffinitiuã,cõminationes,rescripta,ꝓgrãmata iudicũ & subscriptiones.Nec oĩs vox Iudicis iudicati hẽt anthoritatẽ.tit.cõminationes,epistolas,programata, subscript.autoritatẽ iudicati nõ hr̃e.li.7.C.ti.57.l.ex stipul. & l.post sẽtẽtiã.de sent. & interl.oĩum iud. C.

3 Vim† porro habent interlocutoriæ diffinitiuæ,quarum grauamen sequente interloc.uel diffinit.reuocari non potest,ut dicemus in appellation.denegatis ab interlocutoriis,& tamen permissis, si grauamen reuocari illa tum nequeat.

4 Sẽtẽtiæ† q̃ postea nullo remedio appellat reuocari queunt,dicunt̃ nomine rei iudicatæ,q̃ ꝓ ueritate hr̃.l.ingenuũ:de statu hom.ff.l.res iud.de reg.iu. & ita reuocari in dubiũ nequit sent.p appellationẽ si trãsiuit in rẽ iud.l.3.ut lite pẽdẽte.C.li.1.tit.21.l.3. C.de re iud.li.7.ti.52.c.ꝗ ad cõsult.đ sẽt. & re iud.

Cap. XV.

Quædam argumenta contra appellationes.

SVMMARIA.

1 *Oppositio cõtra appellationis potestatem.prima, quod causa non sit necessaria. Et resolutio.*

2 *Secunda,quia nõ melius iudicare potest Iudex ad quẽ appellatur.& ibi solutio.*

3 *Est tertia oppositio,quod non semper appellatio arguat imperitiam iudicantium.& ibi solutio.*

1 Primum† obiici potest,appell.esse inutiles, & nõ necessarias.Aut.n. sentẽtia Iudicis est secũdũ leges aut cõtra.Si secũdũ leges inutilis & frustratoria est appellatio,nec admitti debet.Si contra leges sit,minus est necessaria,quia sententia ipso iure nulla est

& ideo

& ideo nō necessaria.l.si expressim. 19.de app.ff.l. 1.quæ.sentent.sine appellat.rescindāt li.49.ff.ti.8.

Solutio. Appellatione necessaria, non cōtra sētētiā q̄dē, quę secūdū aut cōtra leges expresse est, sed cōtra eā, quæ habet iniquitatē, & cōtra leges p indirectū est, q̄a cōtra ius litigātis.d.l.1.quæ sētēt.sine app.resc.ff. Itē appellatio admittit, q̄a dubiū est an benè vel male iudicatū sit.c.Cū speciali.61.§. fi.de app. Discutit autē negotiū plenius in appellatione. l.addictos.29.de app.C.l.per hāc tempo.app.& sic Bar.ad l.1.n.5.de app. Intelligas, inquit, istā legem, quando error non est expressus in sententia.

Secundò plerunq; † hic ad quem appellatur, non melius, imo peius iudicat ipso primo Iudice.l.1.de appel.ff. Ergo in dubiis certius est tenendum, & quod de iure præsumittur.c. Inuenis. de spōsalib.

De iuris autem pręsumptione, præsumitur benè iudicare Iudex, & secundū ius.in l.eam.de iniustit. & iur. Et præsumendum est pro sentētia iudicis, qui motū animi sui potuit ex aliis causis quā, allegatis informare, &c. c.Cum ad sedem.15.de restit.spol. l.2.ti.13.c.si testes 4.q.3.c. in nr̄a præsētia.de testib. c.in nostra pręsentia.de renun.c.Bonæ.in 1.de ele.c. sicut de re iud. Et proinde dicitur arbitriū boni viri eius sententia.l.vir bonus.iudicat.solui.ff.

Tertio appellatio videtur aduersari intentioni Legislatorū, quæ est.vt finis imponatur litibus.c.fi. litibus de dolo, & cōtum.c.2.de sent.& re iud.l.prò perādū.C.de iud.l.litib.de agric.& cēsit.li.11.c.ar. app. Lites multiplicat.& ex lite deci.à Iudice à quo lis orit̄ corā Iudice ad quē.cum t̄n id cauere iubeat l.terminato de fruc.& lit.expēs.c.ne ex lite lis oriat̄

 Solutio.

Solutio. Si appareret friuolas, inanes aut falsas esse causas appellādi, tūc uerū esset, ꝙ obijcitur. & sunt ēt tales reprobādæ appellationes, ut lites citius terminentur. c. Cū appellationib. de app. in 6. & respuēdas tales decreuit cōs. Basiliēse, 22. Ian. anno 1435. relatum in §. de friuolis appell. in pragm. sanction.

Idipsum, si appareant causæ iudici manifestè falsæ uel iniustæ. At qn̄ dubiū est, an causæ sint iustæ vel ꝓbabiles, tūc Iudex potius admittere dēt appellationē, q̄ respuere. l. sciēd. est de app. rec. ff. Ias. cons. 16. inc. Dubitatur. 3. vol. Alioquin sine dubio iure, & Iudex, q inanes admittit appellationes, & is quoq;, q temere ꝓuocat, decē libris auri punitur. l. q squis. quorū appell. nō rec. l. 2. de Epis. aud. C. Et iure pōtificio sūptus ab appellato factos in quadruplū resarcire tenetur, ex ca. Omnimō. 2. q. 6. Quare hodie in Gallia iudices inferiores admittūt oēs appellationes periculo appellātis, cui ꝓ ratione temerariæ appellationis multa ordinaria imponitur à superiore Iudice, statuta p cōstitutiones regias. Vocāt *l'amāde du fel appel*. Atq; in multis Germaniȩ locis obseruatur, ꝙ appellationes ad superius tribunal nō admittātur, nisi appellātes iurēt, se nō temere aut ad differēdū calūniosè negotiū appellare. Qđ ēt iuramētū præstat̄ ab hr̄de litigātiū Mynsing. cēt. 3. obs. 56. Iniquitas ergo nulla est assignādi legib. ꝑmittētib. appellare, quia intētio est, ut diximus ex l. 1. de ap. ff. emēdare iniustitiā sentētiarū, quāuis de facto aliud cōtingat, & abutātur litigatores & iudices hoc beneficio. Cauēt autem leges, ne abusus permittatur, Et proinde expressi sunt casus, de quibus posteà, Deo fauente; ubi denegatur licentia prouocandi.

4. Ob-

Obijcit † Bart. ad l. 1. de appel. quia sentētia pōt p iudicē ad quē rescīdi ex nouis ꝓbationib'. l. eos. §. 1. C. de app. Et sic nō detegitur iniquitas, sed īperitia iudicātis, Solutio. Ibi iniquitas est reipsa respectu litigātis q debuit uīcere, & succubuit, nō āt est iniqtas respectu iudicis, vt no. gl. magna ī d. l. eos.

DE APPELLATIONIBVS LIBER SECVNDVS, DE QVIBVS ET IN QVIbus admittatur appellatio. CAP. I.

De omnibus appellari posse, nisi specialiter prohibeatur.

SVMMARIA.

1 *Appellari in omnibus potest, nisi expresse prohibeat.*
2 *Ab omni sententia diffinitiua, interlocutoria in parte & in totum.*
3 *In maioribus, & minoribus ciuilibus, & criminalib. causis iure ciuili. Et iure pontificio. num. 4.*
5 *Qui consideratur iniustitia non res.*
6 *Et vt deferatur honor superiori.*
7 *Et q2 edictū prohibitorū non expressa prohibita per (mittit.*

Videamus † de quib. appellatio recipiaē sūpta occasione quæstionis. §. quæsitū. l. 1. de app. ff. Regula cōmuniter cōstituitur, vt in quib. expressè ꝓhibita non est appellatio, censeatur permissa, gl. fina. ad l. q restituere. 68. de rei uēd. li. 6. ti. 1. vbi, nihil interest dicere, ꝙ nō pmittat appellatio. Sufficit. n. si nō prohibeanē. Sic Specu. ī li. 2. partic. 3. ti. de appella. §. 2. in pri. Ex omni casu, & ex oī grauamine appellari potest, nisi vbi sit prohibita appellatio. Id

ipsum notat Ias.ad auth. ad hæc de iudic. C.

2 Potest†ita appellari vel a tota sententia interlocu toria aut diffinitiua;uel à certo articulo eius, si diuersa capitula contineantur. nec rescinduntur alia capitula, super quib. non appellatur,nisi essent con nexa.l.etiamsi a patre, de minorib.25.ann.arg.l.1. §.Trebatius,de aqua quotidian. & æstiua.

3 Quare† in maioribus & minorib. causis ciuilib.& criminalibus, appellatio regulariter est admittenda.l.& in maiorib.C.de app. & litigatoribus copia est ét in scriptis libellis illico appellãdi, cũ res poposcerit iudicata, tã in ciuilib. quàm in criminalib. causis.l.litigatorib.14.C.de app.Pulcherrimũ respõ sum Alex.Imp. ĩ l.Imp.Alex.25.de app.Imperator Alex.cõi eorũ,qui in Bithynia sunt, Græcorũ. Appellare qualiter quis prohibeatã a litigantibus, non video,qñ licet aliã uiã tenentẽ idem facere,& celerius ad me puenire,&c.Idẽ ĩ §.nostros aũt iudices. c.12.nouel.82.de iud.& ut nullatenus cũ iurei.elig.

4 Consentit†ius Pontificiũ in c.de app.lib.2.tit.28. de app.ubi Pontifex pro causis minimis interpositis volumus te tenere, inquit Alex.3. quod eis pro quacunque leui causa fiant non minus est, quam si pro maioribus fierent,deferendum.

5 Ratio,†quia non consideratur res in appellationi bus,sed iniustitia,ut dictũ est ex lege 1.de app.ff.c. ad nostrã.2.c.Cum speciali.eo.tit.Sicuti in furto nõ consideratur,ad hoc ut quis fur dicatur,nũ res magna aut parua furto substracta sit:sed voluntas iniu sta.c.fi.14.q.6.c.Vulgaris.de penitent.dist.1.

6 Secunda†ratio pp honorem superioris ad quẽ ap pellatur,deferri etiam in Gallia appellationi omni

glos.

gl. ait ad §. statuit, ĩ uerbo ĩterponi. de causis ĩ prag ma. sanctione. & ĩ §. quodq;. in verbo iniustè. de fri uol. app. in pragm. sanct. & facit c. 1. de app. in 6. ibi, ex superioris reuerẽtia fuit delatũ. Et q̃a laudabile est superiorib. honorẽ & reuerẽtiã deferre. c. Visis. 16. q. 2. Et pp reuerẽtiã sacri officij plurimũ dignitati deferri cõuenit. c. 2. de offi. del. ĩ 6. li. 1. ti. 14. atq; in l. potior. 5. de offi. rect. prouinciæ. li. 1. c. potioris grad. iudicibus, ab inferiorib. cõpetẽs reuerẽtia tribuat. Fuit tñ seruata ĩ Gallia, & ĩ Flãdria aliqñ ordinatio uel cõstitutio regia Phillipi quarti, an. 1302. ut nõ appellaret ĩ curijs citra sẽt. diffin. nisi ĩ casib. a iure ciuili p̃missis; sed postea reuocata fuit ex usu tm̃. Et alia est cõformis Ludouici XII. an. 1501. ĩ qua ar. 12. dr̃, *Ordõnõs, qu'on ne pourra appeller des interlocutoires, sinões cas ordõnez de droict ciuil. Sera tenu le iuge des appeaux, voire preallablemẽt l'appellatiõ, auãt qu'il la puisse admettre, in bailler son inhibition, a fin qu'il cognoisse, si l'appellation est de cellis, qui sont receues par le droict ciuil & constitutions de Prouence.*

Tertia † in edicto p̃hibitorio, inclusio unius pro 7 hibiti est p̃missio nõ expressi, ut in l. Cũ p̃tor. 12. de iud. ff. li. 5. ti. 1. Cũ p̃tor, inquit Paul. I.C. vnũ ex plurib. iudicare uetat, cæteris id cõmittere vr̃, cũ q̃d q̃busdã prohibetur, aliis cõcessũ esse vr̃, l. 1. & l. ex eo. 18. de test. ff. li. 22. ti. 5. l. Quæsitũ. 12. §. idẽ respõdit, domo ĩstructa. de fundo instructo. li. 33. ff. ti. 7. Vt cõtrà, ꝙ in uno cõcedit. ĩ aliis negat. l. maritus. C. de procur. l. Cũ ita. 95. de cõd. & dem. li. 25. ti. 1.

Nisi in permissis & prohibitis eadem esset ratio, per quam fieret extensio ad non comprehensa, iuxta l. per sanctionem. l. non possunt de legib. ff.

CAP. II.

De prohibita appellatione aduersus rescriptum Principis.

1 *A rescripto Principis ad consultationem Iudicis nũ appelletur cõsideranda.*
2 *Non appellatur a rescripto, sed a sententia sup rescripto.*
3 *Referendi ad Principem forma.*
4 *Plura in executione rescripti obiici possunt.*
5 *Clausula in rescriptis intelligit si preces veritate nitantur.*
6 *Clausula vel si ita est.*
7 *Princeps rescriptum non censetur concessisse in præiudicium alterius tertii.*

1 Videndum†itaq; nobis est, de quib. causis prouocatio interdicta sit nominatim, vt intelligamus, de quib. appellare sit permissum. Ordiamur autem à casu dubitato ĩ l. 1. §. Quæsitũ de ap. ff. Quæsitũ est inquit Vlpianus, an aduersus rescriptũ Principis prouocari possit. Et responsum est per Piũ Imperatorẽ posse, si rescriptũ ad consultationẽ iudicis emanauerit. Panor. ad c. Intimalli. 68. n. 5. de app. ĩ q. illa, an una ex partibus possit appellare à rescripto ad consultationẽ iudicis, & ad punctũ formatũ ante relationẽ p Iudicẽ, ait considerandos quatuor actus qui interuenire possunt in hac materia. Primus est, pnunciatio iudicis in consultat. faciẽda, & ab hoc actu nõ appellatur, quia nõ grauat litigãtes l. 1. §. 1. de app. Et latius de hoc articulo paulo post ad §. his consequenter. Institu. l. 1. de appel. ff.

Secundus actus est, ipsa formatio consultationis, & ab ipso actu à principio põt appellari, si Iudex verũ non exprimit.

Ter-

Tertius responsio principis, à qua non appellatur, quia facit ius. l. 1. de constit. princ. ff. §. Sed quod principi placuit. de iure nat. gent. vel ciuil.

Quartus est, ipsa sententia diffinitiua, quam Iudex profert secundum responsum principis, & ab ista appellari potest d. §. Quæsitū duplici. ratione. 1. quia poterit probari in causa appellationis, quod punctus non fuit benè formatus, & quod per errorem cōscripserit. Itē 2. quia poterit causam instruere ex nouis actis. Nam habet locum, non probatum probabo. l. per hanc de temp. appellat. C. c. Cum Iohannes de fide instrum. Item 3. si non cōmunicauerit consultationem litiganti vt expedit. c. intimasti. 68. de appella. probat, & l. iubemus. 34. de appellat. C. Vbi à cōcessione quidē rescripti principis appellare nō licet, sed bene à sentētia secuta. Et sic intelligendam. l. 2. de appellat. C. docet Accursius, vbi, Nouū non est, quod expostulas, ꝙ etsi rescripti mei autoritas intercesserit prouocādi tñ tibi facultas nō detegetur. In Basillicorum ecloga, l. 9. ti. 1. c. 2. εἰ καὶ βασιλεὺς δι᾽ ἀναφορᾶς ἄρχοντι ὁρίσει τὴν τομὴν ἔξεστιν ἐκκαλεῖσθαι, εἰ δὲ καὶ διαλαλήσει, ἐκκαλεῖσθαι δεῖ, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀντιγραφὴν id est etiāsi princeps ex relatione p̄sidis cām décidēdo definiat, prouocare licet. ꝙ & si interloquatur: (preses) appellandū erit, sed post rescriptū.

Notanda sunt pro contrariorum solutione uerba rescripti D. Pii πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Θρᾳκῶν, dum inquit, Volentibus responsionē seu sententiam nostrā prouocare, permissū erit. Si em̄ docuerint, vel falsa, vel non ita se habere, q̄ scripta sunt nihil a nobis videbit̄ iudicatū priusquā contra scriptū fuerit, quemadmodum aliter res se habeat, quā nobis insinuatū sit. Ex

quib.

quib. verbis colligit,cũ scriptũ fuisset principi nul la cõicatione facta libelli mittẽdi partibus,potuisse impugnari snĩam ad cõsultationẽ secutã,siue ea à principe,siue à iudice fuerit super illa consultatione & rescripto prolata.Alioqui si iuxta c.intimasti. 6.de app.& l.1.2. & 3. de relat. C. & l.ne causas 15. de app.C.consultatio fuisset cõicata partibus litigãtib', & postea missa ex cõuẽtione partiũ principi, snĩa super rescripto facta ex eo capite mẽdacii, si nihil immutatũ esset à Iudice post resolutionẽ facti litigãtiũ,nõ posset ꝓuocatione suspẽdi. Sic expsslit l.fi.qñ appellãdũ sit.li.49.ff.ti.4.Illud videamus,ĩquit Macer.si cũ Imperatori scriberet, exẽplũ literarũ litigatori editũ sit,neq; is appellauerit, & postea cõtra eũ rescriptũ sit,an appellare à literis pridẽ sibi editis possit:q̃a q̃ tũc nõ appellauit, uera esse q̃ scripta sunt,cõsensisse vr̃.Neq; audiẽdus est,si dicat euẽtũ rescripti sacri se sustinuisse.& q̃a,cũ potuit,nõ intercessit, seu se nõ opposuit, nec ꝓuocauit,nõ recipit postea ꝓuocãs.Vt ĩ l.ex cõsensu.23. §.fi.de app.l.fi.c.vt lite pẽd.&c. Scđm eã explicationẽ est ẽt intelligẽda l.ꝑcipimus.32.§.Huic saluberrima.l.in offerẽdis.37.& l.iubem.34.de app.C. dũ denegaẽ licẽtia prouocãdi à snĩa q̃ lata est uel per principẽ,ad quẽ relatio facta est, uel ꝑ alios iudices,super relatione à principe datos;nẽpe si relatio facta fuerit cõicatione data litigantibus & illis cõsentientibus comprehensis in libello relationis.

3 Constituta † nãque forma est referẽdi in l.1.c.de relat.li.7.C.ti.6.Quoties.inquit Cõstãt.Imp.ad nostrã sciẽtiã Iudex se polliceaẽ relaturũ, cõsultationis exẽplũ litigatorib. illicò edi apud acta iubeat:

vt

ut si cui forte relatio min⁹plena uel cōtraria uideať, is.refutatorias p̄ces similiter apud acta sine aliqua frustratoria dilatione offerat. Sic ergo generalē po nimus thesin à cōcessione rescripti prīcipis nō pos se ꝓuocari, sed postea cōtra executionē & effectū rescripti pōt admitti eius impugnatio legitima: q̄ si nō admittatur, prouocationis remediū cōpetit.

Multa† porrò sunt q̄ vim adimūt rescriptis, pp 4 q̄ ab executione ꝓuocať: de quib. videnda, q̄ diximus li. 1.tract.de resc.c.48.49.50.51.Et est praxis, vt nō appelleť a cōcessione literarū regiarū, sed ab earū executione. *Non de l'ottroy, mais de l'executiō.* Qđ & seruari ī literis seu rescriptis Apostolicis tradit Rebuff.ad Rubricam de constitut. in concord.

Obiiciunť rescriptis prīcipū obreptio, subreptio, falsitas: q̄b.p̄cludiť uia eorū executioni, ut ī d.§.q̄si tū.ob falsa īserta supplicationi & relationi appellať à snīę executione, q̄ super illa relatione interuenit. Ita Diocl.& Max.Cęsares in l.2.Si cōtra ius uel utilitatē pub.uel ꝑ mēdaciū fuerit aliq̄d postulatū vel īpetratū.l.1.C.ti.22.p̄scriptione, īquiūt, mēdaciorū opposita, siue ī iuris narrōne mēdaciū reperiať, siue ī facti, siue ī tacēdi fraude; ꝑ tenore ueritatis, nō depcātis affirmatione datū iudicē cognoscere debere, & scđm hoc de cā conuenit ferre snīam.

Sēper† in rescriptis principū, summi Pōt.& secu 5 lariū, clausula uel apponitur, uel subintelligitur tāquā apposita; ut cōcessa, ita demū cōcessa intelligātur, si p̄ces ueritate nitātur, nō aliter, c.2.& c.sedes. 15.de resc.l.fi.de diuers.rescri.li.1.C.ti.25.& ita p̄t obiici exceptio mēdaciorū & omissionis ī facto uel ī iure, ī principali & ī executione statuta. l.j.2.3.4.

5.l.

5.l.si cōtra ius vel vtilit.publ. &c.lib.1.ti.21. Meminit Cassiodorus lib.2.epist.18.

6 Vel†apponitur conditionalis clausula.Si ita est, c.Olim.25.de rescrip.Neque prætextu literarū seu rescripti principis iudex à recto iudicio deflectere debet,in c.si quādo.5.de rescri.Vbi nos plura tractauimus.& c.ex parte.4.de ętate, & qualitate ordinandor.lib.1.tit.14.

7 Sed†neque princeps rescripto censetur alterius iuri pręiudicare,l.2.§.si quis a principe, ne quid in loco publ.ff.l.quoties.2.C.vniuersa.4.de prec. Imperatori offer.C.maximè,si rescriptum totius negotii cognitionem tollat,vel vires principalis negotii exhauriat.l.2.de precib. Imp.off.C.

Et præsumitur subreptitiæ literę, & rescripta, quæ manifestam continent iniustitiam, aut sunt in pręiudicium alterius,ideo reprobātur à iudice,vel impugnantur ab eo, cuius interest.Non enim credendum est, principem rescripsisse in præiudiciū alterius.c.2.de rescri.l.Ex facto.43.de vulg.ff.l.nec auus.C.de emācipatione liberorū.l.2.de his q sūt sui vel alie.iuris.ff. §.sed dominorū.e.ti.apud Iust.

Cap. III.

De prohibita appellatione à sententia Iudicis,qua dicit se principem consulturum. Et explicatur §.Huic consequens l.1.de appellat.ff.

SVMMARIA.

1 *A sententia iudicis,qua se consulturum principem dicit,non potuit olim appellari.*

2 *Ratio prima,quia iure Pandectarum, & C.licet,*

3 *Secun-*

3 *Secunda, quia non fit præiudicium litigantibus iure.*
4 *Tertia, hæc sententia interlocutoria, de qua iure ciuili non licuit appellare.*
5 *Qrarta, reiici appellationem, ne sumptibus uexentur litigantes.*
6 *Posset tamen scholasticus ab omni grauamine appellare.*
7 *Iure tamen pontificio ante diffinitiuam, & post, in omni parte litis appellari potest. Emendatum tamen & in Camera imperiali, si interlocutoriæ grauamẽ reparari possit in diffinitiua.*
8 *Explicat. 2. Lex 1. quando appellandum sit.*
9 *Et l. 2. C. de legib.*
10 *Hodie prohibitum referre ad principem.*
11 *Iudici imposita necessitas iudicandi secundum iura & mores: & si non sint, quod agere debeat.*
12 *Quare appellari hodie possit a sententia relationis faciendæ: & de appellatione a denegatione iuris.*

POst†primum casum concessionis rescripti, ut 1 ab illa appellari non possit, secundus erit ex §. Huic consequenter. l. 1. de app. ff. Huic consequẽter, inquit, Vlpian. videtur rescriptum, à consultatione principis non esse appellandum, si quis fortè interlocuturus fuerit, principem se consulturum; tum possit post rescriptum prouocare, nempe, quod non liceat appellare à iudice, qui dicit se principem consulturum.

Ratio, †quia iniuria non fit per Iudicem parti, si 2 id statuat, quod iure hoc Pandectarũ & Codicis permittebatur, & Nouellarũ. l. fi. C. quando prouocare nõ est necesse, ti. de relation. C. c. 1. §. 1. Nouel. 113. in medio litis non fieri sacras iussiones, l. si ꝙ extraordina-

dinarium.5.de legat.li.10.C.ti.63.Neque quis con queri potest de eo, quod iure Magistratus fit.l.3.§.1. de eo quod met.causa.ff.Quia iuris executio nõ habet iniuriã,i,iniuriarum.§.1.de iniurijs.ff.l.quemadmodum §. Magistratus.ad legem Aquil.ff.

3 Ratio†alia, quia nullum fit præiudicium litigantibus,si statuat Iudex se consulturum principem. Nam certius erit iudicium,quod post consultationem feretur,& relinquitur remedium appellationis post rescriptum.d.§.Huic consequenter. nec solent audiri appellantes,nisi hi,quorum interest,uel quibus mandatum est,uel qui alienum negotium gerũt quod mox ratum habetur. Vlp.in l.1.de app.recip. lib.49.ff.tit.5.

4 Tertia,†quia de iure ciuili non licet ab interlocutoria sententia appellare , quia reparari potest in diffinitiua.l.eos.6.§.super his uero,de app.c.ubi; q in capitalibus etiam causis rei appellãt,uel alij pro illis,non debent admitti, nisi audita atque discussa omni causa post sententiã dictam.l.ante sentẽtiæ tẽpus.7.quorum appellationes non recipiuntur.C.li. 7.tit.65.Ante sententiæ,inquit,tempus & ordinem euentus,nec à discussione,nec à rationali appellare licet.Idipsum in l.fi.de sent.& interloc. omnium iudicium libro 7.C.titul. 95.& in Basilicis libro 9. titulo 1. capitulo 78. μηδὲ μετὰ προκάταρξιν ἐξέστω τινὶ παραιτήσασθαι τὸν δικαστὴν. μηδὲ πρὸ ἀποφάσεως ἐξέστω τινὶ ἐκκαλεῖσθαι,id est,nec post cõtestationẽ litis alicui recusare iudicem liceat;nec ante sententiam appellare. Eadem & in l.apertissimi.C.de iud.lib.3.tit.1. ubi & datur ratio prohibitionis appellationis, ne lites in infinitum extẽdantur.prohibentur & in l.2.C.de

Episc. audient. Clericis ante sententiam diffiuitiuã frustratoriæ appellationis & dilationis causa. Atq; appellantibus ita quinquaginta librarum argenti mulcta imposita, pauperibus applicanda.

Item † alia 4. ratio, ne inanibus sumptibus uexentur litigantes: quod constitutiones vtriusque iuris, ne fiat, cauent l. properandum. de Iud. C. finem litibus. de dolo & contumac. Et in c. nonnulli. 18. de rescript. Impetratæ literæ reprobantur, in quibus datus est iudex in remotis partibus a litigantium loco habitans, ut reus fatigatus laboribus & expensis liti cedere, uel importunitatem actoris redimere cogatur, statuiturque ideo, ne quis ultra duas dietas ultra suam diœcesim, per literas Apostolicas ad iudicium trahi possit. Ideo & Iudex etiam in Gallia ordinarius inferior, non obstante appellatione ab eo facta procedere potest in causa ante inhibitionem ei factam procedendi à superiore Iudice: post inhibitionem autem, non procedit. Et ita etiam pronunciatum aresto Senatus Parisiensis 9. Mensis Augusti 1519. habere locum hoc ipsum, in consiliariis supplicationum seu requestarum, ut scribit Rebuffus ad. §. 1. de friuolis appellat. gloss. 1. in concord. Vide quæ infra diximus in cap. de appellatione prohibita ratione, quia non intersit appellantis, in 8. exemplo.

5

Excipitur † tamen Scholasticus, qui ab omni grauamine potest appellare, per textum in Auth. Habita, ibi, Ab omni iniuria. C. ne filius pro patre, notat expressè Rebuffus. ad §. 1. de friuolis appellat. in Cõcordia Gallica. & tractatu de priuileg. Scholast. priuileg. 163.

6

Iure

7 Iure † Pontificio contrariũ receptum est, & sacri canones ante & post litis contestationẽ, & in prolatione sententiæ,& post, sing·lis tribuunt facultatem appellandi. Leges autẽ nisi in casib. nõ admittũt ante sñiam, vt ait Alex.3. in c. super eo. 12. in 2. sic incip. de app. Sic & receptam ante sñiam appellationẽ, tradit, c. Cum sit Romana. c. ex parte. 1. vt debitus honor. eo. tit. Statuit tñ Synodus Basiliẽsis. §. statuit. de causis in pragmat. sanct. idipsum quod ius ciuile, ne à grauamine in quacunque instantia ante diffinitiuã sñiam quomodolibet appelletur, nisi forsan tale grauamen extiterit, quòd in diffinitiua reparari nequeat. Sic etiam statutũ in §. 1. de friuolis appellat. in concordatis Gallican. Consentit regula Cancellariæ Apostolicæ 35. Vnde iure quodam nouo vr̃ probatum ius ciuile, ne admittatur appellatio ante diffinitiuam, nisi ab interlocutoria, quæ uim habet diffinitiuæ, uel à grauamine minimè concernente negotiũ principale, quòd nõ posset per appellationẽ à diffinitiua reparari. Neq; ẽt curia parlamẽti seu Senatus appellationes à grauamine in diffinitiua reparabili recipit in patria iuris scripti. Extat & cõstitutio Cameræ imperialis, per q̃ appellationes ab interlocutoriis sunt sublatæ, preterquã in casibus a iure ciuili permissis, videlicet, quod in diffinitiua reparari nequeunt. Mynsi. Cent. 4. obseruat. 43. Referũtur quidã casus à Guidone Pap. decis. 75. Adde Philip. Frãcũ. ad c. Cum cessante. de app. Felinum ad Rubr. de re iud.

8 Sed ut in uiam redeamus, videtur repugnare. §. Huic consequenter. l. 1. de appell. ff. cum ait nõ esse appellandum, si iudex interlocutus sit se principẽ

consul-

consulturum.in princ.l.1.quando appellandũ sit,ubi potest appellari, quando iudex refert negotium ad principem de deportando reum, & post rescriptum principis.

Solutio prima, in 5.Huic consequenter, non negari,quin possit etiam tempore,quo iudex interloquitur,se relaturum ad principem appellari, sed de necessitate non esse ut appellet cum possit post rescriptum appellare. Non enim quicquid possumus facere tenemur facere.l.non quicquid.40.de iud.li.5.ff.tit.1.

Item,secũda solutio. Non est necesse appellare a cõsultatione faciẽda,sed a relatione quę male facta est non obstante impugnatione partis,potest appellari,& sunt illæ refutatione, quæ permittuntur litigantibus contra malã conceptionem relationis. in l.1.de rela.C.Item in l.1.quando appellandũ sit,appellatur a tempore relationis institutæ necessario, quia relatio fiebat post damnationẽ seu sentẽtiam, qua iam reus deportandus iudicatus erat. Consulebat autem Iudex principem non super causa definienda,sed super Insula assignanda deportato, uel ad deportationem damnato. Proinde appellãdum erat post sententiã,cum non possit postea probata sententia appellati ab executione,ut infra dicetur.

9 Secundo† aduersari uidetur;l.2.C.de l.ubi rescriptum super relatione iudicis non potest ullo modo a litigantibus impugnari; uel super eo non potest specie dubii, iterum ad principem Iudex referre.

Solutio.Ita præsupponenda est relatio facta ex communicatione habita,& cùm consensu circa relata litigantiũ,& proinde ius super relatione a prin

 cipe

cipe uel ab iis, quibus commisit, dictũ, nequit infirmari. Qđ si mēdaciis usus esset iudex referēs, nulla cōicatione data apud acta facti relati litigātib. uel si post cōicationē aliquid addiderit. cōsultationi uel suppresserit, ut factis descriptis onerauerit dānatū pōt; puocari, q. a nō aduersus principē, sed aduersus calliditatē iudicis prouocatur. d. l. quand. appel. sit.

10 Tertio † uidetur admittenda hodie prouocatio, si Iudex dicat se consulturum principem, quia statueret contra leges, quibus prohibitũ nunc, referre ad principem, propter sumptus & prolongationē litiũ & iniunctum iudicibus, ut quod eis iustum eligitimumque uidebitur, iudicent sine relatione. Et si quis putauerit sententia illorum se læsum, appellatione utatur legitima Nouel. 125. ut iudices non expectant sacras iussiones, sed quæ uidētur eis, decernant. Vnde sumpta est Auth. Sed nouo iure. de rela.

Et certe pro solutione hoc uerum est, ut hodie istæ relationes sint prohibitæ. Et proinde, si statuat Iudex se relaturum, aut consulturum principem, iusta sit causa prouocandi.

11 Iudici imposita necessitas iudicandi secundũ leges, constitutiones, & mores receptos. §. 1. de offic. Iud. apud Iustin. rem non nouam. C. de iud. & ca. 1. Nouellæ 126. exemplũ sacræ formæ in appellationibus iussum judicibus νόμοις ἐγνωσμένην δίδοναι ψῆφον legibus cognitam dari sententiam. Quod si existimet iudex legem illi non occurrere, ex qua metiri possit iudicium, recordari debebit, non ideo adeundum principem, & quod ait Vlp. Iurison. in l. iura. non singulas. ff. de l. ff. iura nō in singulas personas, sed generaliter cōstituit. Et quod Iulian. in l. neq; leges. 10.

ges.io.eo.ti. Neq; leges neq; Senatuscõsulta ita scribi posse, ut omnes casus, qui qñdoque inciderint, cõprehẽdãtur, sed sufficit ea, quæ plerũque accidunt, cõtineri, & ideo (l. & ideo. 11. eo. ti.) de his quę primo cõstituũtur, & cũ nõ possint (l. nõ possunt. 12. eo. tit.) oẽs articuli sigillatim aut legibus, aut Senatuscõsultis cõprehẽdi, cum in aliqua cã eorum senten tia manifesta est, is, qui iurisdictioni præest, ad simi lia procedere, atque ita ius dicere debet. Nã ut ait Pedius (l. nam ut ait 12. eo. tit.) quoties lege aliquid unum aut alterum introductũ est, bona occasio est, cætera, quę tenent ad eandem utilitatem vel interpretatione uel certè iurisdictione suppleri.

Sic ergò resoluimus scđm casum fuisse, in quo ap 12 pellari non erat uel saltẽ necessariũ à snĩa, per q̃ di cebat Iudex se cõsulturum principẽ, olim permissa relatione: hodie uerò permittitur ob cãm prohibitionis relationis, nempe potissimum prętextu à denegatione iuris, q relatione statuta uideatur Iudex suspendere iudiciũ, & denegare ius dicere, quæ est iusta appellãdi cã. Quin & tertio requisitus de iustitia reddenda, meretur iurisdictionem amittere. Auth. statuimus. C. de Episc. & Cler. §. itẽ statuimus. de statu. & consuet. post li. feudorũ. De quo & uidẽ dus Masuerius in praxi, tit. de app. nu. 5. & 6. atque itidem n. 30. scribit, quod q se dixit appellare à iuris denegatione, hoc non obstãte poterit releuare, vt appellans à grauamine uel falso iudicato: & ideo hoc releuamento pendente, & quousque impetratũ & executum fuerit adiornamentum sub illa qualitate, scilicet à iuris denegatione appellans nõ potest prætendere se fore exemplum à Iudice à quo.

CAP. IIII.

De prohibitione appellationis ab interlocutoria sententia.

SVMMARIA.

1 *Regulariter ab interlocutoria iure ciuili non licet appellare ut impediatur iudicis a quo appellatum.*

2 *Nisi pro exceptione 1.inhib tiones ei factæ fuißent.*

3 *Ratio, quia emendari potest grauamen.*

4 *Secunda exceptio appellari ab interculoria si eius grauamen in diffinitiua nō possit corrigi, ut à tortura.*

5 *Exemplum in recusatione iudicis non admissa.*

6 *Si à commicatione iudicis habente iustum metum appelletur.*

7 *Aut si fideiussores non idonei admittantur.*

8 *Si Iudex pronunciet procedendum esse cum libello impugnato.*

9 *Si tutorem pronunciet eum qui non est.*

10 *Si reiiciat ab actione.*

11 *Si se incompetentem Iudicem declaret.*

12 *Si Scholasticus appellet.*

13 *Si sententia banni pronuncietur.*

14 *Potest & resisti iudici uolenti exequi interlocutoriā. non obstente appellatione, quæ habeat grauamen irreparabile, resistentia tamen in Gallia non permittitur.*

15 *Ratio cur liceat appellare ab interlocutoria, si grauamen sit irreparabile, quia melius sit præuenire.*

16 *Ideo, licet prouocatur à sententia faciendi inquisitionem, ubi non licet inquirere.*

17 *Inquisitionis remedium extraordinarium, & quando non permittitur.*

18 *Permissa appellatio à decocto prehensionis uel incarcerationis,*

cerationis, tamen non audiuntur appellãtes in Gal lia, nisi se in statu repræsentent.

19 *Omni die põt incarceratus appellare. quia cõtinuat grauamẽ, nisi pronunciatũ esset bene incarceratũ. Tunc enim dẽt intra tempus appellandi appellare.*

20 *Differentia decreti, incarcerationis. prehensiones, manu ductionis, adiournamenti personalis: & quando in his liceat appellare.*

TErtius † casus, in quo appellare non licet, est ex præcedenti casu secundo, rõne tertia colligendus; nẽpe in interlocutoria sñia, à qua iure ciuili nõ liceat appellare; vt probauimus. Quia ea potuit reparari in definitiua sequente. Secus si nõ potuerit. l. 2. de app. recipiend. Sic in Gallia ex edicto Francisci I. anni 1519. artic. 4. receptũ: cuius uerba, *auons ordonnè & ordonnons, que noz iugez puissent passer oultre, iusques a diffinitiue inclusiuement, non obstãt les appellations, que se pourrõt interuerture en noz dictes courts de parlement de leurs inter locutoires, que se peuuent reparer en deffinitiue: et sans preiudice d'icelles appellations.* i. iudex potest, nõ obstãte appellatione sine p̃iudicio eius, nihilominus sñiam interlocutoriã exequi: nec tenetur ei appellationi deferre, id nõ iõ impedit quin prosequatẽ processum. Si uelit tñ deferre, quidã arbitrant posse, quãuis necessario ad id nõ teneatur. quia uerbũ põt habet uoluntatẽ non necessitatẽ, per l. sæpe, de offi. præsid. l. nõ quicquid, de iud. ff. l. 1. C. qũo & qñ Iudex. Alii dicũt nõ debere ullo modo deferre, sed prior sententia uidetur probata. c. Cum appellationib. 5. de appel. in 6. 1

Exceptio † prima. Tñ si inhibitiones factæ fuissẽt mandato superioris iudicis, uel ex ui literarum re- 2

giarũ Cancellariæ,non posse vltra progredi: quanuis friuola & inanis sit appellatio ꝓpter reuerentiã potestat.s superioris.c.1.de appel.in 6.c.qui se scit.12.& c.qui scit se.14.sub.2.q.6. & iustè appellatur, si Iudex velit de causa ad superiorem delata cognoscere, c.solicitudinem. de appell.

3 Ratio†cur denegẽ appellatio ab interlocutoria; q̃a in diffinitiua põt & alia ẽt interlocutoria emẽdari ab eodẽ iudice grauamen. l.ꝙ iussit. de re iud.ff. 2. Quia & si iudex reuocet grauamen, esset appellatio.c.cum cessante.de appell.

4 Secunda†exceptio,ut & iure ciuili liceat appellare ab interlocutoria, cuius executio non põt reparari in diffinitiua, ueluti si pendente quæstione maleficii iudex aliquẽ torquendum interloquatur.l.2. de appell.recipiend.ff. solent.§. ante sñiãm.2.q.6. quare appellatio à tortura interposita ẽt ante inhibitionem procedẽdi factã à superiore,ligat manus iudicis à quo: quia reparatio fieri non põt. Bal.in l. generaliter.§.sed iuramento. de iureiur.C.secus in aliis quæ possunt sequẽtes sñia reparari.facit l.si q̃s prouocatione.& ibi Bar.de appel.c.Inno. in c.inter cætera eo.tit.Panorm.ad c.pastoralis.eo. Dd.ad c. significauerunt.de test.& ad c.Cordi. de app. in 6.

5 Aliud exemplũ†in recusatione iudicis,quæ si nõ admittatur,prouocari à iudice potest. l. si quis ꝓuocatione.30.de app. C. Proponenda est ab initio cã recusationis ante litis contestationẽ,alter omissa,tunc postea repeti nõ potest.l.apertissimi.16.de iudic.li.3.tit.1.c.inter monasteriũ. ff. de sent.& re iud.c.pastoralis.de exception.l.sed etsi susceperit. de iudicijs.ff.Irreparabilis itaq; sñia, quæ non admittit

mittit recusationem legitimam, quia si non admittatur, qui nō appellat, approbasse videtur iudicem quare & recusari dēt Iudex à die uocationis in ius: ante litis contestationem intra 20. dies, quibus ela psus nō potest proponi recusatio. Authentic. Et cō sequenter ꝗ senten. & interlocutor. omnium. li. 7. C. ti. 45. Authenti. offeratur. de litis cōtestat. li. 3. C. ti. 9. §. illud. quoque c. 3. Nouell. 53. de exhibend. & in troducend. reis. Nisi fors ā cau sa recusationis de no uo orta vel cognita fuisset post litem contestatā. qa post notionē in quacunq; parte litis opponi pōt, & proponi. l. nō distinguemus. 32. §. Cū quidā de rece pt. arbit. vt si inimicus ceperit fieri litigātis, vel ami cus aduersarii, uel si ei successerit. l. Iulia. de iud. ff.

Sic † 3. à comminatione Iudicis appellare licet, quādo ea adfert iustum metum. c. Cum cessāte. 60. de app. li. 2. ti. 28. Spec. li. 2. par. 3. ti. de appe, §. 2. n. 26. & §. 6. vers. necesse dicit grauamen illatum & cō minatum, à quo appellatur, in c. Cum cessāte de ap pel. Cle. sicut eod. ti. quando cōminatio infert iustū metum. Quamuis alioquin cōminationes non habeāt vim rei iudicatę, tit. cum sine legib. cōminatio nes. epist. programmata subscriptiones autoritatē rei iudicatæ nō habere. li. 7. C. ti. 57. & uox oīs iudi cis iudicati non obtinet autoritatem, cum potestatem sententiæ certis finibus concludi, sæpe constitutum sit. l. ex stipulatione. 7. de sentent. interlocut. omnium iudic. li. 7. C. tit. 45. 6

4. † Tanquam ab irreuocabili interlocutoria appellatur, si fideiusores non idonei approbantur. l. ar bitro. 9. & l. seq. qui satisdare cogantur lib. 2. ff. ti. 8. 7

5 Si † Iudex dicat, & pronunciet procedendū esse 8

ante libelli certi determinationem.cap.2. de libelli oblat.li.2.tit.3. Eodem modo, si admittatur libellus obscurus rescriptum de eo appellationem recipiendam, in c.significantibus.49.de app. Curandum. n. est iudici, ut certa sententia reddatur.§. Curare de acti.l.1.2.3.de sent.quæ sine certa quantitate proferuntur.quæ sine certo libello certa esse nequit; cum secundum allegata sit iudicandum & probata.l.Illicitas.§.ueritas.de offic.præsidis.

Tradit Guido Pap.tract.de app.q.60.seu.nu.45. quod etiam iure ciuili possit appellari ab interlocutoria, qua iudex admittit libellum ineptum, eo quod reus procedere cogitur super facto, quod non potest reparari.l.in bello.§.factæ quoque res.de captiuis & postlim.reuers.ff. ita tenet Bal.ad l.2.de Episcop.audient.C.vers.Quinto quæritur.

9 Item 6. †appellatur, si tutorem uel procuratorem Iudex pronunciet eum, qui non est. Spec.li.2. part. 3.tit.de app.vers.ad huius.

10 Aut 7.† si statuit eũ nõ esse audiẽdũ.qui intra terminũ non agit.in l.cũ titia.18.de accus. multo magis si sententia imponeret perpetuum silentium.

11 8. Si† Iudex se declarauerit incõpetentẽ.Hoc.n. irreparabile est, si prouocatione ei non obuietur. c. significantib.38.de offi.deleg.li.1.ti.29.Essent eñ, ut ibidem dr̃, post hanc declarationem incompetentiæ alii quærendi iudices: cum ille non possit iudicare, si non fuerit ab ea declaratione prouocatum facit gl.in Auth.habita, ne filius pro patre.

12 Posset† appellare, ut antea dixi, Scholasticus ab interlocutoria, Ioan.Andr.in addit.ad Spec.li.2.part. 3.tit.de executione sẽtẽtiæ, ut neq; Iudex, qui se in com-

competem declarauit, possit illam interlocutoriam reuocare.Guid.Pap.decisione 436.nu.93.§.2.n.12. ad uerbum.& seq.ratio, quia possunt appellare à quocunque onere scholastici, ut notant Baldus ad authenticam Habita.nu.14.Cyn.n.13.Salic.nu.26. Ne filius pro patre.per illa uerba legis,ab omni iniuria defendamus.Nam qui omne dixit, nihil excludit,l.Iulianus,de leg.3.sequitur idipsum P an. in q. 6.n.12.Itē,quod si expectanda esset diffinitiua, tar dè subueniri posset scholastico, ut in l.ab arbitro. qui satisdare cogantur.ff.c.fi.in fi.de app.in 6.

9.Si † sententia banni pronuncietur potest appellari. Bar. in l.2.de app.recip.ff.quia bannū & annotatio bonorū stat p se,& pro principali snīa:Et appellans in principali post annotationē bonorū non recuperat bona,in l.de requirendis reis.ff.Bart. in l.2. si pendente appell.Mors interuenerit.Nisi bannitus sit uerus contumax, secundum Angelum tractatu de maleficio.in verb.Qui Iudex uidens. Proponuntur & exempla, in quibus sententia interlocutoria habet irreparabile iudicium,& ideo licet appellare per glosā,in §.statuit.ad verbū Grauamen, de causis in pragm.sanct.per gl.ad c.pastoralis.53.ad verbum EXPRESSE,de appellat.Spec.lib.2.part.3.tit. de app.§.2.incip.In quibus autem casibus.nu.29. 13

Quod † si Iudex in materia habente grauamen irreparabile,uelit exequi non obstante appellatione, potest ei resisti,ut tractat.per Pan.& Decium ad c. si quando de officio delegati.Permittit enim ius resistere Magistratibus excedentib.l.prohibitū. 5. & l.defensionis.7.de iure fisci li.10.C.ti.1.& l.deuotā §.demetatis.li.12.C.ti.41.gl.ī c.literis ī verb.Denū 14

ciēt.

ciet.de offic.delegati.Facit lex.2.§.fi.ne q̃s eũ q̃ in ius vocat.ui eximat.li.2.ff.tit.7.quę Iohãnes Faber intelligit uerum,quando executor seu nũcius grauaret,& Iudex distaret,qui eum misisset, alioquin cõtra,Fab.in l.ab executione.C.quorũ appellationes non recipiãtur.Vix tñ hæc resistẽtia in excessu posset tolerari,ut ait Rebuffus tractatu de sentẽtiis executorijs.ar.7.glo.15.n.13.tomo cõmentariorum in constitutiones regias.Vide Paridẽ de syndicatu in verbo excedũt.Rursus idem rebuffus in tractatu ꝓxime citato,ar.11.gl.vnica,n.5.ait,in Gallia nõ seruari,vt resisti possit exequentibus sententias post appellationem.Ideò,vt sibi cõsulat appellãs debet quanto citius poterit obtinere inhibitiones à superiore:si non possit,debet protestari iudici de sua appellatione:& si uelit,nihilominus exequi, iterũ appellare debet,inhærendo primæ appellationi. Et certe periculosũ est,resistere Magistratui, aut executori officio fugenti, & existenti in executione officij.quia videtur iniuria nõ tãtum ei inferri, sed superiori cuius est officialis.contra, si non esset in executione officij,argu.l.Et si prætor.de offi.eius, cui mãd.est iurisd.Guid.pa.dec.557.incip.Aliquis uerberat.Et princeps iniuriã illatã militibus iuxta latus suũ existentibus,sibi reputat illatũ.l.quisquis ad l.Iuliã Maiest.C.secundum Pet.& Iacob.de Ra. ad l. Addictot.C.de Episc. audient.Cyn.ad l.si nõ cõuicij de iniu.c.r.Ita ex praxi Gallicana,uerberãtes seruiẽtes seu aparitores regios,capite puniunt & manus amputant,propter iniuriã illatã principi: q̃uis ex stylo Delphi.aliter puniant,ꝓ mõ criminis & qualitate seruentiũ;vt ꝑdicto loco notat Gui.Pa.

Cur

Cur† si aũt liceat ab interlocutorijs, q̃ habent irreparabilẽ cãm appellare, rõ est, qa melius est ĩ tpe occurrere, q̃ post vulneratã cãm remediũ qrere, l. vnic. qñ liceat sine iudice se uindicare C. l. fi. in qb. causis in int. rest. non est necessaria. C. Et ne dicatur postea, sera prece tibi subueniri desideras, ut in l. 2. de iur. & facti ignorant. C. 15

Eadẽ† rõne, si Iudex inquisitionẽ, in casu, quo nõ põt, faciẽdã statuat, uel faciat, prouocare licet à cõfectione inquisitionũ, cũ id non possit reparari sine læsione in diffinitiua, ut ait Spec. li. 3. p. 1. in ti. de inquisitione. §. 3. uers. q̃d si Prelatus. n. 22. Siquidẽ suspicio malæ famę inurit ei cõtra quẽ inquirit, q̃ elui nõ pt posteà. Nã nõ p̃sumit iudex inquisitionẽ decernere, nisi cã p̃cesserit uel diffamationis uel indiciorũ cõtra inquisitũ spãliter: cõtra, si inquisitio esset generalis cõstare delicto, & incerta p̃sona, q̃ cõmiserit, & generalis inquisitio delictorũ fit ex offi. in l. 3. & l. cõgruit. de offi. Præsidis. ff. c. 1. de offi. or. At specialis in aliquem, nõ nisi p̃cedẽte rumore, q̃ euitari nequit, & iã aliquẽ infamauit inter bonos & graues. c. Deus oĩpotẽs. 2. q. 1. c. in tiñ. de collus. deteg. c. licet Heli. de sim. c. qualiter. in 2. de accu. Spec. li. 3. p. 1. tit. de inquisit. §. 2. n. 41. & §. 3. n. 6. & 16. & seq. ubi differẽtiæ ponunt̃ inquisitionis generalis in mẽbra & caput Ecclesię: & ĩ singulares p̃sonas, rõne ordinis p̃cedẽdi & testiũ, & aliorũ; maximè ĩ n. 6. Notat & Panorm. ad c. Dilectus in 1. de rescr. q̃ si iudex ex officio p̃cesserit, tũc dẽt citari, ut suã defendat sñiãm: tũ qa tenet locũ partis; tũ, qa eius interest ne postea puniat̃, si iniquè eũ p̃cessisse cõstiterit. c. uenerabilib. de sentent. excomm. in 6. c. hoc 16

etiam

etiam.2.q.6.l.2.de pœna iudic.qui male iudic.C.& proinde iudex debet cauere,ne ex officio procedat passim,sed habeat vel instantē procuratorē Regiū, uel ad instantiā partis iudicet. Nā tūc nō erit citandus siue intimādus,sed pars poterit ei cognitam facere appellationem, & vt compareat se sua interesse putasse,vt possit,si velit,se defendere,si putet ex sniæ retractatione sibi irrogandum aut famæ aut alterius rei præiudicium.arg.l. a sententia.de app.ff. gl.ad c.sacro.& ad uerb.Constiterit de sen.excommunicat.Si tamen is,aduersus quem inquisitio decreta est,prætenderit causam innocentiæ; non appellare,sed purgare se à crimine dēt.l.16.qui reus. 5.aliàs si,qui reus.de public.iudic.ff.Bald.in l.2.de Epis.audient.C. Ideò tenetur se iudicio sistere, & si declinatoriam iudicij habeat aliquā, debet proponere,per l. si quis ex alienat.5. de iudic. ff.l.2.si quis in ius uocat.non erit,lib.2.ti.5.l.2. Ne quis eū qui in ius uocat.est,vi eximat.li.2. ff.tit.7..

17 Disputatum† antiquitus est, an inquisitionis iudicium esset ordinarium aut extraordinariū, sicut vtrasque snīas discutit Iulius Clarus lib.5.sentent. iuris.§.fin.q.3.Vbi & docet esse hodie ex consuetudine ordinarium:tamen in q.5.nu.4.admonet, non semper permitti iudici simpliciter. Scias, inquit, quod in quocunque casu, in quo iudex siue de iure communi, siue statutario,siue ex consuetudine potest procedere ex officio,& sic per uiam inquisitionis;nunquam debet,neque potest à seipso procedere ad inquirendum, siue ad assumendas informationes vel indicia specialiter cōtrā aliquem,nisi aliquid præcedat,quod aperiat viā inquisitioni, scili-

cet

cet vel diffamatio uel querela partis, uel denunciatio, uel alia huiusmodi: aliter processus esset ipso iure nullus, etiamsi delictum fuisset deinde plenè probatum. Et memini, inquit, ego, quod fuit grauiter reprehensus. Prætor vallis Siciliæ, qui processerat contra quendam de incestu, quod propriam filiam carnaliter cognouisset, nulla præcedente querela aut denunciatione, & ambo fuerunt absoluti (in senatu Mediolanensi) 9. Nouembris 1560.

Quare, si contra quam permittitur, Iudex statueret inquisitionem, aut faceret, rectè appellari posset

Quia etiam reparatio non est facilis incarcerationem facere, permissa est appellatio, prehensionis seu captionis decreti, vocant pragmatici. *decret de prinse des corps*. Adhæret enim hoc grauamen illatũ personæ, quod diffinitiua non potest plenè restitui quia mala mansio est & species tormenti, l. si hominem. depositi. ff. Cæterum in Gallia non audiuntur appellantes à decreto prehensionis aut uocationis personalis, nisi prius se receperint in carcerem, *qu'ils ne se soient rendus prisoniers*, ex constitutione Caroli 8. anni 1493. art. 91. Francisci 1. anni 1535. c. 16. art. 6. Hērici II. anni 1549. art. 10. Ex quo potest dici simpliciter nō admitti appellationes à decreto prehensionisquo, ad hunc effectum, quod non obstāte appellatione procedatur ad captionem ex cōstitutione Caroli 8. d. art. 91. quia hæc sententia est præparatoria iudicii. & interlocutoria. Vide Iasonē in consi. 63. volu. 3. Iohannem Gallum in q. decis. q. 137. articu. 4. Bart. ad l. 1. de custod. reorum. Tamen Baldus in l. vnica. C. de in integrum restit. postulat. nihil innouet. notat, q̃ per modum restitutionis sen-

ten-

tentiæ retardaretur executio;impetrata seu petita restitutione in integrum:etiam subsistente suspicione malitiæ contra eum.Quia licet incarceratio possit per liberationē de futuro,reuocari;non tamē potest reuocari de præterito,respectu præiudicij,ratione ignominię,quæ honesto uiro per carcerationem inferretur.quod & probat Pan.ad c.suscitata. 6. de restit.in integrum.Nec temere facienda est incarceratio,& habendus est respectus personarū,sicut ex constitutione Philippi 6.in const.anni 1328.statutū est Prohibemus,inquit,ne senechali aut alij quicunque iustitiarij nostri quēcūq; nobilem aut alium capiant pro quocunque delicto,nisi in facto pręsenti, uel prius de commisso delicto informari contra eū fecerint legitimè & mature; aut de hoc fama esset publica aut pręsumptio.Sed nec licet omnibus iudicibus,neque pro omnib.personaliter iubere adesse iudicio,nisi in certis,de quibus in c.1.de iud.in 6.

19. Potest† & à prehensione facta appellari per incarceratum omni die sine præscriptione:quia quotidie grauamen continuatur continua detentione Citatur Speculator lib.2.partic.3.titul. de appellation. §.5.restot.vbi tamen nō id ait expressè.Si tamē Iudex pronunciasset rectè fuisse aliquem incarceratū tunc à tempore latæ cognitæ sententiæ,appellandū est intra decem dies,cum postea non liceat.Bald.in c.de testib.Verùm propter solam incarcerati appellationem non debet soluere à carcere eum Iudex à quo appellauit,donec ei mandetur per superiorē Iudicem ad quem appellatū est.l.eos.6.§.super his, C.de app.Bal.ad l.si clericus.de Episc.audien. facit l.ait præter.10.§.si debitorem.de his quæ in fraudē

credi

credito.l.i.42.ff.ti.8. Videatur & de hac re textus ex
pressus in l.minime fas est.12.de appe.C. Vbi etiã si
in criminalib. reus prouocare possit, tñ debet eun-
dem statum obtinere, ita ut in custodia, si fideiusso-
ris copiã nõ habent, perseueret, & in d. §. superbis.

Per constitutiones regias Galliȩ decretũ prehen
sionis, & uocationis seu citationis personalis execu
tioni demãdatur, nõ obstãtibus appellatione uel in
tercessione, seu oppositione, & sine pıudicio tñ ea-
rum. quia possunt deinde discuti in Iudicio nũ iustȩ
sint, ut habetur in cõstitutione Caroli 7. anni 1453
ar.14. Frãcisci 1. anni 1535. c.16. ar.8. Et praxis est,
ut q̧ appellauerit ab istis uadimonio, incarceratio-
ne, nõ audiat in causa appellationis, nisi se sistat in
eo statu corã Iudice ad quẽ appellauerit, quo iussus
erat à Iudice à quo, nisi forsan uocatus esset qui no
torie nõ est Iurisd. uocãtis, q̧a ius dicẽti extra terri
toriũ nõ obtẽperat impune. l. fi. de iurisd. omn. iud.
ff. ut si laicus iudex uelit cognoscere de excessu &
p̄sona clerici. in c.2. c. cũ cõtingat. c. si diligẽti de fo
ro cõp. c. At si clerici. de iud. Iure ciuili in auth. nul-
lus Epis. aut. Statuimus. aut. causa. c. Mon. de Episc.
& cler. C. ubi & pœnæ contra iudices laicos exequẽ
tes. Vide Dd. in l. si quis ex aliena. de iurisd. omn. iu
dic. ff. Differũt prehẽsio & carceratio, ut notat gl. ad
Cle. 1. §. 1. ad uer. capere. de hær. Nõ enim omnes q̧
capiuntur, incarcerantur, ueluti, qui uadimonio se
sistere debent *par adiurnament personnal*, & q̧ capti
ducuntur ad Iudicem per manus iniectionem, i. di
cunt *par main mise*, qua iniectione iubentur uoca-
ti sequi nuncium seu apparitorem curiæ, q̧ eum du
cerent. Item clerici inuenti in ipso scelere capi pos

sunt

sunt a laico Iudice; sed nō possunt incarcerari ab eo vel retineri, quia tenetur eos remittere ad proprios Iudices Ecclesiasticos c.si cleric.de sent.exco.in 6.
10 Ita † sępè ponuntur hæc duo capere, & incarcerare, ut in d.Cle.1.de hære.li.5.ti.5.& Cle.1.de excessib.prælatorum.li.5. Clem.ti.6.Et possum resoluere, in quibus non est concessum iudici vadimonium statuere, *adiournement personel*, aut iniectionem manus, Vocant *mani mise*, aut incarcerationem (Non enim semper licet neq; omnibus iudicib.dictis Clementinis, & in l.uni.de priu.carcer. in illis recipiendam appellationē, ut si Iudex iubeat capi mulierē, pro ciuilibus maxime, & a domo trahi, & uenire in publicum, cōtra l.1.& auth.Sed hodie nouo iure de offi.diuers.iud.lib.1.C.tit.48.& ca.2.de iudic.in 6. Si quis incarceretur pro debito etiam fiscali contra l.Nemo carcerē.de exact.tribut.li.10.C.ti.30. Itē si Iudex iubeat alicui ne loco certo abeat, uocant, *donner l'arrest en sa maison, ou alieurs*, ut Salomon Semei interdixit, ne ciuitatē Hierusalem exiret sub pœna mortis, 3.reg.2.uer.36.& interdicere sub eadem pęna refugis ex causa homicidii causalis in urbes confugii ab illis exire, aliter occidi posset impune usq; ad mortem summi Pontificis.num.cap.35. Item, si detineatur carcere, qui sub fideiussoribus emitti debet.c.si clericos.15.de sen.excom.in 6.l. diuinet de custodia reorum.ff.

CAP. V.

De appellatione a possessorio.

SUMMARIA.

1 *Appellatio a iudicio possessorio nō admittit iur.ciuili*

2 *Iux*

2 *Ius tamen antiquum pontificium admittebat. De nouo quid.*
3 *Et in Gallia admittitur quidem appellatio, sed ea nõ remoratur executionem possessorii.*
4 *Ratio a natura interdictorum sumitur.*

QVartus † casus, in quo iure ciuili nõ licet appellare, est in iudicio possessorio. Et ita Valentin. Theodosius & Arcadius Cæsares in l. unic. si de momẽtanea possessione fuerit appellatum, cum de possessione & eius momento causa dicitur, inquiunt, etsi appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortitur effectũ. Ita tamẽ reformationẽ possessionis fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa seruetur, & in l. quisquis. 6. quorum appellationes non recipiantur. li. 7. C. ti. 65. qui prouocauerit, ne ii quos scriptos patuerit fuisse hæredes, in possessionẽ mittãtur Iudex, cuius erit notio, si talem appellationẽ admittẽdã crediderit, 20. librarũ multa puniunt. 1

Symmachus præfectus urbi Theodosio scribens li. 10. epistolarũ, ep. 41. Quid possint, inqt, iusti principes culpare, p̃sentio, in causis etenim, quib. momẽti reformatio. Postulat, appellationes recipi nõ oportet, Et in l. 22. quorũ ap. nõ rec. in C. Theo. in causis in quib. momenti reformatio postulatur, appellationem recipi non oportet, ne quod beneficio celeritatis inuentum est subdatur iniuriis tarditatis.

Ius † tamẽ põtificiũ. antiquũ, appellationẽ admittit à quocunq; grauamine. c. Cũ cessante. 60. de ap. & ꝓinde in c. Significauerũt. 36. de test. li. 2. ti. 20. admissa ẽ appellatio abbatissæ, ꝗ eã nõ admisisset Iudex ad quartã ꝓductionẽ testiũ sup possessione. Et in. c. ex cõquestione. 10. de rest. spol. li. 1. ti. 13. Audit 2

mulier appellans,si,postquam maritus illam repudiasset,prætextu consanguinitatis,proposita causa possessionis & restitutionis uiri, Iudex ei denegasset,& in negotio principali cognoscere noluisset, Iterũ & Cle.vnic.de sequest. possessionis & fructuũ li.2.tit.6.appellatur à possessione beneficii ablata p sniam.Cæterũ postea per cõstitutione Aegidii Cardinalis Sabiniẽsis,dũ uiueret patrimonii sãctę Romanæ Ecclesiæ uicarii seu legati,recissa est illa facultas appellãdi et in cã pfana,ubi de possessione pronunciatum esset,ut docet eius cõstitutio sub titulo, in quibus causis appellatio nõ ualeat.Quæ etsi prouincialis lex esset,tñ visa fuit iusta & sancta,& à põtificibus in ipsa Romanà curia in possessorio rei profanæ recepta;unde solet executioni demãdari snia possessorii,nõ obstãte appellatione,& sine præiudicio illius.Octouian. Vuestrius li.7.introductionis in aulæ Rom.action.c. 3.n.4.Sed certè qñ ex snia possessorii fit magnũ præiudiciũ,iustũ est admitti appellationẽ,ut qñ agit de triennali posses.q ius dat in beneficio,in quo appellatur,in Cle.vnic.Et ibi notatur de sequestr.poss.& fruct.li.2.tit.6.Et notat Pan. ad c.Cũ ad sedẽ.n.30.de restit.spoliator.quod licet respectu certo qstio possessorii uideat esse modici præiudicii,tñ alio respectu põt esse maximi,vt quia non possũt haberi probationes super proprietate; tunc.n.ex possessionis defectu perditur dominiũ in effectu,ut in c.sæpe.18.de rest.spol.Itẽ,qa magnum est possessionis cõmodũ,cũ data paritate probatiõnũ absoluat possessor,c.ex literis, de probation. § Cõmodum. de interd. & hanc partem, quod possit appellari tenet Frederic.cons.77.Iohannes And.ad

Specula-

Speculatorem de appellationib.§.2.versic.6.

Praeferri debet non possidenti, qui beneficium possidet illud colorato titulo.reg.Cancella.15.nẽpe qui obtinuit ab eo,qui aliàs habet potestatem cõferendi.& pacificus possessor,qui per triennium possedit sine lite beneficium cũ titulo colorato,defenditur.tit.de pacif.poss.in pragm.sanct. & concord. reg.Cãcel.33.& c.1.de praescrip.facit l.res alienas ç.de rei vend.c.in pari.de reg.iur.in 6.Sic in collatione facta à summo Põtifice,& ordinario eiusdem beneficii diuersis,si nõ cõstet de priori, praefert q prius nactus est possessionẽ.c.si à sede.3.de preb.in 6.Est & plenũ possessorium,quod maius est, quam fiduciaria concessa possessio. Et uidetur fiduciaria esse momentanea,& momentum possessionis,quod nõ admittit appellationẽ;nõ plenum possessoriũ quod admittit.Quare in momẽtaneo pmittit l.vni.si de momentan.poss.appellatur,executionẽ,nõ obstãte appellatione, quod & in Gallia ex praxi obseruatur.

Quamobrem† quod dictũ est,à sententia possessorii appellari nõ posse,intelligendũ est ad effectũ remorandi iudicij possessorij executionẽ, in fauorẽ eius, cui decreta est possessio:nõ autẽ,ut reijciẽda sit omnino appellatio.Quia & illa appellatio, quãuis non moretur executionẽ:tamẽ,deuoluit negotiũ ad superiorẽ.Bar.ad l.2.de app.recip.Panor.ad c. cũ ad sedem nu.30.de restit.spoliat.& cons.55.li.2.cõsilio rũ.Sic etiam tractat Marantha,in praxi.part.6.ver. appellatio n.194.Notat Parisius consi.108.incipiẽte De bono.col.2.li.1.quod si sentẽtia lata fuerit super possessorio,ea mãdatur executioni,& ita executa post inhibitionem emanatam , non debet

talis executio censeri reuocari per modum attentati: Quia licet simus in casu, in quo in possessorio datur appellatio, nõ datur ad affectum retardãdæ executionis. Idem in dec. 500. incip. Item fuit quæsitũ: Vbi in casibus in quibus permittitur appellatio retardatur executio, & ideò procedet inhibitio.

. Possessionis hic nomine uenit omne remediũ possessionis adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ: Bar. ad l. 2. de app. recip. ff. Notatur & in l. quisquis. 6. quorum appell. non recipiun. C. lib. 7. tit. 65.

4 Et sita ratio executionis uidet pẽdere ex natura interdictorum, quæ habẽt fiduciariã & prouisionalẽ, vt dicũt pragmatici, possessionẽ. Inde & interdicta interim pendẽte cõtrouersia indefinita ꝓprietatis, pronunciata seu dicta ex Isidoro lib. 5. c. 23. & Anianus ad li. 5. sentẽtiarũ Pauli I.C. fol. 1. Quod & Vlpian. innuit in l. 3. §. fi. de liber. exhibend. li. 43. ff. ti. 30. in hoc interdicto (scil. de liberis exhidis) inquit, Donec res iudicetur, fæminã, prætextatum, eũ qui q proxime prætextati ætatẽ accedit, interim apud matrẽfamilias deponi iubet. Proxime aũt accedere ætatẽ prætextati eũ dicimus, qui puberẽ ætatẽ nũc ingressus est. Et rursum in §. Iulianus, eiusdẽ. l. 3. in cõtrouersia impuberis exhibẽdi & deducẽdi, si duo cõtẽdãt de potestate interim donec pubes fiat, alicui vsq; in diẽ litis datur. Cũ n. inter duos aliquos de possessione aut quasi possessione cõtrouersia esset olim, Prętorẽ adibãt (nũc Iudicẽ aliũ) ac totã rẽ illi exponebãt, Quoniã in huiusmodi cõtrouersiis ſępe cõtingit & cędes fieri, & vulnera infligi, & ad manus venire. At prætor quædam uerba inter eos pronũciabat, nõ litem dirimens, sed ad pedaneũ Iudi-

cẽ χωρικὸν ἀρχήν mittebat, qui de cõtrouersia illorũ cognosceret, ut ait Theophilus in paraphrasi institutionũ. §. 1. de interd. Neque iuri litigãtium praeiudiciũ interdicto fit: sed possessio dat interim, habita ratione facti praecedentis. Ita in interdicto restitutorio unde vi parum refert, utrum ius habuerit qui fecit uiolentiam, uel non: siue enim ius habuit, siue non: tamen tenetur interdicto propter hoc, quod ui aut clam fecit. l. 1. §. Et parui refert, quod vi aut clam. ff. lib. 43. tit. 24.

Nec de possessione pronunciata proprietati vllũ praeiudicium adferunt, nec causam vllam interlocutiones plerunque perimunt. l. post sẽtẽtiã. 9. de sent. & interloc. omniũ iudic. li. 7. C. tit. 45. Hinc fer sũ praxis oritur, ut quando habita contentione res ponitur sub manu regia, non liceat ab eã sententia appellare: sicut decisum refert Iohannes Gallus, q. 26. in quaestionib. decisis per aresta, eo quod litigantes non grauet, cum non auferat possessionẽ ab eo qui ante habebat, ut ait Cynus in l. vn. de prohibit. sequestrat. pecun. Boerius ad §. 4. de iurisd. omniũ iudic. in consuetud. Byturig. Et in hoc casu fit, etiã notat Rebuffus ad §. 1. verbum ad possessionem, in 4. reg. de annatis in concord.

CAP. VI.

De appellatione à multa inflicta.

SUMMARIA.

1 *A multa indicta quando liceat appellare uel non.*

2 *Antiquo iure Romano ab ea prouocatum est:*

3 *Certatio verò appellationis duplex: aut quia iniustè indicta est, aut ab eo indicta, qui mulctandi non habuit potestatem, à quibus appellatur.*

4 *Vt ab iis, qui supra modum mulctādi cōcessum mulctarunt, in eo, in quo excesserunt.*

5 *A sententia enim plures continente capita, ab uno separato potest appellari.*

1 SEd † pro quinto casu prohibitæ appellationis vel permittendæ, nūc de mulcta imposita à iudice, num ab eius sentētia appellari possit ante diffinitiuam, quæritur. Et respondetur posse, in l. et in mulctis 25. de app. C. & ita iudicatū fuisse in Camera Imperiali tradit Mynsing. li. obseruationū singulariū, centuria 3. obseru. 43. facit l. si qua pęna. 244. de ver. sig. Vbi ex Paulo & Labeone, simulatq; qs victus est, eius maleficii, cuius est pęna statuta, statim debet. At mulctę prouocatio est, nec ante debetur, q̄ aut nō est prouocatū, aut prouocator uictus est; nec aliter, q̄ si is dixit, cui dicere nō licet. Eadē tradit Harmeno plus lib. ultimo *Procheiri*, tit. fin. In Gallia ex constitutione Ludouici 12. promulgata anno 1512. ar. 72. antiquitus solebant mulctæ executioni demandari infra summam 25. librarū, nō obstāte appellatione dūmodo nō essent ex delicto, & non infamarent. Hodie aūt ex communibus omnium curiarum supremarum placitis, suspenditur earū executio, donec dictū fuerit de cā appellationis: vt declaratum fuit arresto Parisiensis Senatus. 30. Aprilis anni 1553. & alio arresto 15. aprilis 1531. anni, & refert Imbertus li. 1. institutionū forē sin c. 67. abiitque ita in desuetudinem Ludouici 12. constitutio: & merito. Siue enim appelletur a mul-

cta

cta ipsa sola, æquum est illam vt cætera iudicata suspendi; siue appellatur à negotio ipso principali, in quo indicta multa est. Nam & tunc, ut principale suspēditur, sic & multa, ut accessoria, suspēdi debet, per regulam accessorium.

2 Apud † Romanos ex lege. 12. tabularū à multa puocatū fuisse, docet lex 1. q̄ recitat Cicer. 3. de legibus Magistratus neque obedientem, & nocuum ciuem, multa, uinclis verberibusque coercēdo, in par maiorue potestas populusue prohibessit; ad quos prouocat io esto: cū Magistratus iudicassit irrogassitq; per populum multæ certatio esto. Multæ certatio erat contentio, num esset remittenda. Remittebatur enim aliquando etiam per iudices ipsos, qui indixerāt, ob paupertatē singulariter dānatorū. l. fin. de mō mulctādi. lib. 1. C. titu. 52. l. Illicitas. §. fi. de offi. pſidis. Aliter autē vix remittebatur: cum nec illis mutare sentētiam liceret. d. l. fi. de modo mulctād. C. l. 1. §. fi. de q̄stiō. ff. l. post sētētiā. 9. de sentent. & interlocut. omnium iudic. li. 7. C. ti. 45. l. Diui fratres. 37. d̄ penis. ff. cū similib. Vnde & opus erat remedio appellationis, quādo multam retractare Iudex nō poteſt. Quia nisi appellaretur, transiret sententia in rem iudicatam.

3 A multa † porrò ex duplici capite appellari potest, uel q̄a iniustè multa inflicta fuit, aut q̄a ab eo indicta, qui nō poterat mulctare. De primo in d. l. & in multis de app. C. Pro secūdo vero ītelligēdū est non omnibus iudicib. esse ius mulctādi, sed iis solis multā dicere licere, quib. ex lege uel mandatis prīcipiū concessum est. l. aliud. est fraus, 131. de uerb. signif. ff. 1ō neq; Magistratus municipales seu duū-

uiri iudicium. l. 1. si quis ius dicenti nō obtēperaue rit. li. 2. ff. ti. 3. Non defensores ciuitatum l. 1. de defensor. ciuitatū. C. Non procurator principis. l. 2. de modo mulctarū. C. Nō curatores Reipublicæ. l. 3. C tot. ti. Non delegati iudicū possunt cōmunicatione mulctarū Iurisd. suam tueri: quāuis pœna, & coercitione aliqua possint id efficere, ex l. fi. ff. off. eius, cui mandata est iurisd. ff. l. 2. de iurisd. omniū. iud. nisi sint delegati à pricipe, c. de causis, de of. legati. Ita arbitro quoq; nō licet mulctare, nisi ex cōpromisso illi tributū sit. l. Non ex omnib. §. 9. de arbitris Atq. in sūma ijs dat̄ multæ dicēdæ ius, qb. publice iudiciū est, & nō alijs, ut ait Vlp. i l. 2. §. fi. d iud. ff. & Ias. in l. Aliud. est fraus. 131. §. fi. de verb. signif. Multā is dicere pōt, cui iudicatio data est. Magistratus solos, & præsides prouinciarū posse multā dicere mādatis permissū est. quo loco legit Alc. pro iudicatio adiudicatio. ut in de colligat, nō posse mulctare nisi Iudicem, qui merum, & mixtum habeat imperium. Nam adiudicatio idipsū respicit. l. iubere, cauer. de iurisdict. omniū iudic. ff. Sed melius iudicatio dicit publice iudicium habitum in l. 2. §. fi. de iud. ff. 10

4 Sunt † autē alij Magistratus, qui ius mulctandi quidem habent, nō ex arbitrio, sed usq. ad certā quantitatem, vt iure præfecti prætorio, modū mulctādi habet vsq; ad quinquaginta libras auri, cū peccatū grauissimū erat, in l. 4. de modo mulctarū. C. Atq. secundū uarietatem iudiciū, maior aut minor multa imponi potest l. eos qui. 6. eod. ti. de mod. mult. ubi, & in § id quoq; obseruandum, caueturne quis eundem possit plus quam ter eodem anno mulctare.

Quod si Iudex excedat modū sibi impositū mul-

ctādi iure denegatur appellatio, quia nulla sentētia ipso iure est, & sine eo remedio est sine effectu inquantū modū excedit. in l. certa ratione. 5. quando prouocare nō est necesse. li. 7. C. ti. 64. Hodie tñ arbitrarer vtendū prouocatione, vt a sentētiis aliis nullis, ut posteà dicemus, Deo fauēte. per iudicē enim ad quē nullitas declaratur quā Index inferior nolet fateri. Et quia in quātū excedit potestatē, multa nulla est; sed in quantū non excedit, non est nulla sententia, consultius fiet, si appelletur. Quia generaliter.

Notandum, † quod si sententia plura contineat capitula, ab uno posse appellari secundū Innocent. in c. dilectis. de appellat. Vide & Barto. in l. appellāti. de appellat. ff. Quod si simul, & semel proferātur interlocutoria, & diffinitiua, duæ requiruntur appellationes. c. fin. §. fi. de appellat. in 6. l. Cum in una in princip. eo. ti. ff. exponendo uerba ibi posita duplex sētētia, idest, diuersa, una iterlocutoria, & alia diffinitiua, cū sint diuersæ. c. Cordi, d' appellat. in 6. Quia ibi diuersimodi appellandi ab eisdem sententiis statuitur. facit bene. l. etiā in 1. §. 1. de minoribus. ff. & sic etiam in specie notat Guido. Pa. tract. de appellat. quest. 62. num. 46. 5

Cap. VII.

De appellatione à sententia criminali, nū permissa.

SVMMARIA.

1 *A criminali sententia in re ciuili appellari potest.*
2 *Et ex consuetudine generali Galliæ.*
3 *Item, Iure Pontificio.*
4 *Ratio prima quia, & in ciuilibus, ubi de minoribus, nempe de rebus agitur, appellari potest.*

5 *Secunda, quia ubi maius periculum, ibi cautius est agendum.*
6 *Tertia, quia, & eadẽ rationes appellationis in criminalibus, quæ in ciuilibus.*
7 *Nec impedit appellationem cõfessio criminis in tormentis facta.*
8 *Quin fallax illa sæpe probatio, & ibi exempla.*
9 *Quinimo pro inuito, etiam damnato, appellari potest quia non auditor volens perire.*
10 *Item quia interest alterius hominis.*
11 *Et nemo est dominus membrorum suorum.*
12 *Et sic alius pro reo appellare, & prosequi appellationem poterit.*
13 *Quod, & in sentẽtia abscissionis mẽbri locũ habet.*
14 *Si modo pro alio appellet intra decendium.*

1 SEXTVS † casus, in quæstionẽ uertitur; num à sentẽtia criminali, seu de criminibus, ꝓuocare liceat. Pro quo respõdemus, regulariter iure ciuili permissam esse prouocationẽ l. Litigatorib. 14. & l. & i maiorib. C. de ap. l. additos. 29. eo. C. l. addictos supplicio. 6. de Episcopal. audient. C. ubi non licet reos à supplicio eximere, sed licet ꝓ dãnatis appellare, & in l. 2. §. eũ accipimus dãnatũ, q. nõ ꝓuocauit. Cæterũ si prouocet, nõdũ damnatus intelligit. Atque in l. 2. C. quorũ appellat. non recipiãt. Sicut manifestè testibus cõuictus reus, aut propria uoce confessus, nõn auditur appellans, ita æquum est, vt testibus productis, instrumentis prolatis aliisq; argumentis præstitis, si sententia contra eũ lata sit, & ipse qui condemnatus est, aut minime uoce sua cõfessus sit, aut formidine tormentorum territus contra se aliqd dixerit, appellãdi licẽtia non denegẽt.

Ex

Ex † consuetudine et Gallicæ regulariter oī appellationi defertur in foro seculari,& sic et in cā criminali,ut notat gl.ad §.1.ad verbum iniuste.de friuolis appellat. in pragmat. sanctione. Rebuffus in procœmium constitutionū regiarū, glo.5.nu.99. Et fit appellatio uel uerbo,uel in scriptis, sicut in ciuilibus, vt notat Guido Papæus in tract. de appell.q. 120.nu.82.per dictam l.Litigatoribus. de appella. Et intra decem dies,sicut in ciuili, in Auth. Hodie de appel.C.c.Romana.§.si uerò uocatis. de app.in 6.& per alios autores,quos ibidem allegat.facit l.si quis prouocatione.30.de appel.C.Sciāt cuncti,inquiunt Arcadius & Honorius Cæsares, sibi ab iniuriis & suspectis iudicibus, & in capitali supplicio, ac fortunarū dispēdio, prouocationē esse cōcessā. 2

Iure † Pontificio in c.Decreto.2.q.6.qui non defert appellationi grauiorum criminū, iubetur submoueri ab omni officio & beneficio cleri,idest,deponi. facit quod scriptum est Prouerbiorum. c.24. vers. 11. Erue eos,qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur in interitum, liberare non cesses.& Psal. 81. Iudicate egeno & pupillo,humilem & pauperē iustificate, eripite pauperem & egentum de manu peccatoris liberate. Diuus Paulus prouocatione in criminibus,quibus accusabatur,usus est,ut calumniam uitaret,& ad Cæsarem appellauit, Act.c.25. uers. 12. Lege Iulia de ui publica, inquit Vlpian.tenetur, qui cū imperiū potestatemue haberet, ciuē Romanū aduersus prouocationē necauerit, uerberauerit,iusseritq; fieri, aut quid in collū gesserit,ut torqueatur.In l.Lege Iulia,de vi 7.ad legē Iul.de ui pub.li.48.ff.tit.6.ex ita et Valeriis legibus,tenante 3

sanci-

2 sancitum fuerat. Notauit & Guido Papæ. tractatu de appellat.nu.93.quod per statutum tolli non poss sit appellatio in causa criminali. Idipsum dixit in apparatu suo super statuto Delphinali, si quis per li teras, in gl. ad verba. appellatione cessante

Cicero 2. oratione contra Rullũ, de lege agraria in nimiã potestatem decemuirorũ inuehitur, quod à pœnis ab illo indictis non appellaretur. Datur, inquit, illis recognitio sine cõsilio, pęna sine prouocatione, animaduersio sine auxilio. Cum enim decẽ vi ri primũ creati ad reformandas leges fuerunt, secu res alligarũt fascibus in urbe, vt ostẽderẽt illã plenã potestatẽ, vt ait Liuius li. 3. & in ciues, cũ legib. à duob. Valeriis publicatis prouocare liceret à cõsulib. ciuib. Romanis, ad populũ; & ideò nõ habe

3 rẽt fascib. alligatas secures, cũ fasces illis in ciuitate pferebantur, vt ait Dionys. Halicarn. in 5. Liu. in 2.

4 Ratio† prima, cur in causis criminalibus concedi tur iure prouocatio, est à minore ad maius, cuius argumentum ualidũ negatiue, Authent. multo magis, C. de Episc. & Cler. Si enim põt appellari à iudicio ciuili, vbi agitur tantũ de reb. & fortunis hominũ; multo magis permitti debet dum agitur de uita, honore & fama personę. Plus enim est corpus, quam res externæ. l. sancimus. 14. C. de sacros. eccl. & præstat omnibus rebus homo l. iustissimè de ędi tio edict. ff. Et pp quod, vnum quodque tale est, illud magis tale, vt ait Aristoteles. Authẽ. multò magis. C. de sacros. eccl. ubi, quia phibita est alienatiõ rerum monasterii propter monasterium, multo magis, & ipsa monasterii distractio, propter quod rerũ erat prohibitio. At omnes res creatæ sunt propter

homi-

hominem.l.in pecudum.28.de vsur.li.22.ff.tit.1.§.in pecudum.de rerum diuis.apud Iustinia. Per mittitur autem appellare de iniustitia contra personas facta,quæ præstant rebus.

Secunda,†quòd ubi maius est periculũ ibi cautius & diligẽtius est agẽdũ.c.vbi periculũ.de ele.in 6.l.1.§.sed si quis.de Carbonia edict.ff.At in criminalib. maius versatur periculũ,q̃ in ciuilib.Et proinde diligẽtius cã est examinãda,& à pluribus iudicibus inferioribus & superioribus,ut dr̃ in l.addict.6.de Episc.audient. C.l.addictos supplicio.29.de app.C. vbi Archadius & Honorius Cæsares, humanitatis ratione se non negare dicunt alijs pro damnatis prouocationẽ,dicunt,ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem per errorem uel gratiã cognitoris oppressa putatur iustitia.& ut poeta ait:

Tolle crucem, seruo. Meruit quo crimine seruus.

Supplicium? audi,nũquã satis de hominis nece cunctatio longa est.Et satius est,nocentem absolue re,quam innocentem præcipiti iudicio condemnare.l.Absentẽ.5.de pœnis.ff.Cum proniores esse debeamus ad liberandum quã ad obligãdum l.Arrianus.47.de action.& oblig.ff.Et absurdum est,qui in ciuilibus non habet plenam potestatem, habeat in criminalibus,ubi agitur de salutis & existimationis sententia.l.f.de agentib.in reb.lib.12.C.tit.20.

Tertia†vbi est eadem ratio & æquitas, idem ius statuendum est,saltem,si maior fauor non admittatur.c.Cũ dilecti.de confirma.utili uel inutili.l.illud. ad l.Aquil.ff.l.à Titio.de verb.oblig.l.fi.C. ad leg. Falcid.At rationes omnes, quæ suadebant admitti appellationem,de quibus antea dictum est, conueniunt

niunt causis criminalibus perinde ac ciuilibus. Debet igitur & in illis admitti appellatio.

7 Augetur† hoc, ut etiamsi confessus quis sit crimen metu uel tormentorum uel doloris in iudicio: tamen possit appellare condemnatus: nec sola confessio impedit in criminali appellationem, ut notat gl. ad c. Cum speciali. 61. §. Porro. ad uerbum cōfessione. de app. maximè si reuocauerit confessionem, quam censetur reuocare appellando.

8 Quia† legimus quosdam uel metu tormentorũ, falsa sæpe contra se cōfessos, & ut ait Cicero in partitionibus, dolorem fugientes multi in tormentis ementiti persæpe sunt, moriq; maluerũt falsum fatendo, quam inficiando dolere. Sic Vlpia. in l. 1. §. q̄stioni, de quæstion. ff. Quæstioni fidē nō sēper, nec tñ nunq̄ habendā constitut. declarāt. Etenim res est fragilis & periculosa, & quæ ueritatē fallat. Nā plerique patiētia siue duritia tormentorũ, ita tormēta cōtēnũt ut exprimi eis ueritas nō possit. Alii tanta sunt impatiētia, ut quoduis mentiri quàm pati tormēta uelint. Ita fit ut etiam uario modo fateantur: ut non tantum se, uerum etiam alios criminentur. Et in §. si quis ultro. eiusdē l. 1. de questionib. ff. Si quis ultro de maleficio fateatur, non sēper ei fides habēda est. Nonnunquā. n. aut metu, aut qua alia de cā in se confitentur. Et extat Epistola Diuorum fratrum ad Voconium Saxam, quia continetur, liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem de innocentia constitisset, cuius uerba hæc sunt; Prudenter & ratione humanitatis, &c. Quæ uerba summatim relata sunt. libr. 60. ecloga Basilicorum titul. 50. cap. 5. ὁ αὐθαιρέτως ὁμολογή-

κας περὶ ἁμαρτήματος ἑκουσίως οὐ πιστεύεται. πολλάκις γὰρ ἢ φόβῳ ἢ ἑτέρᾳ αἰτίᾳ καθ᾽ ἑαυτοῦ πλάττεται; id eſt, qui vltro de maleficio fatetur, non facile creditur. Nam ſępe uel metu, uel alia de cauſa crimina fingit. Tutum eſt exemplum de Marci Agrij argentarii ſeruo, qui inſimulatus occidiſſe Alexādrum, Caii Fannii ſeruū, eo nomine tortus à domino, admiſiſſe ſe id facinus conſtantiſſimè aſſeuerauit. Et ideo Fannio deditus ſupplicio affectus eſt. Paruulo deinde tempore interiecto, ille, de cuius nece creditum erat, domum rediit, ut ſcribit Valerius Maximus. lib. 8. cap. 4. Et ſunt, qui impatientia doloris, morbi, uel luctus, ma nus ſibi inferunt. l. ſi quis aliquid 38. §. fin. de pœnis ff. uel tædio uitæ. l. 3. §. ſi quis autem de bonis eorum, qui ante ſentent. mort. ſibi conſciuerunt. ff. lib. 48. tit. 21. l. Liberorum autem. 11. §. non ſolent. de his, qui notantur infam. lib. 3. ff. tit. 2. l. eius mili tis. 34. de milit. teſtam. ff. lib. 1. §. 23. ad Senatuſc. Syllan. l. omne delictum. 6. §. Qui ſe vulnerauerit, de re militar. lib. 49. ff. tit. 16.

Sunt & qui ita parui faciunt uitam, ut ab ea abire etiam ſummopere cupiant, uel ſtultitia, uel furo re, uel opinione futuræ melioris uitæ, & oblatam ut gratiſſimam amplectantur, quemadmodum olym gymnoſophiſtę, Indorum philoſophi in ignē lubentiſſimè & temerè ſe coniiciebant, ſic ut ſcribit Clemens Alexandrinus lib. 4. ſtromat. quemad modum & Proteus dictus Peregrinus ſub Marco imperatore ſe in ignem in oculis Græciæ coniecit, teſte Philoſtrato in uitis Sophiſtarum in Herode, Tædio uitæ ſibi conſciuit mortē Domitius Maſſiliē ſis, ut Plinius lib. 7. hiſt. natural. c. 53. auctor eſt. Faſtidium

stidium uitæ uocat Seneca uidenda quę diximus de iis, qui se occidunt, & pœnâ eorum, li. 36. synt. c. 22.

9 Hinc † factum etiam, ut non obstante consensu damnati uolentis acquiescere sententiæ supplicii & mortis, liceat cuilibet pro eo etiam inuito appellare: quia non auditur perire uolens, l. non tantum de appel. ff. l. addict. c. de appell. l. addict. de Episcop. audient.

10 Item † 2. quod intersit hominis hominem affici beneficio. l. seruus ea l. 7, & de seruis exportant. lib. 18. ff. tit. 7. propter omnium hominum communem cognationem. l. 3. de iust. & iure. Et proximus ideo quilibet alteri dicitur qui bene facit ei, & quem tanquam nos ipsos debemus diligere, Lucæ. c. 10. Estq; expungenda sententia Hostiensis & additio ad Hostiensem in summa, titulo de appel. §. ad uerba, quis possit appellare. dum aiunt, pro reo quidē appellari posse, dummodo is postea ratum habeat. Nam iura citata etiam pro inuito appellationem admittendam statuunt. posset tamen illa sententia recipi, ratione expensarum in appellationem factarum, ut non teneatur pro illis inuito factis, nisi ratam appellationem habeat.

11 3. † quod nemo est dominus membrorū suorum, ut illa possit morti sponte ex arbitrio exponere. l. Liber homo 13. ad. l. Aquiliam. ff. Concessa enim sunt membra corpori, ut illis anima utatur, non ut abutatur.

12 Potest † itaq; appellans pro reo prosequi appellationem, ut ait Guido. Pap. tra. de app. n. 84. qu. 120. post Imolam ad d. l. non tantum. quanuis repugnēt. Innocentius & Bal. ad l. addictos. de Epis. & Cler.

Exten-

Extendit † aũt suam snĩam Guido Papæus, siue 13 reus sit condemnatus ad mortem, siue ad membri abscissionem. quia abscissio membri æquiparetur morti, eo, quod saltem illud membrũ moriatur, ut not.ad l.2.de offic.eius qui uicem alterius gerit.ca. facit. §.ad hæc prohibemus.c.20.de collatoribus,in Nouell. 128. Idipsum ẽt ait de Ang. de Perus. ad d. l.non tantum,de app.Item,si quis fuerit condemnatus ad mortem ciuilem,puta in exilium,nisi soluerit centum intrà mensem,poterit alius pro eo soluere, quanquam fuerit protestatus, nolle se quenquã pro se soluere.Bal.ad l.fi.C.de negot.gest.Bart.ad l.Stichum.de pecul.legat.Guido Pap.prædicto loco.

Et † appellatio etiam hæc pro alio intra decen- 14 nium interponi debet,c.non solent.2.q.6.l.1.de appell.recip. Tradit additio ad summam Hostiẽsis.de appell.§.3.litera.c.

Cap. VIII.

Casus,in quibus in criminalibus non admittitur appellatio.

SVMMARIA.

1. *In criminalibus in quibusdam casibus etiam iure ciuili prouocatio denegatur, vt primo, si crimen atrox non patiatur dilationem executionis metu scandali.*
2. *Necessitas,exemplum scandalum, suadent non differendam executionem.*
3. *Item, si damnatus sit confessus & conuictus,nisi reuocata sit confessio.*
4. *In Germania appellatio ex consuetudine in criminalibus denegatur.*
5. *In Lotharingia in plerisque etiam locis, & alibi.*

K 6.*Quan-*

6 Quando autem recepta sunt statuta, ne liceat appellare in criminalibus, discutitur.

1 SVNT † casus tamē excepti in iure ciuili, in quibus prouocatio denegat in causa criminali. Sic Vlp. in l. si quis filio exheredato. 6. §. quid tamen. de iniusto. rup. irrit. test. li. 28. ti. 3. affert quædam, quæ repudiant appellationem. Appellatione, inquit, interiecta, quamuis eam præses non receperit, sed Imperatori scribendo pœna remoratus sit, damnatū interim suū statū retinere, nec testamentū eius irritū fieri, quia pœna sustinenda est, donec Princeps rescripserit ad libellum; nisi forte latro manifestus, uel seditio prærupta, factione cruenta, quam mox præses literis excusabit, morām non recipiant, non pœne festinandæ, sed præueniendi periculi causa. Tunc enim punire permittitur, deinde scribere. Et Modestinus in l. Constitutiones. 16. de appe. ff. Constitutiones inquit, quæ de recipiendis appellationibus loquuntur, uel non, ut nihil noui fiat locum non habent in reorum persona, quos statim damnatos puniri publice interest, ut sunt insignes latrones, uel seditionis concitatores, uel duces factionum. Ita Agesilaus, cum conspirationem aduersus rempublicam. Lacedæmoniorum oram noctu comperisset: leges Lycurgi continuo abrogauit, quæ de indemnatis supplicium sumi uetebant: comprehensis autem & interfectis sontibus, easdem e uestigio restituit, atque utrumque prouidit, ne salutaris animaduersio uel iniusta esset, uel iure impediretur. Atque ut semper esse possent, aliquando non fuerunt. Plutarchus in apophth. Valerius Ma-

ximus.lib.7.cap.2. Sic quamuis à consulibus prouocatio esset, l. 2. §. post originem. de origine iuris. ff. tamen Cicero ex decreto Senatus Lentulum & alios coniurationis affines per triumuiros interfecit, ut Author Salustius. Et multos alios perniciosos ciues ipsi prouocationi non cedentes, supplicio affecerunt. Quod tunc fieri solebat, cum Senatusconsulta in hanc formam facta erant. Videant Consules, ne quid Respublica detrimenti capiat. Cicero in prima Catilinaria.

Iubet † necessitas, exemplum uel scandalum plerumque non differri executionem. ut in leg. Prouinciarum. 10. C. de feriis. lib. 3. tit. 12. l. cum reis. C. de pœnis, quando periculum est in mora. l. final. de appellationib. recipiend. Et Cæsares Constantius & Constans in l. 2. quorum appellat. non recip. libr. 7. C. tit. 65. 2

Obseruandum est, inquiunt, ne quis homicidarum, veneficorum, adulterorum, item, eorum, qui manifestè uiolentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, uoce etiam propria vitium scelusque confessus non audiatur appellans: Quod & verum esse vult in aliis criminib. Imola. ad l. n. §. Iussus. n. 8. de appellat. ff. Azo etiam, quem refert Speculat. lib. 2. partic. 3. titul. de appell. §. 2. nu. 2. nempe vt, si reus confessus vel conuictus de crimine condemnetur, non audiatur appellans, nec suspendatur executio sententiæ. Et ita quoque de cõsuetudine seruari testatur Bart. ad l. qui ultimo. in fi. verbis de pœn. ff. Si confessus & nõ conuictus est, & nõ reuocauit confessionem, non aliter; ut notat glo. ad c. 3. §. sin autem appellatio. in 6. Ibi tamen uidetur

tur admittere appellationem in illis casibus, si bene inspiciatur textus, dum ait, posse iudicem, postquã appellatum est in casibus quibus appellare prohibitum est, ut in confesso & manifesto, inhibere Iudicẽ a quo, ne exequatur sententiam, ubi cognoscere cæperit, uum sit admittenda appellatio.

3 Similiter † in notorio crimine notorietate rei, quẽadmodum in confesso uel conuicto prohibetur, appellatio, ut in c.Cum sit Romana.5.§.fi.de app.condẽnatus, ut raptor, solet in iudiciis appellãs audiri, nisi forte manifestus raptor aut fornicator existat: sicut ille, quem absentem & irrequisitũ Apostolus excõmunicauit.1.ad Corinth.5.& in c.peruenit.13.eo.tit.de appel. Conuentus sup commissa iniuria in Clericũ, uel de adulterio, appellare põt: nisi crimen sit publicũ aut notorium.quemadmodum in c.consuluit.14.eo.tit.si sit notorium aut manifestum, aliquos uxorẽ alterius detinere, aut iniecisse manus in aliquem Clericum, & appellauerint, dicitur non esse appellationi ullatenus deferendum. Admonetur tamen, ne dubia pro notoriis accipiantur. Notoriũ porrò tribus modis dicitur; si constet per sententiam, aut per confessionem factam in iure, aut euidentia rei, quæ aliqua tergiuersatione cælati non possit.c.fi.de cohabitat.Cleric.& mulier.li.3.titu.1. Sed num hæc tria cõcurrere debeant, ut quis nõ appellet, uide Speculatorem li.2.partic.3.tit. de app. §.2.n.2.qui relegat uidendum.c.Romana.§.fin autem.de app.in 6.& c.cum speciali.§.porro.eod. tit. app.ult. Et Barto.dicit, quod, ex quo quis in iudicio legitimo confessus est, non potest appellare, nisi prius probauerit se per errorem cõfessum fuisse, ut

notatur in d. §. Sin autem glo. 3. & ad d. §. Porro gl. 1. Ratio uidetur, quod nimium indignum sit, iuxta legitimas sanctiones, ut quod quisque voce sua protestatus est, in eundem casum ualeat proprio testimonio infirmare. cap. per tuas. 10. de probation. lib. 2. ti. 19. l. generaliter. C. de non numerata pec. uidelicet si sponte confessus, & nisi aliud turbatum consensum ostendat, per ea, quæ notantur à glossa magna. ad l. vni. C. de confes.

Raptori etiam manifesto denegari fori præscriptionem, & post condemnationem, appellationem, sancit Iustinianus. in l. unica. de raptu virgin. lib. 9. C. titu. 13. Ex lege etiam Constantiana, quæ extat in Codice Theodosiano. in l. 1. de raptu virg. lib. 9. tit. 24.

Ex † inueterata per Germaniam consuetudine receptum, in causis criminalibus illicitas esse appellationes: quam & comprobat ordinatio Cameræ Imperialis parte 2. tit. 28. §. Item nach dem auch. Mynsinger. lib. 4. obseruationum, obseruat. 41. Quæ non procedit in multis; quæ tamen non successerunt in locum pœnæ corporalis, ex commutatione forsan per gratiam facta. Ad Cameram nanque posse ex illis appellari, quando summa excedit quinquaginta florenos tradit & idem obseruat. 42. ex eadem constitutione Cameræ, licere appellare a criminali nihilominus, si q̃s vult dicere de nullitate snīæ; quia fuerit dãnatus non citatus uel indefensus, vel aliàs fuit contra naturalem æquitatem aduersus eũdem processum, uel iudicatum. Idipsum & permitti accusatori, si reum dicat absolutum nulliter: si immineat ex absolutione eius pœna talionis, non aliter. 4

5 In † Lotharingia, quæ est Germaniæ uicina in multis locis quoque non fit appellatio, etiam à diffiniti ua sententia criminali, alicubi tamen cōtra. Non recipitur quoque in ducatu Mediolanēsi, ut ait Iulius Clarius in 5. lib. sentent. iuris. §. fin. in practica criminali, q. 94. num. 3. Neque in consilio Flandriæ, ut ait Iodocus in practica c. 149. nu. 2. Atque hæc statuta seruari refert Albericus in 4. parte statutorū. q. 53. nu. 4. Sunt istæ consuetudines innixæ quibusdam rationibus; uerum quantum indicare ualeo, melior, & humanior uidetur mihi illa, quæ admittit appellationes in criminalibus ex superius adductis rationibus. Atque in regno Galliæ, homicidarum, veneficorum, adulterorum, maleficorū, & eorum, qui violentiam commiserunt conuictorum confessorum, in omnibus criminibus admittuntur appellationes, etiam hæresis, maiestatis, falsæ monetæ, dummodo non fuerint condemnati à supremis iudicibus, à quibus non licet appellare. Rebuffus in tractatu de appellat. artic. 7. gloss. 1. nu. 11. in 3. tomo. commentariorum ad constitutiones regias.

6 Neque † puto indifferenter admittendam sententiam Alberici, dum tradit prædicto loco, statuta huiusmodi, ne liceat appellare in criminalibus, seruari debere. Sed distinguendum à quibus condantur hæc statuta. Nam si condantur à populo uel principe libero, qui non habent superiorem, ualebunt: sicut si statuant, ne liceat appellare in aliquibus, in aliis liceat. At si habeant condentes superiorem, ad quem deuoluēda esset appellatio, non possunt in eius præiudicium statuere, ne prouocetur; etiamsi iurent se illud seruaturos, nisi approbe-

tur

tur à superiori: cum etiam semper in iuramento censeatur excepta potestas, & autoritas superiorum.c.Venientes, 19.de iureiurand.lib.2.titul.24. Cumq; regulariter ualeat statutum contra ius commune superiorem.ca.quæ in Ecclesiarũ.de constitucionibus.

Hoc ideo dico, quod sint plures, nobiles, qui se subducẽtes à iure superioris, ne maneat vestigium subiectionis, curant uel vi, vel statuto, ne quis ex sua iurisdictione possit ad superiorem prouocare: cum tamen iurisdictionem possideant vasaliticam, & ita contra directum dominum illam iure superio ritatis nequeant præscribere: ut neque alia iura superioritatis.in l.cõpetit.16.de præscript.30.vel 40. ann.C.li.7.ti.29.Valeret tamen statutum aut cõsuetudo; ne liceat ab interlocutoris appellare, nisi pro ut ius ciuile disponit.de quo p Doctores.in cap.Venientes.de iureiur. Ioann. Andrea.ad ca. fi.de appellat.in 6.Bartol.& Baldus.ad l.1.§.quibus.C. de nouo.C.facienda.

Cap. IX.

De prohibita appellatione in causa fiscali.

SVMMARIA.

1 *In causa fiscali, & tributorum negatur.iure ciuili appellatio.*

2 *Idem dicitur in condemnatione damnorum. Sed id Gallia in utriusq; admittit.*

SEPTIMVS † casus prohibitæ appellationis iure ciuili in causa fiscali, uel tributoriæ functio- 1

nis:cuius debitor euidẽs,& coniunctus,à cõdemnatione soluendi non potest appellare.l. abstinẽdum.4.& l.fi.quorum appellat.non recipiant.C.Si tñ manifeste debiti non sit conuictus, appellare poterit. Et ita intelligenda est.l.quia nonnulli.18.C.de appel.quæ alioquin,nisi de hoc conuicto,& cõdemnato accipiantur,pugnat ex diametro cõtra dictã l.abstinendum,& contra ca.quoties fiscalis.2.q.6.

2 Hinc† & colligit Baldus,à sententia lata super decimis nõ posse appellari,quia æquiparãtur decimæ iuribus fiscalibus.Baldum sequitur Lanfrancus de Orinno,ad c.quoniã cõtra de probationib.. Vide Ioannẽ Saxonem ad titulũ *des droicts de basse iustice*. art.19.in cõsuetudinib.Turoinæ.Specu.ti.de appe. §.2.nu. 5.Tributa animarum sunt decimæ,ideo ad illarum solutionem damnatus,non appellat.c.decimæ.66.& ibi glo.ad uerbum(tributa)in fine.16.q.1.facit expresse text.c.Tua nobis.26.in fine de decimis.li.3.ti.30.ibi,mandamus quatenus omnes, q ratione personarum aut etiam prędiorum decimas ecclesiis & clericis tuæ diœcesis exhibere tenẽtur ad eas cũ integritate reddẽdas appellatione remota cõpellas. In Gallia tamen admittitur appellatio sicut in alijs.Rebuffus tractat.de appellat.art.7.gl.1.n.14.tomo.3.commentariorum in constitutiones regia,& in tractat.de decimis.quæst.fin.

CAP. X.

De appellatione à correctione legitima.

SVMMARIA.

1 *A correctione legitima non appellatur.nisi excedat modus.Prima ratio,quia non patrocinatur appellatio malitiæ.*

2 Neque

2 *Neq; à correctione officialis delinquentis in officio appellatur. In Gallia contra.*
3 *Appellatio non est præsidium iniquitatis.*
4 *Quia, & correctio nihil aliud est quã executio regulæ monasticæ.*
5 *Itẽ, quia correctio fit siue forma iudicij. Et ibi de censura.*
6 *Distinctio tamen adhibita à Speculatore de regulari & seculari correcto.*
7 *In Gallia ecclesiastici à correctione ad senatum appellant, tanquam abusu: sed non differtur ideo correctio.*
8 *Quando modus correctionis exceditur appellatur.*
9 *Modi quidam excedendi per prælatum in uisitatione, & correctione traduntur.*
10 *Correctio seruorum, filiorum, subditorum libera quidem, sed debet esse moderata.*
11 *Illos imitari debent prælati in correctione subditorum.*

OCTAVO † nõ appellatur à correctione legitima, nisi modus excedat. ca. ad nostra. 3. de appellationib. vbi datur prima ratio, q̃a, inquit Alex. tertius summus Põtifex. remediũ appellationis inuentum non est, vt alicui a religionis, & ordinis obseruantia exorbitanti debet in sua nequitia patrocinari. Ideo mandamus Abbati S. Petri, ut corrigat iuxta regulam, & institutionem ordinis, non obstãte appellatione, sibi subditos: ut in c. reprehẽsibilis 26. eod. ti. statuitur, ne prælati, nisi canonica monitione præmissa, suspensionis uel excommunicationis sentẽtiam proferant in subditos, nisi culpa talis sit, quæ ipso suo genere suspensionis uel excommunicationis

nicationis sententiam inducat. Et ne subiecti cõtra disciplinam ecclesiasticam in uocem appellationis prorumpãt, maximè in religiosis, qui pro aliquo excessu fuerint corrigendi, à capituli sui uel prelati disciplina. Atque in ca. licet. 12. de offic. ordinari, libr. 1. titu. 31 licet in corrigendis excessibus iuxta canonicas sanctiones appellationis sit, diffugium interclusum, &c. In sessione 13. Concilij Tridentini, cap. 1. de reformatione, decretum etiam in causis visitationis, & correctionis, siue habilitatis, siue inhabilitatis, nec non criminalibus, ab Episcopo seu illius uicario generali, ante diffinitiuam sententiam ab interlocutoria uel alio quocũque grauamine, ne appelletur neue Episcopus seu eius vicarius, appellationi huiusmodi, tanquam friuolæ deferre teneatur: sed ea ac quacunque inhibitione (hoc nouum) ab appellationis Iudice emanata, nec non omni stylo, & consuetudine etiam immemorabili, contraria non obstante, ad vlteriora valeat procedere: nisi grauamen huiusmodi per sententiam diffinitiuam reparari non possit. Et in sessione. 22. cap. 1. de reformatio. reijcitur etiam appellatio à morum correctione, nempe vt eam non suspendat.

2 Sic † non admittitur appellatio officialis, si à suo Iudice ob malè gestum officium fuerit condemnatus. l. Multi officialium. 3. quorum appellationes nõ recip. D. Quod tamen in Gallia nõ seruatur Rebuf. in tractatu de appel. artic. 7. nu. 13.

3 Secunda † ratio, quia appellatio non debet esse præsidium iniquitatis sed inocentiæ, & iustitiæ, ca. Cum speciali. §. porro de appell.

4 Tertia, † quia correctio nihil aliud, est quam executio

cutio regulæ monasticæ,& ab executore, nisi excedat, non licet appellari.l.ab executore. quorum appellat.nõ recip.C.l.ab executione.de appel.c.quod ad consultationem,de sent.& re iud.c.Nouit. de appel.can.ei qui sunt quorum.2.q.6. Vnde etiam non admittitur recusatio contra corrigentem.cap. Cum speciali.in fine.de appellationibus.

Poterit† esse pro quarta rõne, quod correctio fiat 5 sine forma iudicii, pęnitentiæ instar; ut neque illa castigatio pœnam publicã habeat. Exemplo censuræ romanorum, quæ sine prouocatione irrogabatur à Censoribus,& sine infamia, nec impediebat ascensum ad Magistratus, ut ait Cicero pro Cluētio. Scribit Liuius li.9.decad.3.in fi. ex consensu patrum discussam fuisse cõtentionẽ inter tribunos & Cẽsores & statutum; ne posthac populari auræ cẽsura subiecta esset, sicq; ꝓuocationi ad populũ a cẽsorib. locũ nõ esse. Tanta.n.erat illorũ potestas, ut sine cuiusq̃ metu, reprehendenda reformarent & castigarẽt cẽsoria nota: vt narrat latius Plutar.in vita Pauli Aemilii,& Dio.Cassius lib.53.Gellius.li.7.c.18.& nos plura de eorum potestate & officio lib.47.syntag.c.16.

Explicat† porro Speculator in tit.de app. §.2.nu. 6 14.cũ distinctione prædictum octauum casum. Aut, inquit, persona, quæ appellat a correctione uel disciplina, est regularis:& tunc nõ ualet appellatio.dicto c.ad nostram.& c.reprehensibilis,de appellationibus.cum similibus. Quia ab executione regulæ non potest regularis appellare.c.quia nos.32.de appellationib. quia ei spõte se submisit, nec põt postcà resilire, per l.Sed etsi susceperit. de iudic.ff. Aut est secularis, & tunc tenet appellatio.capit. Peruenit.

nit.28.in 2.de appell. facit & c. licet in corrigẽdis 12.de offi.iudic.ord.Et reprobatur sententia Innocentii ad d.c.ad nostram.cum diceret, quod pertinet ad hoc,nihil interesse inter secularem & regularem personam:sicut & reprehendit eundẽ Hostiensis,& Iohannes Andreas ad dictum c.ad nostrã.Forsan intelligi posset sententia Innocentii de clericis secularibus, visitationis tpe ab Episcopo correctis, sine forma iudicii cõtẽtiosii summarie & de plano, vt nõ esset locus appellationi,nisi in causa excessus.

7 In † Gallia, si presbyteri vel alij viri Ecclesiastici,appellauerint,tanquam ab abusu ad Parlamentũ seu senatum,ratione disciplinæ & correctionis, potest,non obstante appellatione,iudex ecclesiasticus corrigere suum subditũ: & postea is appellans persequetur appellationem suam, si uelit;vt est in titulo *des appellations comme d'abus* in constitutionibus Galliæ, & ibi Rebuffus ar.1.& in tract. de appellationibus.art.7.glo.1.nu.258.

8 Adfertur † tamen exceptio, ut liceat appellare à correctione, si modus excedatur in corrigendo.ca. de priori.31.de appel.c. super quæstionũ.27.§.Nos autem,de offic.delegati.lib. 1. tit.29. Quia non est deneganda defensio ẽt excommunicato,nec etiam appellatio, si grauetur. c.cũ inter priorẽ.5. de exception.lib.2.tit.25.Adhibenda in peccatorum emendatione discretio, ut oleum cum uino misceat profouendis vulneribus.ut Luc.10.uers.34.habetur.De modo visitandi & corrigendi vide conc. Trid.sess. 13.de reform.c.1.Et modum uerborum in subiectis emendandis iubet seruare prælatos cap.Beatus Petrus.45.distinct. Atque prælatos, qui modum ex-

cesse-

cesserint, exilii & excõmunicationis sentẽtiæ subiicit. Inferam ex concilio generali in c.7. sub Innocentio III. hac de re sanctionẽ prælatis obseruãdã, relatã in c. Irrefragabili. 13. de offic. ordin. li. 1. tit. 31. Irrefragabili cõstitutione sãcimus, ut Ecclesiarũ prælati ad corrigendos subditorũ excessus, maximè clericorũ, & reformãdos mores, prudẽter ac diligẽter ĩtẽdãt, ne sãguis eorũ de suis manibus requiratur. Vt autem correctionis & reformationis officium libere ualeant exercere, decernimus, ut executionẽ ipsorum nulla consuetudo uel appellatio ualeat impedire, nisi formam excesserint in talibus obseruandam. Excessus autem canonicorum catedralis Ecclesiæ, qui consueuerũt corrigi per capitulum, per ipsum in illis Ecclesiis (quæ talem hactenus consuetudinem habuerunt) ad commonitionem uel iussionem Episcopi corrigantur infra terminum competẽtẽm, ab eo præfigendum, alioquin ex tunc Episcopus Deum habens præ oculis, ipsos, vt animarũ cura requirit, per censuram Ecclesiam corrigere non postponat:

Cum excedit, appellatio etiã ab executore recipitur. in c. super quæstionum. 28. de offi. delegati. li. 1. ti. 29. ut dicemus, Deo iuuante, postea latius.

Veluti si excederet prælatus in uisitatione & correctione, si uellet inquirere contra clericum nulla diffamatione præcedente, ut notat gl. ad c. licet. 21. ad verbum appellare. de offi. ordinar. per c. licet Heli de simon. c. Cũ oporteat. de accus. Sic appellatio licita, si Episcopus uellet corrigere sine cõsilio capituli sui, seu ceterorũ suorũ cis Episcopus nullius causã, 15. q. 7. nisi cõsuetudo sit præscripta, quod in inqui-

quirendis,puniendis & corrigendis consiliū sui capituli non teneat adhibere.in cap.3.de cōsuetud.in 6.Quomodo autem præscribatur,uide gloss. ad ca. fi.de consuetud.apud Gregor.quod tamen in monachis contrarium,qui in omnibus omnes Abbati debent obedire.c.Cum ad monasterium.de stat.monachorum.Tota enim potestas in eo est in Monachos. c.Nullam.18.q.2.Episcopus tamen ordinarius supplet negligentiam Abbatis.c.quantæ.de offic. ord. vt & capituli.d.c.Irrefragabilib.eod.tit.

10 Sic† emendatio seruorum libera Dominis relinquitur,nisi immoderatè suo iure utantur. l.1.de emendat.seruorū,li.9.C.tit.14.Nec ullis hominibus qui sub Imperio Romano sūt, licet supra modū & finē,cā legibus cognita in seruos suos sæuire.Et Antonini Imperatoris cōstitutione maior asperitas vel nimia dominorū punit.l.1.& 2.de his q̃ sūt sui uel alien.iur.ff.§.fi.eo.tit.apud Iust.Atq; in l.vnic.de emend.propinquorū li.9.c.tit.15.ꝓpinquis q̃dē dat potestas corrigēdi ꝓpinquos sāguine,uocaturq; illa correctio medicina;verū,inquiūt ibidē Cæsares, nos in puniēdis eorū vitiis potestatē in immēsū extēdi nolumus,sed ut iure patrio authoritas propinqui corrigat erratū,& priuata animaduersione cōpescat.Quod si atrocitas facti ius emēdationis excedat,placet dari delicti enormis reos iudiciū notioni.Paterna nāq; correctio in pietate magis q̃ in atrocitate cōsistit.l.Diuus.ad l. Pōpeiā de parric. ff. Itaq; cū tēperamēto ꝑmittitur leuiorū criminū castigatio,ut furtorum domesticorum,ut filiorū. mercenariorum & seruorum,dominis & partib. in l.respōdendū.11.§.furta domestica.de pæ. ff.Et Magistro ca-

stro castigatio, discipuli sine nimia sæuitia, quæ culpæ annumeratur, l. sed etsi quemcunque 5. §. fin. & l. præceptoris. 6. ad l. Aquiliam. li. 9. ff. tit. 2.

1 Sunt † prælati subditis loco dominorum, parentum & præceptorum. Vnde eodem temperamento uti debent in castigandis excessibus subditorũ, quo prædicti nũc, in seruos saltem, uel in filios potius & propinquos utuntur. Non enim debent esse tanquam dominantes in clero. 1. D. Petri cap. 5. uers. 3. Episcopi se esse sacerdotes nouerint & patres animę nõ dominos, honorent clericos tanquã clericos ut ipsi tanquam Episcopi clericis honorentur, ut ait Diuus Hieronimus ad Nepotianũ epis. 2. & in c. esto subiectus. 95. dist. Tamẽ nõ possunt clerici subditi negare, eum esse suum dominũ, ut talis dicitur in grauam. r 5. de excessibus prælatorum, li. 5. ti. 37. & c. Cum clerici de uer. signific. non ratione herilis imperii, sed ratione prælationis & iurisdictionis. Et multum longe a pietate paterna uidetur, si præpositi subditis suis graues existant, quos in cunctis necessitatibus debent pastoris more fouere, cap. Cum Apostolus. 6. §. Prohibemus. de censibus li. 3. ti. 39.

Cap. XI.

De appellatione ab executione.

SVMMARIA.

1 *Ab executione regulariter non appellatur.*

2 *Maxime si fiat a mero executore. Et quis sit merus aut mixtus executor.*

3 *Nisi non constet de potestate exequendi, & si excedat.*

4 *Non*

4 Non appellatur a nuda executione: quia habetur ibi tantum nudum ministeriũ, ut olim de crimine cognoscente.

5 Nisi Iudicis cognoscerent de crimine extraordinarie.

6 Exceptio prior, ut liceat appellare ab executione, si in ea excedatur, neque seruentur fines mandati.

7 Quia & in eo casu licet exequenti resistere, ut agẽti extra iurisdictionem.

8 Debet autem in appellatione exprimi causa, in qua excedatur.

9 Quibus modis executor excedere dicatur.

10 In quando dicatur usurpare partes iudicis.

11 Non potest merus executor interpretari sententiam quam exequitur.

12 Impugnatur executio per omissionem modi vel formulæ exequendi, uel ordinis non seruati.

13 Vel si fiat intra tempus datum ad satisfaciendum condemnato.

14 Appellatur ab executore, si causas iustas propositas recusationis non admittat, ut si ei obiiciatur excommunicatio.

15 Incapax quippe excõmunicatus est actuum iudicialium.

16 Cum etiam exceptio excommunicationis possit opponi in omni parte iudicii.

17 Et excommunicatus mortuo comparatur.

18 Proponitur & exceptio nouationis sententia exequẽdæ, qua non admissa appellatur.

19 Vel si notoria nullitas eidem sententia opponatur, & non admittatur, appellari poterit.

20 Veluti etiam si fiat non uocata uel citata parte.

Aut

21 *Aut si uenditionis pignoris legitima exceptio non admissa obiiciuntur.*

NOnus casus ꝓhibitæ appellationis est in exe cutione, quando sententiæ quis merus est exe cutor cõstitutus. Ab executione. inquit lex, appellari nõ posse, satis & iure & cõstitutionib. cautum est nisi forte executor modũ iudicationis excedat. l. ab executione 5. quorum app. non recipiãt. C. & iterũ in ab executore, hoc tit. de appell. ff. Ab executore sententiæ prouocare non licet, sed ab eo, qui male sententiam interpretari dicitur, appellari potest, si modo is interpretandi potestatem habuit; ueluti præses prouinciæ, uel procurator Cæsaris. Et quæritur tunc, an iure interpretatus sit. Iure etiam pontificio ab executore, nisi excesserit. inhibita est appellatio. c. super quæstionum. 27. de off. & potestate del. l. 1. ti. 29. c. quod ad consulationem. 15. de sent. & re iud. li. 2. tit. 27. c. Nouit. 43. de appellationib. c. ei qui. §. sunt quorum. 2. q. 6.

Quod maxime obtinet in mero executore, q non potest audire partes, & cognoscere, ut notatur in c. super. & c. pastoralis. de offi. del. in extrauag. Et proinde qui sunt in ea executione, habentur pro priuatis personis, a quibus non appellatur, ut senatus cẽsuit Parisiensis. tit. 19. & 28. Septemb. 1531. in comitiis iuridicis Pictauiensib. Refert Papus li. 19. rapsodia arrestor arrest. 4. ti. 1. nisi si excesserint suũ mãdatũ seu cõmissionẽ exequendo, q à in quo quis excedit, desinit esse executor, & ab eo appellari potest, si non excedat, & quis grauetur, hoc ab illo non procedit, sed a suo mandato, à quo appellandum est, si

talis sit delegans, à quo appellari possit. In eo autē qui cū executionis potestate habet facultatē cognoscendi, facilius appellatur. Merus executor is tantū dicitur qui exequitur simpliciter iudicis sniam, inter partes audita omni & discussa lite prolatā, & rei iudicatæ tātū uigorē ad effectū uidetur producere. executionē de executio. rei iudicatæ. lib. 7. C. ti. 53. Non enim debet de iudicio Prætoris seu iudicis cognoscere. l. si prætor. 75. de iudic. ff. Nullā quippe habet cognitionē, sed tātum meram executionem; in ca. Pastoralis. 28. §. quia uero. de offi. delegat. Et ita merus executor solet progredi ad executionē, non obstantibus seu oppositionibus & appellationibus quibuscunque, & sine præiudicio illarum (cum non habeat cognitionem) & ideo non suspendit suā executionem: cū tamen mixtus executor plerūque suspendat, quādo cum executione sententiæ alterius habet quoque annexā cognitionem potestate sibi concessa; ueluti, quando Iudex ordinarius mandat alicui rem eius restitui, uel si summus pōtifex mandat cuipiam dari beneficium, & dat super eo negotio executorem, coram quo proponuntur exceptiones, & appellatur ab ipso, quantūcunque summus Pontifex scribat absolute, ut in c. ex parte 12. de offic. del. li. 1. ti. 39. S. quis primus impetrauit literas ad primā dignitatē uacaturā in aliqua Ecclesia consequendam, & alius alias secundas ad eundem effectum, super eadem Ecclesia, executor priorum literarum cognoscit de nullitate secundarum. Et in capi. si quando. 5. de rescrip. is ad quem dirigitur rescriptum, & ita eius executor potest suspēdere executionem, si quid iuste illum moueat, quare exequi nolit,

nolit.de quo scribere potest summus Pontifex.Facit.& c.Cum adeo.eo.tit.de rescript:

Dicitur† & in dec.Rotæ 346.incip.si appelletur, 3 in nouis, appellari ab executore, si prætendatur de potestate executoris non constitisse, nec constare, Ad de l.vnic.C.de mandatis principum.libro 1.titul.15.Debet enim primum constare de mandato in scriptis, nempe de potestate, cuius defectu nullus est maior.uel quod modũ exequẽdi excessit;uel quod sententia fuerit per falsa instrumenta lata, & petatur committi alicui causa appellationis,& inhibitionem interim fieri , ne ad ulteriora executor procedat. Verum non esse inhibitionem concedendam, nisi de præmissis in appellatione expressis, aliquo modo constet, primo,quia ab executore regulariter appellari nequit, nisi modum (ut dictum est) exceda;quem tamen non intelligitur excedere, nisi doceatur.capitul.Nouit.13.de iudicat. capitul.quod ad consultationem,de re iudic. Tum quia huiusmodi appellatio habetur extraiudicia li,quæ uerificari debet,antequam inhibeatur iudici à quo appellatur.capitul.Interposita.70. de appellationib.c.1.non tolum.eod.tit.in 6.Tum etiam, quia sola oppositio falsitatis,non impedit interim executionem sententiæ.Clem.ut calumniis, de sent.& re iud.iu Clem.I.latis apertè.C.ad l. Corn. de fals.

Ratio† inhibitionis appellationis à nuda & simplici executione, est, quod ipsa sit facti,continens 4 tantum ministerium nudum eius,quod sine prouocatione iudicatum fuit, et qui approbauit antecedens , nempe sententiam ; acquiescere uidetur

consequentiæ, empe executioni, ut in l. ad rem mobilem 56. & l. ad legitimum. 62. de procur. lib. 3. ff. tit. 3. Facit & illud, ad legem Aquiliam. ff. Accessorium sequitur naturam principalis. l. Cum principalis. de regul. iur. ff. l. accessorium. eod. titu. lib 6. Item uerba condemnationis non nude sed cum effectu sunt intelligenda. cap. relatum. de clericis non residentib. quemadmodum alioqui, quando alicui quippiam conceditur, & concess. uidentur esse omnia, sine quibus concesso uti nequit. l. fi. de offic. eius, cui mã data est iurisd. ff. l. 2. de iurisd. omnium iud. ff. Et quẽ admodum, quando in pœnam à lege, à qua non potest appellari, impositã, declarat per iudicis sententiã aliquem incidisse, nõ potest à pœna appellari: l. si qua pœna. 244. de verb. signific. ff. Appellandum enim esset alia de causa; puta, quod reus se innoxiũ dicat, vel, quod ex lege huiusmodi pæna affici non deberet; nam tunc non de executione seu legis iustitia, sed de ius dicentis facto disceptaretur, ut ait Baldus ad l. 1. Ne ex delict. defunct. C. Vbi autẽ quis conuictus damnatus est, pœna debetur ex lege, qua damnatur. Quare etiam olim non exprimebant iudices pœnam damnatorum, sed tantum de facto & crimine pronunciabant, ut in hac formula, Vim fecisti, leg. si præses. 32. de pænis. ff. Quia facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis, pęnæ autem persecutio non eius uoluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur, l. 1. ad senatusconsult. Turpill. ff. Et Magistratus inquit Seneca, declamationum 3. lib. dec. 10. quibus improbos interficiẽdi ius est, lege age, dicunt crudelitatem imperii mitiori uerbo temperantes. Neque Iudex mutare facilè

pœnam poteſt.l.ſeruos.8.ad l.Iuliam de ui publica. C.photius nomocano.9.in fi.& l.aliud fraus eſt.131. §.Inter mulctam.de uerb.ſign.vera ſunt.

Quæ † vera ſunt, quando iudices ordinario iure cognoſcunt de crimine: alioquin ſi extraordinariè cognoſcant: licet illis grauiorem uel leuiorem imponere pœnā delicto.l.Hodie.13. de pœnis in ff. Sic enim dicitur extraordinarium delictum, cui iure certa pœna impoſita non eſt,ſed eius determinatio relinquitur iudici,ut arbitrio boni uiri determinanda,ex uariis periſtaſibus ſeu circumſtantiis,quę uariari & occurrere diuerſo modo poſſunt, ut in l. aut facta.16.de pœnis.ff.l.reſpiciendus. 71. eodem titu.ex parte rerum & perſonarum,ut ex ætate.l.2. & fin.de termino moto.ff.uel ex tempore, ut l.2. de effractoribus. ff. 5

Sunt † tamen quædam exceptiones,quæ admittunt appellationem contra executionem, & executorem rerum; quarum prior ex ſupradictis generaliter colligitur, quando exceſſus in executione fit, per ſupra allegata iura ex cap. ſuper quæſtionum. §.nos autem. & capit. Nouit. de appellationibus l. ab executore.de appellationibus .ff. l. ab executione.quorū appellat.non recipien.C.Diligenter fines mandati cuſtodiendi ſunt. Nam qui exceſſit aliud quid facere uidetur, & ſi ſuſceptum non impleuerit,tenetur,Paulus l.diligenter.5.mandat. libro 17. ff.tit. 1. 6

Sic qui reſtituit hæreditatem aliter, quam mandauit teſtator non uidetur reſtituiſſe. Caius l. ſed etſi ante.10.ad ſenatuſc. Trebellian.libro 37.ff.tit.1. Et qui iurauit in alia forma quam delata ei fuerit,

non censetur iurasse.l.7.§.fin.cum 2.sequent.de iureiurand.libro 12.ff.qui aliter, quam debeat, facit, iam non facit. capit. qui ex timore. 8.de regul.iur. apud Gregor. Et perinde executor, qui non sequitur fines sui mandati in executione, non uidetur exequi, & ideo ab eo quod excedit, non ab executione, censetur licita appellatio. Neque se potest tueri executor mandato executionis, qui egressus mandatum fuerit. Caius in l. potest & ab vna.41. Mandat. ff. Non dicitur factum, quod illegitime factum est, capit. pudenda. 23.quæst. secunda, capit.faciat homo.32.quæst.2.l.quoties. qui satisdar.cog.ff.

7 Et † quanquam non liceat Magistratui repugnare: tamen si excedat in officiando, resisti ei potest impune, l.quemadmodum.§.Magistratus.ad legem Aquil. ff.l.prohibitum. & l. defensionibus. 1. de iure fisci.libro 10.C.glossa.in capit.literis.ad verbum (denũciet) de offi.delegat.& suprà diximus cap.4. numero 15.

Extra iurisdictionem ius dicenti impune non paretur, uel si modum suæ iurisdictionis excedat. l.fi. de iurisd.omn. iud.lib.2. ff.tit.1. Et Iudex ad certã rem datus, si de aliis pronunciauit, nihil egit.l.1.si a non competente iudice iudicatum esse dicatur.li. 7.C.tit.18.Sicuti legatus consulis, cui non est concessa iurisdictio uoluntaria, extra prouinciam Proconsulis nihil agit. l. 2. de offic. Proconsulis.ff. De qua re iudex datus, de ea pronunciare tantum cogitur. l. de qua re. 74. de iudic.lib.5.ff.tit.1. Multo magis executor, qui delegatus tantum est in executione, & limitatam habet potestatem, quæ limi-

limitatum producit effectum argumēt.l.in agris.de acquirend.rerum domin.ff.Quandiu executor agit ea,quæ pertinent ad executionem,non suo nomine sed potestatis publicæ eius,cuius est sententia,& q mandauit executionē,agit.l.3.de offic.eius,cui mā data est iurisdictio.libro 1.ff.titul.21.& alienā iurisdictionem exequitur,quamuis aliunde propriam habeat . Proinde cum excedit,tanquam priuatus agit,ideo sine authoritate,& effectu esse debet,& appellatio tāquā à grauamine extraiudiciali,debet recipi.

8 In hac appellatione ab excessu executionis uel executoris,secundū communē sententiā, debet ex prima causa,ī qua excedit:aliter executor nōcessat ab executione cæpta:maximè si alius tertius quam litigātes,qui cōprehensi sūt in sentētia,appellaret, putans sua interesse,quod pluribus explicat prosequitur Octauianus Vuestrius li.7.in aulæ Romanæ actionem c.3.post Panormitan. ad c.cp consultationem.n.30.& ibidē Felinus nu.20.de appellationib. Notat tamen Vuestrius ubi supra nume.12.In comprehēsis in sententia,cuius fit executio,sufficere,si eorum appellatio ab executione contineat simplex uerbum appello, quia tu excedis, nequa requiri specialem adiectionem, quia tu excedis in hoc uel illo casu & ita receptum esse contra Panormitani, & aliorum quorundam sententiam in curia Romana, quod maxime interest aduocatorum obseruasse, quia si expresse excessus in hac uel illa causa adiiceretur, non impediretur executio, quam in his, in quibus excessum quis appellando notasset. Speculator libro 2. partic. 3. titul. de sen-

tentię excutione.§.Nunc dicendum.numero nono, facit textus in capit. Cum nobis. 19.de electiōn. Vbi,si appellatum fuerit,non quidem ut nulla appellatio fieret,sed si fieret non canonica;si factum canonicæ electionis fuerit sub sequutum non uidetur contra appellationis causam facta electio, sed potius secundum formam. Si uero causa excessus tantum exprimatur in appellatione, tunc ratione incertitudinis suspenditur,executio in totum, donec ex euentu liqueat, in quantum Iudex excesserit.Pro Vuestrio etiam facere uidetur l.appellanti. 13.de appellationibus ff.vbi Vlpianus ait, nihil obesse quod in libellis æqua parte appellaret,nō significaret; nec solere improbare appellationem eorum,qui uel vnam causam appellandi probabilem haberent.

9 Excessisse † dicitur executor, & ita nihil egisse censetur, si partes iudicis sibi uindicauerit, & contra ea,quæ pridem pro partibus fuerunt statuta,pronūciādū putauerit.l.si vt proponis.6.de exec.rei iudic.libr. 7.C. titu.53.Sed & si executor in re mea datus dolum mihi fecerit.dabitur mihi aduersus eum actio negotiorum gestorum.l.3.§.si executor.de negotijs.gestis.libro.3.ff.titu.vt si pignora væneant per apparitores prætoris extra ordinem sententias exequentes, nemo dixit dandam esse in eos actionem de re euicta: sed si dolorem uiliori pretio proiecerit, tunc de dolo datur actio aduersus eos DOMINO rei.l.si pignora.50. de euict.libro.21.ff.titulo.2.Dicimus in praxi, *que l'executeur est prins en partie*, & ita is quoq; potest assignari seu citari, uel intimari in causa appella-

pellationis.

Partes Iudicis uidetur executor temere usurpasse, si cum interpretandi sententiam ius non haberet, tamen interpretatus sit: vel si haberet, malè interpretetur. l.4. de appe. ff. l. ab executione. 8. quorum appellationes nō recipiāt. Regulari iure interpretatio non pertinet, ad executorem, sed ad iudicem, qui pronunciauit. c. Cū olim. 24. c. ex parte. 23 in 3. sic incipiente: De uerbo. signific. Et quāuis. gl. fluctuet. ad d. legē 4. de appellat. ff. nū Iudex possit suam sententiam interpretari: tamen tenenda sentētia quod possit. Et probari uidetur in l. ī prætoriis stipulationib. 6. de prętoris stipulat. li 46. ff. ti. 6. ubi in prætoriis stipulationibus si ambiguus sermo inciderit, prætoris erit interpræatio. Eius enim mens æstimanda est. Et unde processit ius, inde debet interpretatio peti. c. inter alia. 31. §. vt igitur de sētēt. excōmunicationis. li. 5. ti. 39. Et eius dicit esse interpretari leges, cuius est cōdere. l. 1. & fi. C. de legibus l. & ideo. 11. eo. ti. in ff. de legib. Et generaliter in anbiguis orationibus maximè sententia eius spectanda est, qui eas protulisset l. in ambiguis. 97. de reg. iuris. ff. cū similib. ibi citatis. Obseruādum tñ ita demum permitti iudici interpretationem suæ sententiæ, dumodo ea sit sine retrectatione cōstitutorū. Hoc enim potius noua sententia esset quam explicatio, quæ prohibetur iudici: vt exponit Hermogenian. Iurisconf. in l. actorū. 46. de re iudic. ff. Actorū; inquit, uerba emendare, tenore sententiæ perseuerante non est prohibitum. Alioquin Iudex posteaquam sententiam dixit, Iudex esse desinit. Et hoc iure utimur, ut Iudex, qui semel uel pluris uel

minoris

minoris condemnauit, amplius sententiã suam corrigere non possit. Semel enim malè seu benè officio functus est secundum Vlpian. in l. Iudex posteaquã 55. de re iudic. ff. Ita different sẽtẽtiã suam rescindere uel interpretari. Et Paulus Iurisc. respõdit rescindere quidem sententiam suam prætorem non posse: reliqua autem quæ ad consequentiam iam statutorum pertinet, priori tamen sententiæ desunt, circa condemnandum reum uel absoluendum, debere supplere, scilicet eodem die. l. Paulus respõdit 42. de re iud. ff. quod de diffinitiua intelligi par est. l. 1. C. sententiam rescindi non posse: non de interlocutoria, in qua contrarium respondit Celsus in l. ꝙ iussit. 14. de re iudic. ff. & in sententiis variationẽ reiicit, vt & in l. pœna. 15. de pæn. C. li. 9. ti. 47. l. diui fratres. 27. eod. ti. ff. l. 3. de sentẽ. ex breuic. recitãd. Eodem pertinet, quod scribit Suetonius in Iulio Cæsare. c. 14. Iulium Cæsarem tantum metum iniecisse consuli designato, ut eum non piguerit sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire.

11 Facit† rursum ratio, cur executor datus ad exequendam sententiam, non possit eam interpretari; quod non pertineat ad inferiorem uel parem, iudicare de lege uel voluntate superioris uel paris. ca. Cum inferior. de maior. & obediẽt. ideò prouocatio non fit ad inferiorem uel parem, sed semper ad superiorem necessario. l. 1. §. si quis. de appe. ff. Neque par in parem habet imperium seu potestatem cõgendi aut cognoscẽdi. l. nec Magistratus. de recept. arbitr. l. ille à quo. §. tempestiuum. ad Senatuscons. Trebellian. ff.

Potest

Poteſt † etiam executionem impugnari ex capi- 12
te omiſſionis modi exequendi, præſcripti à iure, cõ
ſuetudine uel ſtylo curiæ; ut ſi ea facta ſit non citata
parte aduerſa, ut ſcribit Iaſon ad l.error.nu.5.de iu
ris & facti ignor.C. Si etiam non ſeruet ordinẽ exe-
cutor, præſcriptum à iure in l.à diuo Pio.15.§.in uẽ-
ditione.de re iud.ff.l.1.de prætor.pignor. C.appel-
lari poteſt. Quod ſi non appelletur, eſt cõis ſenten-
tia, tenere executionem, nec dici nullam, ſecundũ
Bartolum & alios citatos in d. §. in uenditione. per
Iaſonem nu.19.& Alex.n.13.& Panorm. ad c.quod
ad conſultationem.de ſentent. & re iud.nu.27. At-
que in Gallia hæc neceſſitas, ut incipiatur à nobili-
bus, non ſeruatur, ſed in electione eſt creditoris, niſi
agatur de uenditione rerum minorum, ex conſtitu-
tione Franciſci I.anni 1539.art.74.Iohann. Lucius.
lib.7.placitor.tit.2. placito 3.

Et ſic quoque ſeruatur in parlamento Delphina-
li Guido Pap.q.281.n.2.& q.568.vel ſecundum Ne
potem de mõte Albano in exceptionib.ſeu in libro,
fugitiuo dicto, & titulus de exceptionibus contra
appellationes. Si executio fiat intra tempus quadri
meſtre iure uel aliud tempus, quod detur ex fori
conſuetudine debitoribus condemnatis ad ſoluen-
dum. Dubitatur tamen de iure quadrimeſtris tem-
poris, num omnibus debitoribus condemnatis de-
tur, an uerò certis: condemnatis, inquam, ad uſu-
ras centeſimas, quibus induciæ quadrimeſtres ad
ſoluendum poſt ſententiam dantur ex lege in l.2.&
3.de uſur.rei iud.li.7.C.tit.54. Nam in l. debitori-
bus de re iudic.ff.dantur tantum debitoribus decẽ
dies ad ſoluendum, poſt primam dilationem ſol-
uendi

uendi datam à iudice elapsam, quam corrigi dixit glossa per dictam l. 2. de vsuris. rei iudic. Sed Bartolus ibidem reprehendit, & in l. fi. de executioñ. rei iud. lib. 7. C. tit. 53. Vide Panorm. ad c. quod ad consultationem. de sent. & re iud.

14 Ex † capite causa personæ executoris, appellari potest ab eius executione, si causæ iustæ recusationis obiiciantur, quibus suspectus esse potest parti; & non admittat, si ei obiiciatur excommunicatio, & nihilominus velit, non obstante exceptione exequi Quia enim excommunicato prohibitum est, colloqui palam, publicè; aut secreto & clam. cap. Cum excommunicato. 11. q. 1. & communicans excommunicato incidit in excommunicationem. cap. 2. de except. & ibi Felinus & alii Doctores. c. sacris. 5. de his quæ ui metusue causa fiunt, lib. 1. tit. 11. exceptis casibus ibi positis & alijs in iure expressis, & c. statuimus de sen. excom. in 6.

15 Videtur † etiam pro secunda ratione excommunicatus incapax actuum iudicialium: & quorum numero videtur executio iudicii, quæ sententiam ad effectum perducit. l. executorem. 8. de executione rei iudicat. lib. 7. C. tit. 53. Ita non potest esse iudex, cap. ad probandum. 24. de sentent. & re iudic. libro secundo, tit. 27. Vbi reuocatur sententia lata uel propter defectum iurisdictionis; uel propter excommunicationem iudicis iudicantis, aut ob ordinem iuris non seruatum, & iterum de principali quæritur. Et proinde non potest esse arbiter, cum arbitria sint redacta ad formam iudiciorum. l. 1. de recept. arb. ff. gl. & Bart. ad l. Pædius. §. fi. eo. tit.

16 Tertiò † admittitur appellatio ab excommunicato

cato

çato alia ratione, quod exceptio excommunicationis potest opponi à tertio, cuius etiam non interest, executionē fieri. Quia in ea de interesse publico agitur, ut in c. cū parati 19. de ap. admittitē obiectio seu exceptio contra Zamoracēsem Episcopum, proposita à legato, qui eum ex cōmunicauerat, cum uocatus ad eum uenire comtēpsisset: & ideo sūmus Pōtifex preces eius, quas alioquin paratus erat admittere, remoratē, donec ab hac se purgasset cōtumacia.

Dicimus † & postremò excommunicatum pro 17 mortuo haberi in societate Christianorum, secundum Doctores ad c. graui. de sent. excom. Et proinde Papa scribens eis, non uocat fratres aut filios. Rebuffus in glossa ad §. 1. de forma mandati. ad verbū (Dilecti) in corcodatis, Idem tamen Rebuffus ad titulum de excommunicatis non uitandis in concordatis, dum refert 62. pœna, in quas incidunt excommunicati, eis connumerat hanc, ut executor esse nō possit sententiæ: forsan, quia satis in aliis hæc concludebatur, ut non egerit speciali annotatione.

Iustissimè † etiam proponetur contra executio- 18 nem exceptio nouationis rei iudicatæ, si qua facta sit, & si non obstante exceptione opposita executor exequi prosequatur, legitima erit appellatio. Siquidem, quando diffinitiua sententia ex conuentione partiū nouationem accepit, non manet ordo executionis; quia à sententia recessum uidetur l. 4. §. si ex conuentione. de re iud. ff. Probat idipsum, l. 2. de exceptione rei iud. li. 7. C. tit. 53. Eaq; generaliter est natura nouationis, ut obligationē primā perimat, nouam constituat. l. 1. de nou. lib. 46. ff. tit. 2. ubi Vlpian. Nouatio (inquit) est prioris debiti in aliam obliga-

ligationem uel ciuilem uel naturalem transfusio atque translatio, hoc est, cum ex præcedenti causa noua constituatur, ut prior perimatur. Nouatio enim à noua nomen accipit obligatione.

19 Huic† causæ appellationis alia accedit maximè affinis, quando obiicitur sententiæ, quam quis exequitur uel uult exequi, exceptio, quæ eam reddere nullam potest, quæ si nõ admittatur, ab executione appellari rectè põt, ut rescriptũ expressè in c. in nostra. 4. de procuratoribus. lib. 1. decretal. tit. 38. Ibi enim admittitur appellatio ab executore, qui non admiserat Episcopum Fullensem ad probandã exceptionem contra sententiam, quod cum falsis procuratoribus lata fuisset, cum ea exceptio, ut ibi ait summus pontifex, non tantum ante, sed etiam post sententiam obiici possit; qua probata, nullum iudicium, & nullius momenti controuersiæ reputantur quibus postremis uerbis accedunt Gratianus & Valentinianus Cæsares, cũ Theodosio. dum in l. Licet in principio. 24. de procurator. li. 2. tit. 13. C. Si falsus, inquiunt, procurator inueniatur, nec dici cõtrouersię solent, nec potest esse iudicium.

20 Dicemus† tandem, ut supra, ab executione sententiæ facta parte non citata seu uocata, ut à nulla, appellari posse, ut ait Iason ad l. error. n. 5. de iuris & facti ignor. C. Vtrum autem ab ea appellare procurator possit, docebit idem Iason ad l. Inuitus. nu. 5. de procur. dixit Baldus. ad l. filiofam. solut. matr. ff. executionem sententiæ non posse fieri sine citatione, siue fiat in bonis, siue in persona debitoris: posse tamen fieri sine aliqua probatione debiti uel priorum actorum causę, quia ubicunque absenti

potest

potest competere defensio, semper requiritur citatio, etiam in notoriis. c. fin. de offic. delegat. in 6. Notat Innocentius ad c. tua. de cohabitat. Cler. & mulier. Dd. ad c. uestra. eo. tit. c. ad nostram. de iureiur. Atque iura semper exigunt citationem, & summariam cognitionem in executionis actu; quando uerisimiliter potest competere defensio parti. l. a diuo Pio & l. de unoquoq: de re iud. ff.

Rursum † quanuis a uenditione pignoris, & quo 21 minus illud uendere liceat. appellari non possit. l. fi. §. fi. de app. recip. ff. l. fi. §. fin autem de iure domin. impetr. C. Tamen hoc intelligitur, nisi causa adferatur, propter quam uendi non possit, & ita appellat, si nō obstante legitima exceptione uendatur. ueluti si creditor uellet pro modica quantitate rem magni precii uendere; uel, cum debitor esset paratus solue re, noluit desistere a uenditione, recte appellatur. l. si residuum. & l. quandiu de distraction. pignor. C. l. penult. de rescind. uend. ff. facit l. 1. C. si quacunque prædit. potestate.

Cap. XII.

De appellatione a sententia arbitrorum.

SVMMARIA.

1 *Ab arbitrali sententia per compromissarios lata, appellare iure ciuili non licet, nec iure Pontificio.*

2 *Ratio propter consensum quo sponte se subiecerunt litigantes compromissariis. Et ibi de ui compromissi, & uinculis antiquis & iuris hodierni eius.*

3 *Vt nec licet a iudicatis ex iuramento consensu dato appellare.*

4. *Actio*

1 DEcimus † casus appellationis interdictæ a iure ciuili, est ab arbitrorũ ex compromisso iure pro-

re perfecto, sententia. Quia nec iudicati actio inde præstari pôt:& ab hoc inuicem pęna permittitur, ut metu eius à placitis nô recedatur. l. 1. de arb. li. 1. C. tit. 56. l. nô distinguemus. 32. §. Cum quidã. eo. tit. ff. li. 4. ti. 8. l. arbitro. in fi. fam. ercisc. li. 10. ff. tit. 2. Idẽ receptũ iure Pontificio, c. à iudicibus. 33. sub 2. q. 6. A iudicibus, quos côis consensus elegerit, non licet appellare, quod sumptũ ex consilio Mileuitano. ca. 24. & Africano. c. 89. Epistola Nicephori. 1. Ino. p. 6. c. 365. & Panormitano li. 4. c. 132. Probatur & ex cõcilio Carthaginẽsi. 3. c. 10. Cuius uerba referuntur, sed malè & corruptè à Gratiano in c. sanè si ex consensu. 34. sub. 2. q. 6. Sanè si ex consensu partium iudices electi fuerint, ẽt à pauciore numero, quã constitutum est, liceat appellare. Pro quo legendum, ut in concilio Carthaginensi non liceat appellare, ut est notatũ in excussis codicibus ex correctione Gregorii 13. Ita ẽt negatiuè prohibetur appellatio ab arbitris ex compromisso in concilio Carthaginensi c. 98. & 123. & apud Græcos, ut scribit Demosthenes oratione contra Midiam. Lucian. in abdicat. Posset tamen referri licentia appellãdi ad iudices electos, non ut arbitros, à quibus appellatur, ut in c. a iudicibus 2. q. 6. Sed si de illis intelligatur, delenda est ex inscriptione, concilii Carthaginensis autoritas, ex quo sumptus dicitur canon: cum concilium in arbitris neget appellationem.

Ratio † prior, quia electi uidentur ex compromisso iudices quibus se subiecerunt ex cõsensu partes, & conuenerunt, ut eorum sententiæ stent. Et ita eligebantur olim cum iuramento standi eorum sententiæ, & cum stipulatione, ut in l. ne in arbitr. 4. **2**

C.de arb. Et quamuis hodie illud iuramentũ ob metũ periurij, sit prohibitũ in pœnæ adiectio ad firmādũ cõpromissum recipitur.in Auth.decernit ius nouum.eod.ti.C.§.quia uero multæ.de iud. Et ut nullatenus cum iureiurando eligatur aliquid Iudex, &c. Nouella 82. Et proinde antiquitus dabãtur expedita remedia cõtra nõ obtẽperãtes cõpromissorũ sententiis: ut si sub pœnis sit cõpromissũ, nascitur pœnæ petitio, & pacti except.l.1.C.de arb.l.2.eod. ti.ff.l.nõ distinguendũ.§.Cũ quidam.eo.ti. Si cũ iuramento, daretur actio utilis in rẽ uel actio in factũ, vel cõdictio ex l.4.C.de arb. quæ emẽdata, ut dixi, fuit. Sed etsi pœna nõ fuisset opposita cõpromisso, sed simpliciter se statutũ sententiæ arbitrorũ promisisset, incerti aduersus non stantem dabantur actio iure Pandectarũ, ex l.diem proferre.27.§.fi. de recep.arb.ff. donec Iustinianus dicta Nouell.82. de iudicib.& ut nullatenus, &c.§.quia uero.statuit, ne quis præter quã si pœna apposita cõpromisso fuisset, contra non stantem stare arbitrio cogeretur. Quod tamen iterum suo tempore emendauit Leo Imperator Nouella 72.ut pacta etiam non constituta pœna, ualeant, si signum crucis uel iuramentum fuisset appositum: quemadmodum ut iure Pontificio, pacta simplicia seu nuda, rata habentur & effi cacia, in ca.1.de pact.lib.1.ti.35. Idipsum in c.Quicunque suffragio.12.q.2.& c.Quia Ioannes.12.q.5.
2 Quia inter simplicem loquelam & iuramentum Deus non constituit differentiam.c.iuramenti.22.qu. 5. Quanquam iure ciuili nuda pactio obligationem non pariat.l.Iuris gentiũ.§.quinimo.de pact.ff. dat & hodie ex homologatione, seu subscriptione sen-

tentiæ

tentiæ arbitralis expressa uel tacita per lapsum decem dierum sine reclamatione, actio ex l. penul. C. de arbitr. etiãsi pœna nulla adiecta sit compromisso. Sit in uim pacti & promissionis seruãdi sñiam arbitri, uidetur ex consequentia cautum, ne appellaretur, & ita nõ audietur appellans, sicuti in l. 1. §. si q s à quibus appellare nõ licet li. 49. ff. tit. 2. Si quis, inquit Vlpianus, ante sñiam professus fuerit, se à Iudice nõ prouocaturũ, indubitate prouocãdi auxilium perdidit. & in l. fi. §. fi. de temporib. app. C. pactione cũ scriptura uel sine, caueri põt, ne liceat prouocare; & pacto stãdũ est. Ea ratione uideẽ usus Iustinianus in l. generaliter. 12. §. sed iuramẽto. de reb. cred. iureiur. C. li. 4. tit. 1. Dum ait iuramẽtum, quod quis intulit, si ei referatur, non posse repudiari: & si recusetur, perinde iudicandum esse in eo capitulo, pro quo delatum est, ac si iurasset qui retulit, neque prouocationi locum esse. Quis enim) inquit) ferendus est, ad prouocationis ueniens auxilium in his, quæ ipse facienda procurauit.

Facit † 2. à simili iuramentum ex consensu præstitum, post quod non queritur an debeantur, sed an iuratum sit. l. non erit ratum. 5. §. dato iureiurando. de iureiur. lib. 12. ff. tit. 2. 3

Videtur † & tertia ratio reddita, cur appellatio à sententia arbitri non admittatur in d. l. 1. C. de arbitr. quia neque iudicati actio oriatur ex sententia arbitrorum, & quanuis in l. 1. de recept. arbitrorum ff. dictum sit, ad formam iudiciorum ex compromisso exceptionem non nasci, sed pænæ petitionem nisi concurrant, quæ constituit. Iustinian. in leg. penult. C. de arbitr. homologatio seu subsctiptio, uel 4

silentium decem dierum post sententiam arbitratem,quæ ita actionem etiam,& exceptionem,& executionem auctoritate Iudicis loci,ut ibidem dicitur,accipit.

5 Cæterum† sunt textus contrarii, ut uidetur, ex diametro,qui admittere appellationem à sentētia compromissorum uidentur.l.arbitro.9.& l.si ab arbitro.10.qui satisdare cog.lib.2.ff.tit.8.quo loci ab arbitris datis ad fideiussores probandos appellari perinde,ac à iudicibus,potest.Idem in l.fin.a quib. appellat.liceat.ff.& in l.fi.C.de iud.appellatur ab arbitris datis ad recusationes iudicu probādas. 3.in l.ex cōsensu.23.de app.ff.Ex cōsensu litigātium,in qui t Papinianus,circa compromissum à pside prouinciæ Iudice dato uictus,pōt prouocare.4.Iure Pōtificio quoque ab arbitris appellare licet, ut uoluit Alexander in consi.254.incipienre, Abunde satis, n.7.vol.6.qood firmat excitato ante c.à iudicib. 2. & gl.2.q.6.qui tamen canon,ut diximus,contrariū probat,& per Archidiac.ad c.2.& c.exposita.de arbitr.lib.1.decreta.tit.43.

6 Glossa† prima ad ca.à iudicibus.2.quæst.6.nititur hæc iura conciliare in hæc uerba, Si consensisti in Iudicem, non potes propter iniquitatem personæ appellare,ut hic,(nempe can.à iudicibus)& in c.super quæstionum.de offic.de leg.sed ab iniqua snia potes appellare.Quia,licet probare dicta, sed non personam,ut 4.quæst.3.c.si quis testibus.Vnde appellatur,si uocauerit litigatorem ad locum inhonestum.l.si cum dies.26.§.si arbiter.de recep,arbit.ff. uel ad periculosū locum,extra de app.ex parte, in 1.Dicas ergo,quod nisi remota sit appellatio, benè appel-

appellatur à iudicibus de cōi consensu electis: nisi sint electi vt arbitri, ut ff. de appellat. l. ex consensu: vel etiam si sint arbitri tales, qui electi sunt de necessitate, quia à talibus appellatur. l. fi. C. de iudic.

Item, † scias, inquit, quod duo sunt genera arbitrorum, quidā sunt arbitratores, qui cōponūt inter partes, & talium arbitrium si est iniquum, est reducendum ad arbitrium boni uiri, ut pro socio, in ff. l. si societatem 6. Colligitur enim ex illa lege, potestatem alicui concessam, ut constituendi partes in societate, in dubio significari arbitrium boni uiri. 7

Adde, † quod Paulus Iurisc. ait, in l. si in lege locationis. 24. de locat. lib. 19. ff. tit. 2. Vbi, si in lege locationis cōprehensum sit, ut arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur, ac si viri boni arbitrium cōprehensum fuisset. Idemque cōprobatur, si alterne cuiuslibet arbitrium cōprehensum sit. Nam bona fides exigit, vt arbitrium tale præstetur, quale viro bono conuenit. Idem in l. hęc uenditio. 7. de cō trah. emp. lib. 18. ff. ti. 1. Sic enim differt collatio rei, vt in arbitrium boni uiri, & in meram eiusdem uoluntatem, ut ait Vlpia. in l. si sic legatum. 75. de leg. 1. lib. 30. ff. tit. 1. bonus uir iudex ordinarius in iure uocatur, l. uir bonus, iudicat. solui. ff. l. Continuus. §. Cum ita. de uerbor. oblig. ff. l. quod si Ephes. §. fin. de eo quod certo loco. ff. l. cæteræ. §. 1. famil. ercisc. 8

At † possunt priuati laici extendere iurisdictionē eius, qui habet iam iurisdictionem, ut secūdum suā potestatem iudicentur, ex consensu ei se subiicientes, & proinde declinare post consensum nequeunt eius iudicium, in l. 1. de iurisd. omnium iud. C. l. 1. & l. sed etsi susceperit de iudic. ff. q. 1 & suo foro renū- 9

ciare possunt, vt olim et clerici, in l. si quis in cōscribendo. de Episc. & cler. C. 2. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Hodie Clerici nō possunt nec uolētes nec inuiti trahi corā Iudice laico, nec renūciare foro: cū eius priuilegiū non sit personale, sed potius toti collegio ecclesiastico indultum ex sacrosanctis conciliis. c. si diligenti. 2. c. Cum cōtingat. 13. de foro comp. & citantur ibidem per glossas consilia. Ergo nō potest Clericus se subijcere iudici alteri quā suo ecclesiastico, nec amplius prorogare iurisdictionē, nisi consensu sui Epi. c. significasti. li. 18. ff. tit. de foro comp. Nam quodcunque iudex laicus contra clericos agit, nullius est momenti, & habetur pro nō iudicato. c. etsi clerici. de iudic. nisi in Gallia ex indulto & mandato summi Pontificis prolato cognoscant de causis illorū seculares, & senatus per appellationē ab ordinariis interiectam ecclesiasticis, de abusu cōtrā sacros canones & iura Pōtificia, quorū obseruatio demandata est regibus Galliæ per concordata. Consentiūt aūt, qui possunt, sciētes in personā Iudicis, sed non arbitri. Nam non consenserūt vt ex arbitrio & uoluntate ius diceret, ut fit in arbitrio, sed ut ius diceret ut ex pōtestate, ex legibus ius dicere debeat, & ideo appellatur. Et sic Paulus Iurisc. in l. quale. 19. de recep. arbitr. lib. 4. ff. tit. 8. Qualem autem, inquit, sententiam dicat arbiter, ad prætorem non pertinere Labeo ait: dummodo dicat, quod ipsi videtur. Et ideo si sic fuerit in arbitrū cōpromissum, ut certam sententiam dicat, nullū erit arbitrium, nec cogendum sententiam dicere Iulianus scribit libro quarto Digestorum.

10 Quod † autem ad distinctionem arbitrorum,

quam

quam proponit dicta glossa canonis à iudicibus, sic clarius distinguo: arbitros quosdam esse, eosque proprie ex compromisso partium contendentium & sponte electos, ut in l. penultim. C. de arbitr. alios datos à magistratibus Romanis, ut in l. à diuo Pio, 15. de re iudicat. libr. 42. ff. libr. 1. Vlpianus ait, à diuo Pio rescriptum est, Magistratus populi Romani, vt iudicium à se datorum uel arbitrorum sententias exequantur ij, qui eos dederunt. Ita ius dicentis, id est, Magistratus non delegati, officium latissimum est. Nam, & bonorum possessionem dare potest, &c. Et iudices litigantibus dare. Vlpianus in tit. 1. de iurisdict. omnium iudic. li. 2. ff. ti. 1. Pedaneus Iudex arbiter dicit. l. 1. de pedan. iudic. li. 3. C. tit. 3. Et Iudicis quidem nomen arbitros cõtinet; uerum, ut etiam explicat Cicero pro Roscio Comœdo ij, qui familiæ ercifcundæ communi diuidundo, finium regundorum, tutelæ, pro socio, rei uxoriæ, & aliis bonæ fidei iudiciis addicebantur, arbitri appellabantur; si idoneè caueri oportebat, ad fideiussores probandos, si ratio Falcidiæ ineunda, si rationes dispungendæ, & excutiendæ: si bonorum quantitas exstimanda, arbitri dabantur. Ita iudices, qui iurisdictionem habebant ex publico, arbitri interdum dati; alii, qui iurisdictionem non haberent, ex compromisso accepti cap. à iudicib. §. 1. & 2. qu. 6.

Secundum † canones potest Iudex ordinarius eligi ex compromisso arbiter; vt notat glossa ad c. à iudicibus. in §. 1. ad uerbum (ordinarij) 2. quæst. 6. Et docetur in ca. Cum tempore. 5. de arbitr. Archiepiscopos electus fuit ex compromissio subditorum arbiter. & in cap. causam, quæ. 8. de elction. Sorores

 monasterii

monasterii cuiusdam compromiserunt in suum Episcopū, se recepturas in abbatissam, quam ipse arbitraretur. Compromittitur, & in Iudicē delegatū in c. literas. de psūptionib. in c. Cū olim. de arbitris. c. nisi essent viri prouidi. de præbēd. In Gallia tñ per edictum Francisci I. anni 1535. ca 1. artic. 75. sancitum, vt præsides, & consiliarii, curiarum maximè supremarū abstineāt à suscipientis arbitris aut compromissis; & ne cōsulant vllo modo pro quocunq; negotio pēdente indecisio uel introducendo in cura suprema, aut alterius inferioris Iudicis; aut ꝓ re aliqua patriæ seu rescripti sui. Officium superioris & episcopi est, ad concordiam reuocare discordantes primum rationes, & arbitrio, deinde cōtētioso iudicio, ut in c. 90. dist. ex concilio Carthaginensi 4. c. 59. Discordātes clericos Episcopus uel ratione uel potestate ad cōcordiā trahat: in obediētes synodus p obediētiā damnet. l. cōgruit. de offic. præsi. ff.

12 Gratianus† in d. c. à iudicibus. §. 1. existimat appellari posse ab arbitris delectis ex iudicibus ordinariis, si in illos cōpromissum sit. sic enim post diuisionem arbitrorum tradit.

Ordinarii, & arbitrarii Iudices sunt qui legitimā potestatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt suę iurisdictioni suppositi. Ab iis, etsi ut arbitrarij sedeant, & non ut ordinarij, priuilegio tamen ordinariæ dignitatis, grauatus aliquis appellare valebit. ad quod uerbum (valebit) tamen glossa ait. hoc falsum est: quia à compromissario nunquam appellatur, siue alias sit Iudex siue non: l. 1. C. de arbitr. Et nisi exprimatur quod eligit vt arbiter. tenebit eius sentētia vt Iudicis. l. 1. C. de iurisdict.

dict.omniũ iudic.& appellat.l.arbitro.qui satisdare cogãt.ff.Et tñ ad illã glossã ad uerbũ Valebit addi tio marginalis adhuc ait.imo benè dicit Gratianus secũdũ leges.Existimo aũt additionẽ sẽsisse de l.ex cõsẽsu de app.si legat circa nõ si citra cõpromissũ.

Rursum† existimarem,tantã variationem,& con 13 fusionem in quæstione,num ab arbitris appellari iu re scripto possit,iure ciuili maximè oriri ex non obseruata distinctione arbitrorum iuxta priscum morẽ,quod sic adhuc explico.Alij sunt arbitri sumpti ex ordine eorum,qui iudicare possũt:alij ex alio ordine quàm iudiciũ.Rursum arbitri,qui sumpti sũt ex ordine iudiciũ qdã dati a lege vel iure,vel à Iudice,vel Principe,partibus inuitis:quidã accepti & electi tanquam arbitri:quidam electi non ut arbitri ex compromisso,sed vt iudices.Iustinian.in l.rẽ nõ nouã.12.de iudic.lib.3.C.tit.1.imponit necessitatẽ omnibus iudicibus iurãdi,se iudicaturos secundum leges.eos autẽ iudices multiplices sic recenset.Omnes iudices, siue maiores, siue minores,qui in administrationib.positi:sunt siue eos,quib.nos audientiã cõmittimus vel qui à maioribus iudicibus dant uel q ex iurisdictione sua iudicãdi habẽt facultatẽ. vel q ex recepto,id est cõpromisso:ꝙ iudiciũ imitat causas dirimendas suscipiunt,uel qui arbitriũ pera gunt,uel ex authoritate sentẽtiarũ,& partiũ cõsẽsu electi sunt.Sic easdẽ species refert l.pen.C.de pact.

Iudices† dati tanquam arbitri sunt quales in ar- 14 bitraria causa,quæ pẽdet ex eo,quod Iudex statuet & horum sententiæ subiiciuntur appellationi,ut in l.arbitro.& l.si ab arbitro qui satisdar.cogant.Et sic bene dixisse credẽdus est Gratianus in d.c.iudicib.

§.1.

§.1.2.q.6. appellari ab his posse. Et tales erât illi Iudices pedanei, qui iudicis familiæ erciscũdæ, dotis, rei vxoriæ, & alijs, de quibus paulò ante, addicebãtur. Sic licet appellare à sententia expectorum, qui solent committi à Iudice vel pro estimandis rebus uel pro diuidẽdis, vt dicũt Bart. Bald. Angel. ad d.l. arbitro. qui satisdar. cogni. ff. Ioan. ab Imol. ad l. fi. q. & a quibus. ff. Matthæus de Afflict. in dec. 188. n. 8.

15 Si †uero iudices eligerentur alieni, non ut arbitri, sed vt a iudices, quib. alterius iurisdictionis homines se subijcerent, ab eorũ sentẽtia appellari poterat, ut iudicibus ordinarij, contra, si per compromissum ad illos tanquã ad arbitros itum esset, & nõ tãquã ad iudices, quod probatur ex l. ex cõsẽsu. 23. de appel. retẽto textu incorrupto, prout vulgariter legitur, dum dicitur à Papiniano, ex cõsẽsu litigantiũ citra (pro malè posito circa) cõpromisso, à præside puinciæ Iudice dato, victus põt puocare. Legẽ dũ enim puto citra compromissum, nõ circa cõpromissũ: vt mens sit, posse prouocari à Iudice dato p præsidẽ, dũmodo ex compromisso partiũ non fuerit datus, ut inde sequatur, ꝙ si ex compromisso electus fuerit, non possit appellari. Firmo meã sentẽtiã ex iure Græcorũ Athenienſ. ex quo fluxerunt etiam partim leges duodecim tabularum, quæ sũt incunabula iuris ciuilis, ut liquet ex §. & nõ inelegãter. de iure nat. gẽtiũ, & ciuili. Verisimile ãt est, doctissimũ Papinianũ illud ius nõ ignorasse, & ita secũdũ illud respõdisse, & distinxisse arbitros à iudicib. datos, & arbitros ex compromisso acceptos, ꝙ pertinet ad appellationẽ, Colligitur ex Demosthenis orationib. Διαιτητὰς seu arbitros, duorũ generũ fuisse apud Athenienses.

nienses. ita aliquos fuisse αἱρετοὺς δικαστὰς, delectos iudices, ad quos litigaturi disceptationē cōtrouersiarū conferebant, κατὰ ἐπιτροπὴν τῆς δίκης, secundū compromissū, & ab huiusmodi arbitrio licebat quidē re integra discedere, nō postea, ut dr à Demosthene oratione πρὸς ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν. Alterū genus arbitrorū τῶν κατὰ κλῆρον διαιτητὰς appellabant, qui nō ex electione litigantium, sed sortito arbitrādi potestatē habebāt: & ij erāt annui Magistratus, & ab istorū sententiis appellabāt. Ita Vlpianus in ennarratione contra Midiā notat διαιτητὰς seu arbitros fuisse iudices apud Athenieses annuos, q. de reb. priuatis seu minimis iudicarēt, & q. i uno loco anno finito, mēse Maio cōuenirēt; vt quis eos accusaret, siue ad gratiā siue ex odio prōnūciasse, siue lucri cā proptē auscultasse, & respōdisse eos diceret fuisse, & singulis ānis creatos quadraginta, quaternos ē singulis tribubos.

Quando † à snīa arbitri liceat appellare, uidēdus 16 Alciatus ad l. Nemo potest. num. 41. de leg. 1. Soc. in fallent. regul. 18. Maranta parte 6. practic. tit. de appellat. nu. 250. Panorm. ad c. 2. nu. 14. & ad c. cum dilectus. nu. 17. de arbitr. Doctores ad l. 1. C. eo. tit. de arbitr. Dicemus & nos quædam postea, dum agemus de appellatione arbitrorum.

Rebuffus † in tomo 3. cōmētariorū cōstit. regias, 17 tractatu de arbitris. ar. 1. gl. 9. in quæstione hac, nū ab arbitrorū liceat appellare sententia, pro cōcordia sentētiarū, putat distinguēdos esse casus & sepārados: primū, à sententia arbitri cum adiectione pœnæ assumpti, non licere appellare de iure, per l. 1. C. de arb. quia metu pœnæ insistendum illius sententiæ, & sibi imputare debere, qui in eum compromisit,

misit,per l.diem proferre, §.stari. de recept. arbitr. quod tamen limitat Socin.in tractat.fallentiarũ,regul.17.per casus 14.Secundo,quod si assumptus fuerit arbiter sine pœna,etiam hodie ab eius sententia liceat appellare,quia hodie oritur actio & exceptio ex ea,l.Cum antea. C. de arb. secundum Barth. ad l.Nemo potest.num,13.de leg.1.

18 Praxis † hodie vr̃ reipsa, in utraque cã compromissi,& qñ cum pœna, & qñ sine pœna,admisisse iustissimis rationibus appellationem. Et primum,quia hoc vr̃ consonum c. à iudicibus. qui ita generaliter loquitur,iuncta glo.2.q.6.& l.ex consensu,ibi circa compromissum.de app.ff. Et põt intelligi nouè lex illa ex consensu,ut appellari liceat à iudice dato, q de compromisso iudicaret,& coram quo productio peteretur,intra decem dies,ex l.pen.de arb. C.lib. 2.tit.56.Et per §.Nostros aũt iudices.de iudicib.nouell.82.Nostros aũt iudices,inquit Imperator, omnibus modis suscipere appellationes sancimus , & nulli licentiã esse penitus hoc reiicere.Secũdo propter æquitatis fundamentũ , quæ oppressum omnẽ appellare permittit.c.ad Romanã.c.ideo. §.cum ergo.2.q.6.Alex.& alii ad l.Nemo potest. de leg.1. & Alex.cons.254.incipiente abũdè,vol.6.Tertio,quia quamuis arbitraria relinquatur snĩa arbitro:tñ certum est, in arbitrariis appellari posse.l.si qua pęna. de verb.sign.ff. Alioquin daretur delinquendi occasio,& male iudicandi sub specie boni uiri, contra l. 1.de appellationibus.Bal.ad l.1.de assert. toll.C.

Cæterum ut cõcilietur prior sententia, quæ prohibet appellationem, si compromissum sit pœnale, cum ea quæ pmittit,si nõ sit pœnale:in praxi seruatur

tur, quod quamuis sententia compromissarii pœnalis fuerit per Iudicem cõfirmata, possit ab ea quidẽ quis appellare, sed non audiatur prius quam pœnã compromissi comprehensam persoluerit. Constitutio Ludouici 12. anni 1512. art. 34. sic habet, *Toutes parties compromettant en arbitres arbitrateurs, ou amiables cõpositeurs, & chascun d'eux auec adiction des peines, apres que sentence sera donnée par les arbitres la partie pretendant estre grieuée, pourra recourir ou appeller au iuge ordinaire, & si par le iuge ordinaire la sentẽce est confirmée, en ce cas ne sera receue partie a appellar de la sentence, si non en payant preallablemẽt la peine apposée en l'arbitrage; sauf a icelle peine recouurez, s'il est dict en fin de cause.*

Consentit constitutio Francisci 2. anni 1560. & mẽsis Augusti. additque artic. non audiri appellãtes, priusquã executio facta fuerit sententiæ arbitralis firmatę per Iudicẽ ordinariũ, tã in principali, q̃ in expẽsis & pœnali mulcta: & qđ appellatio arbitriorũ ad senatũ fiet, nisi forsan ageretur de summa & causis, quæ sunt cognitionis iudicũ præsidialiũ ex edicto erectionis eorum. Statuit insuper art. 2. & 3. ne mercatores alios mercatores pro negotiis mercaturæ possint cõuenire corã iudicibus ordinariis, sed cogãtur eligere tres mercatores uel alias notabiles ꝑsonas. quorũ arbitrio negotia cõponãtur summariè & de plano; & casu quo nollẽt spõte nominare arbitros, Iudex ordinarius nominet inhibita appellatione ab ea nominatione. Et in art. 4. statuit, vt i causis diuisionis successionũ & bonorũ cõium patres, aut matres, aui, auię, filiorũ, filiarum, fratrũ, sororum, auunculorum in rationibus tutelæ, & aliarũ admi-

administrationum, in restitutionibus dotis, uel dotarii seu augmēti inter partes proximè maiores annis teneātur eligere & nominare tres probos & notabiles uiros, ꝓximos aut amicos & uicinos, ex quorū cōsilio procedatur ad diuisionē & redditionē rationū, & restitutionē dotis & dotalitii, vtque, ꝙ per illos gestum erit, habeat uim rei iudicatæ, & executioni demādet per iudices locorū, non obstantibus oppositionibus aut appellationibus quibuscunque quę non admittentur, nisi prius executioni demādata fuerint omnia per prædictos arbitratores. Et insuper, ꝙ, si noluerint contendentes cōuenire de arbitris indictis causis, possint nominare & eligere iudices ordinarios locorum. Et postremò, quod talium arbitrorum appellationes ad curiam supremam, loci deuoluātur, uel ad præsidiales in causis præsidialibus. Quæ constitutiones fuerunt deinceps in causis contingentibus eius generis, per senatum comprobatæ; quorum iudicia referre, nimium forsan onerosum lectoribus uideretur. Verum noto quędam curiæ supremæ placita, quibus non est admissus appellator à sententia arbitrorum, priusquam soluisset pœnam adiectam in compromisso contra eum, qui non staret arbitrio. Sic itaque pronunciatum in senatu Parisiensi, mense Februari, anno 1522. & 13. Maii, 1575. & penult. Augusti, 1577. & 23. Decembris 1582. ubi additum, ita receptum, quanquam appellans acquiescat postea, aut renunciet appellationi; ut rursus pronunciatum est mēse Septembris 1566. & 5. Nouembris 1568. Et proinde etiam dictum, pœnam deponi & consignari debere ab appellante, antequam audiatur. in exposi

tione

tione appellationis 17. Maij 1565. & 8. Augusti 1584.

Conclusio † cõis rursum in summa est, quod in casu, in quo nõ licet appellare a cõpromissariis arbitris uel arbitratorib. ut in l. 1. C. de arb. l. non distinguemus, §. Cũ quidã. regulariter prohibeť, petitur reformatio per uiã reductionis ad arbitriũ boni uiri, si de magna iniquitate & enormi læsione cõstet. Itẽ, & appellatio uel querela proponať, quæ pro appellatione habetur in effectu; etiamsi iuratũ sit cõpromissũ d. l. non distinguemus §. Cũ quidã, & l. arbitrorũ. C. de arb. Soc. senior cons. 220. n. 6. uol. 2. Dec. cons. 533. incip. Iuridicas, puto. n. 1. Bal. in l. 1. n. 3. C. de arb. Ias. ad l. nemo potest. in 2. lectura. n. 84. & seq. de leg. 1. Proinde cautela est ꝑ petẽte reductionẽ, ut in libello supplici pro obtinẽda citatione eius, q. ꝑ se arbitriũ habuit, enormissimã læsionẽ uel manifestã nullitatẽ alleget, seq; ad acta, q̃ notoriũ faciũt inter easdẽ partes (c. fi. de cohab. cler.) referat. Notat ita recipi Gaillius in Camera lib. 1. obseruat. practicarum obser. 150.

Fit † reductionis petitio corã eo iudice ordinario corã, quo si cõpromissũ de re nõ esset, ꝑ ea re agendũ esset, ut ait Bar. ad l. si societatẽ. §. arbit. n. 21. pro socio. ff. Pan. ad c. Quintauallis. n. 39. de iureiur. & ad c. Cũ dilectus. n. 20. ad arb. Couar. uariat. resolu. li. 2. c. 12. n. 10. Pract. Ferrar. in formula libelli, quo agitur ad formã cõpromissi, in uer. nec reductio n. 1. & 5. Alex. cõs. 131. inc. In causa uertẽte. n. 1. & ibi Mo. Par. ait, hanc seruari sñiam in Gallia, & seruari in Camera quoq; imperiali tradit Andreas Gaillius li. 1. obs. pract. obseru. 150. num. 2. repudiata sententia eorum, qui dicebant, tractandam reductionem

nem coram iudice laudantis,id est, arbitrium dicē-tis,exemplo appellationis iudicialis,cui æquiparatur reductio.d.l.Nō distinguemus.§.Cum quidā.& in appellatione semper recuramus ad superiorē iudicātis,l.præcipimus.C. de appell. cuius sententiæ fuerunt Ludouic.conf.265.Bar.conf.inc.Visis cōsiliis famosorū Doctorum.Archid.ad c. Non ita 2.q. 6.Mathæus de Afflictis decis.51.ubi alios citat.

Quorū opinio,meo iudicio,reiecta fuit, quia cōpromissarius non debeat comparari iudici,quia nec priuatorū consensus facit iudicem.l.Priuatorum.c. de iurisdict.omnium iudic.nec iudicanti actio inde nascitur,in l.1.C.de arb.l.2.de recept.arb.ff. Proinde superior arbitrantis nō pōt dici superior cōpromittentiū.Quando aūt petitur reductio ad arbitriū boni viri super re ecclesiastica corā quo agendū sit cōtra laicū , existimat Freder.65.agi debere remedio cōi corā seculari,alii corā ecclesiastico.c.ex posita,de arbitr.Plenius aūt explicat Panor.ad c.Quintauallis.de iureiur.Et an corā iudice rei vel actoris, vel arbitri debeat tractari reductio fraudis,& p Ludouic.Rom.conf.265.Bar.ad d.l. si societatem.§.si arbitrorum.pro socio.ff.& ad l.2.ubi & apud quem.

21 Fuit † & alia non minus difficilis quæstio, num à iudice ordinario, qui aditur pro reductione facienda,& qui probat vel reprobat sententiam arbitralē. appellare possit. Fuerūt enim qui dicerēt negatiuè nō posse.Bar.in l.1.nu.17.de leg.2.De ferrariis,ubi 3.Et alii ab eo citati.Fuerunt contra, qui affirmarēt appellari posse,ut Bal.in l.Vnic.num.7.Ne liceat in una eademq; caus.tertio prouocare. Quia in omnibus permissa appellatio, nisi expresse prohibeat.l.

& in

& in maiorib.C.de appellat.Hic autem non prohibetur. Et postquam in utramque partem disputauit quæstionem Couaruuias.d.c.12.nu.3.& 5.hanc affirmatiuam sequitur. Et Alexander consi. 106.num. 7.vol. 3.& ibi Mo. Par. in Gallia seruari notat.Gaillus in Germania seruãdas tradit li.1.obseruationũ, obseru.149.nu.4.& 5. Tractat autem obseruatione 150.de reductione latius arbitrii,& quomodo peti possit intra 30.annos. Verum tutius esse, ut intra decem dies petatur,iuxta l.penul.C.de arbitr. Et quomodo stipulatio cõpromisso adiecta loco pœnæ sit, & quomodo cõpromissum simplex & nudũ homologentur uel expresse per subscriptionem;uel tacitè per lapsum decem dierum,sine quereia,iuxta legem.penult.C.de arbitr.

Cap. XIII.

De appellatione à sententia iuxta iuramentum præstitum lata.

SVMMARIA.

1 *Quando non liceat appellare à deciso per iuramentum. Vt liceat si sit ex iuramento delato à parte.*

2 *Non, si sit ex conuento extraiudiciali iuramento.*

3 *Tamen a deciso per iuramentum delatum à Iudice, in defectum probationis, appellatur.*

4 *Quemadmodum licet appellare contumaci de iurando de calumnia.*

Et an alius contumax appellet.

VNDECIMVS † casus ꝓhibitæ appellationis, 1 est qñ iuramẽto à parte parti delato, iuratum est,& iuxta illud iuramẽtũ snĩa lata fuit, secũdũ distinctionẽ l. generaliter. 12.§.sed iuramẽto & sequẽte.de reb.cred.& iureiu.li.4.C.tit.1. Vbi si alter ex

litigantibus detulerit iuramētū aduersario ut iuret, & ille referat,& qui detulerit,noluerit iurare: deci ditur cā perinde ac sacramēto præstito, nec pōt ꝓuocare,q detulit,& relatione facta noluit iurare.Qđ si delato parti iuramēto à Iudice vel à litigāte, illa noluerit iurare,& nihilominus Iudex cām dirimat pinde ac si iuratū esset, uel pinde ac si à delatore iuratū esset,q iure ꝑmittēte nouissimo recusauit iurare,is hēt sibi ī ultima ꝓuocatione repositū auxiliū.

2 Quod ꝗ si extra iudiciū deferatur alicui ex cōuētione iuramētū,& ille iurauerit,nō pōt ꝓuocare q detulit,sed ꝙ iuratū,est seruādū.Atq; q iurasse dr̄, nihil refert,cuius sexus ætatisue sit.Omni.n.mō custodiri dēt iusiurandū,aduersus eū,qui cōtentus eo cū deferret,fuit.l.qui iurasse dicitur.26.de iureiu.ff.cū nec hoc referri possit,l.Iusiurādū, ꝙ ex cōuētione. 17.eo.tit.li.12.ff.tit.2.& uim habeat trāsactionis,& maiorē q̄ res iudicata.l.2.eo.tit.& ideò nō liceat à iurato resilire,nō magis quàm à trāsactione,q̄ irreuocabilis est.l.fratris. Ç. de trans. quāuis rescriptū principis aduersus eā impetret.l.cās uel lites.C.eo. tit.ut neq; liceat amplius appellare à sn̄ia,q̄ transiit in rē iudicatā.l.fi.& 1.ut lite pētēte,uel post prouocationē aut diffinitiuā sent. nulli liceat imperatori supplicare.li.1.C.tit.21.l.1.C.de his,q p metū iudicis nō appellarūt.l.3.sent.rescindi non posse.C. Ita & hoc iuramētū ꝓ ueritate & solutione habet,l.Iusiurādū.27.de iurei.ff.Et postq̄ iuratū est,denegat actio,l.nā posteaq̄.10.eo.tit.de inreiu.Et ita iureiurādo dato,nō aliud q̄rit,q̄ an iuratū sit, remissa q̄st. an debeat.quasi satis ꝓbatū sit iureiurando.l. Non erit ratum.§.dato.& l.quod si iurauit. 29.eod.tit.ff.

Quando† uerò delatum est iuramētum alteri ex litigatoribus, a Iudice ob defectum probationis, ad mittetur appellatio. l. fi. §. 1. de appellationib. ff. Magnum enim est discrimen inter hæc iuramenta. Nā iuratum ex conuentione partium non est retractabile, ideo appellatio est superflua; quæ ad emendationem iudicari pertinet. At iuramentum iudiciale est retractabile. Vtrumque probatur in l. Admonendi. 31. de iureiur. ff. Extat ordinatio d. Ludouici 9. anni 1254. Si quis, (inquit) conuentus, factum suū propriū siue dictū, post iuramētū præstitum in iudicio negare psūpserit, & p legitimā pbationē cōuictus fuerit cōdēnatus, beneficiū appellationis amittat. 3

Dubium † tamen adhuc remanet, an contumax de iurādo de calumnia interpellatus appellet, quod mouet gl. ad l. Creditor. 28. §. Iussus ad uerbum appellationis auxilium. de appe. ff. propter l. 2. §. quod si actor. C. de iureiur. pp calumn. dando. li. 2. tit. 59. authent. principalis eod. tit. §. 1. ut litigantes iurēt, &c. nouella 124. In quibus dicitur, q̄ actor nolēs iuramentū hoc calumniæ prębere, cadit actione, saltē inquit, nouella per sententiam declaratur ab actione cecidisse. Et reus, qui noluit iurare, procōfesso habetur & condemnatur. Confessus uerò & conuictus appellare non potest. l. 2. quorum appellat. non recipiant. libro 7. C. titu. 6. Contitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat. c. Nullus. 4. de præsumpt. lib. 2. tit. 23. Sed recepta est opinio, ut liceat appellare etiam in hoc casu. Quia non est uera confessio, sed præsumpta & interpretatiua, inquit glossa final. ad d. cap. Nullus censetur quis tantum in illa contumacia iurandi 4

confiteri,per c.rursus 11.q.3. sicq; triplex est confessio,una propriè,quæ fit ore.c.1.& 2.15.q.6.altera quæ pro probatione confessionis habetur, & fit rei euidentia.c.priusquam.28.dist.c.uestra.& c.fin. de cohabitat.cleric.Tertia,quæ præsumpta per dictā cōtumaciā & dilationem noxiam,proinde quando cōfessio cum rei euidentia concurrit,id est,quādo quis spōte cōfessus & cōuictus est, appellare nō potest:si uerò tantum confessus,potest.d.l.2.quorū appell.non recip.maximè in grauiorib.ibi criminibus ante sniam. Nam & post sententiam confessus crimen appellat,in l.non tantum.de appe.ff.Sed & sunt plures casus,in quibus cōfessio nō dēt nocere, notati in gl.l.Vnic.C.de confes.Ideo si nō habeatur eorū ratio,appellabitur,ut,quia errant in facto pōt suā confessionem corrigere.l.error.C.de iuris & facti ignor.ideo pōt appellare,ut corrigat,ut in l.1.in fi.ad Senat.Turp.l.1.in prin.de app.ff.Ita & oīs contumax(nisi talis sit in nō ueniēdo)appellare potest d.l.creditor.§.iussus.de app.ff.gl.ad l.2.§.quod si actor.ad verb.pro cōfesso.de iurein.pp.calu.dand.

CAP. XIV.

De appellatione prohibita eius,cuius non interest sententiam aliquam, ita ut est,esse latam.

SVMMARIA.

1 *Non audiuntur appellationes,quorum nihil interest.*
2 *Exemplum in appellante à collatione beneficii alii facta,ei si ante uacationem sibi promissum esset.*
3 *Item non auditur,qui ab ordinatione Ecclesiæ appellat,uel ne fiat electio.*

4 *Maxi-*

4 Maxime si renunciauit electioni de se factæ.
5 Qui impedire uult excõmunicationis absolutionem excommunicati satisfactionem offerenti.
6 Vel pauperis debitoris clerici excommunicati, ideo parati offerre cautionem iuratoriam.
7 Vel appellans a momento possessionis.
8 Vel a missione in possessionem hæredis incorruptum, testamentum producentis, uel ab alia executione, quæ celeritatem desiderat.
9 Vel a sepultura mortui, ut illam impediat.
10 Vel a dato œconomo Ecclesiæ uacanti per Episcopũ,
11 Excommunicatio & interdictum ecclesiasticum, nõ obstante appellatione, habent executionem. Potest tamen ab illis appellari ut absolutio petatur.
12 Reijciuntur & omnes friuolæ appellationes.
13 Nisi forsan post illas fiant inhibitiones Iudici a quo per Iudicem superiorem.
14 Notatur tamen aliud esse inhibitionem, aliud intimationem factam iudici.
15 Inhibitionis canonicæ magna uis & effectus.
16 Vt autem sit canonica, aliqua requiruntur notata.
17 Si tamen manifeste causa appellandi sit friuola, non reuocantur post inhibitiones facta.
18 Iudex appellationis, antequam negotium aggrediatur, debet triplicem causæ cognitionem præmittere.
19 Si male cognouerit appellatum, remittit regulariter causam ad Iudicem a quo; nisi coram illo Iudice Papa, aut Princeps, aut suprema curia consentiāt partes, omissa causa appellationis de principali iudicium subire coram illo, quod aliis iudicibus non conuenit.

20 *Si ad curiam Romanam fuerit appellatum, etiam nō fit remissio: quibusdam exceptis.*

21 *Notatur quomodo Iudex inferiori & quando inhibere possit.*

1 DVodecimo † loco Vlpianus constituit regulas in l. 1. de appellat. recip. lib. 49. ff. tit. 5. Non solent audiri appellantes, nisi hi, quorum interest, uel quibus mandatum est, uel qui negotium aliorum gerunt, quod mox ratum habetur. Sic alio condemnato, is cuius interest, appellare potest; qualis est, qui per procuratorem expertus, uictus est, nec Procurator proprio nomine appellet. l. ab executore. 4. §. alio condemnato. de appellat. ff. l. 2. §. 1. quād. appelland. sit. lib. 49. ff. tit. 4. l. si perlusorio. 14. de app. ff. alioquin à sententia inter alios dicta appellari non potest, nisi ex iuxta causa intersit, ut ait Marcianus in l. a sententia. 5. de appel. ff. c. 30. non solent. 2. q. 6.

2 Proponamus † exempla, quæ familiarem reddant regulam. Et primum, si cui promissum fuerit beneficium antequam uacaret, & postea adueniente eius uacatione, qui promisit, alteri conferat (demo mandatarios Apostolos) is, cui ante promissum fuit, non impedit per appellationem prouisum. in c. 3. de concess. præbend. quia eius non intersit iustè; cum ex illa promissione non generatur illi ius, prohibita collatione beneficiorum antequam uacent; in cā. 2. de concess. præb. c. 2. & 3. eod. tit. in 6.

3 2. Si † quis appellet ab ordinatione Ecclesiæ, uel ne fiat electio, uel ne procuret euidēs utilitas Ecclesiæ, si nō fuerit assignata iusta cā appellationis non audit. in c. 3. de his quæ fiūt à maiori parte capituli.

3. Qui

3. Qui † renunciauit electioni de se factæ, non potest appellare ab electione alterius, quia eius nõ interest. ca. Cum inter. R. seniorem. 16. de election. 4

4. Si † quis pro contumacia uel alia qualibet cau sa interdicto uel excommunicatione teneatur adstrictus, & se offerat, subiturum iustitiam pro his, quibus cẽsura notatus est, Iudex eum, ne in excommunicatione decedat, absoluere poterit, etiamsi aduersarius intercedat & appellet contra absolutionem; præbita tamen ante absolutionem sufficiẽdi cautione ab absoluendo, quod coram eo, ad quẽ appellatur, uel coram alio Iudice delegato, obtemperabit dignitati. Idem dicendum de his, qui se dicũt sine ratione excommunicatos, aut interdicto suppositos. in capit. qua fronte. 25. de appellatio. In quo etiam capite gloss. & alii interpretes concludunt, excommunicatum absolui posse, cautione accepta, etiam reclamante aduersario. nisi pro manifesta contumacia uel offensa fuisset excommunicatus. Quia tunc absolui non debet, nisi satisfactione precedente, ut etiam tractatur in cap. ex parte. de uerbor. significat. in cap. 1. de raptor. 5

5. Poterit † esse in ca. Odoardus. 3. de solutionibus li. 3. ti. 24. quo loci iubetur absolui sine ulla difficultate clericus excommunicatus ob debitum, qui propter inopiã rerum non potest soluere, sub idonea tamen cautione soluendi, quãdo ad pinguiorem peruenerit fortunam. Quia nihil interest creditoris, inopem omninò debitorem à uinculo excommunicationis absolui: cum inanis sit actio, quam inopia creditoris excludit. l. Nam is de dolo. ff. ca. olim de restit. spoliat. Quemadmodũ ad cessionẽ, & eius fle- 6

bile auxilium confugiens inops debitor, admittitur inuito creditore.l.fi.C.qui bonis cedere poss. Et qui nihil habet, nihil actione cōuentus dare pōt.l.si uniuersæ.C.de leg.c.Daibertam.1.q.6.Videretur & creditor in hoc casu insistés appellationi malitiosè insistere, cum ab inope omninò nihil cōsecuturus, eū nihilominus condemnari uel uinculis detineri uel incarcerari desideraret. Et malitijs hominum non est indulgendū,l.in fundo.de rei vind.ff.Saluū enim ius alioquin & intactū relinquitur creditori, quod facultatibus aduenientibus sortiri poterit effectū.

7 Forsan † eò pertinet casus, cur à momentanea possessione appellare prohibitum est. quia parū uel nullo modo interest domini proprietatis momentū iudicari, cum id fiat sine præiudicio proprietatis, vt diximus antea, per l.vnic. si de momentan. possess. appell.fuerit C.

8 Vel † si velit quis appellare, ne hæres scriptus in testamento incorrupto, & in forma producto mittatur in possessionem.l.quisquis.7. quorū appellat.nō recip.lib.7.tit.65.l.2.de edicto Diui Adr.tollēdo.c.ei qui.41.§.si quis ēt ausus.2.q.6.Cum alioquin Reipub.intersit, suprema hominum iudicia sortiri effectū, l.vel negare. queâdmodū testament. aperiant. Et principali & pontificiali authoritate cōpelli quis possit, obtemperare voluntati defuncti.l.hæreditas. de petit.hæred.ff. Iminēte alioquin priuatione hęreditatis.l.fi.& authent.hoc amplius. C.de fidercōmissis.c.3.& c.si hæres iussu testatoris nō impleuerit, de testam. Fit & collatio vtilitatis maioris cū minore, ut quod interest Reipublicæ fieri: vel quia celeritatem desideret, non impediatur utilitate singulari,

lari, quæ amissa facile reparari possit. Proponuntur hac de re casus à Paulo Iurisc. in l. fi. de app. recip. ff. Si res, inquit dilationem non recipiat, non permittitur appellare, ne uel testamentum aperiatur, ut diuus Adrianus constituit: ne frumentum in usum militum in annonæ subsidia côtrahatur: neue scriptus hæres in possessionem inducatur. Alimentorum ẽt causa celeritatem desiderat in executoriis: ratione cuius etiam, sæpe intra statutum dilationis per sententiam tempus, fit executio. l. 1. de re iud. ff. lib. 42. tit. 1. Quia periculum mortis imminet in dilatione. l. necare. de lib. agnost. ff. & proinde merito appellatio non suspendit executionẽ. Ita in l. 1. de ferijs. in ff. lib. 2. tit. 12. exceptæ sunt certæ causæ, pro quibus etiam tempore feriarum messis & uindemiarũ potest quis conueniri corã prætore, & cogi uenire, s. si res peritura sit, pendente dilatione aliqua moratoria, & si res urgeat: vt si tutores & curatores dẽtur, alimenta constituantur, ætates probentur, uentris vel damni infecti nomine in possessionem fiat missio, curator ventri dẽt, &c. ut in l. 2. eo. tit. de feriis.

Sextũ † exemplũ, si agatur de sepeliẽdo mortuo, ne per appellationem impediatur: cum neque prætextu debiti defuncti eius sepultura impediri impune possit. l. fi. iunctis duab. Authenticis sequẽtibus, de sepulchro uiolato li. 9. C. ti. 19. Vbi & pęna imposita impedientis, & §. 1. ut defuncti, seu funera eorũ, non iniuriẽtur. Nouell. 60. facit §. Meminimus. ut cũ de appellato cognos. Nouella. 115. l. 2. de in ius uo. ff. Et crimine sepulchri uiolati tenet, qui fecerit q̃d, quo minus quis funeretur, sepeliaturue. Quia, qui sepulchrum uiolat, facit, quo minus q̃s sepultus sit 9

in

in l.sepulchri uiolati.8.de sepulchrorū uiolat. l. 47. ff.ti.12.Et Papinianus.in l.sūt personę.43.de relig. & sumpt.funer.Si prohibeatur, inquit quis mortuū inferre,vtiliter interdicto,qui de iure dominii quęritur,aget.Eademque sunt in socio,qui in fundū cōmunem inuito socio mortuum inferre vult.

Nā pp publicā utilitatē,ne insepulta cadauera iacerēt,strictā rōnē insuper habemus, quæ nonnunq̄ in ambiguis religionū, quæstionib.omitti solet. Nā summa est rō,quę pro religione facit, quanquā recepta sit appellatio contra sepelientem & vsurpantē ius sepulturæ,q alterius est; & postea cognito iure appellationis restitui dēat corp⁹ cōtra ius sepultū. c.ex par. 5. & ibi gl.& c. seq.de sepult. lib.3.tit. 28.

10 6.Sextū † exēplum ex c.Cum uos plerunque.4.de offic.ord.li.31.ti.1.Vbi Eps,Ecclesia uacāte,si differat ex aliqua iusta cā collatio;puta,qa persona idonea nō p̄sentatur, uel qa dissidēt patroni, uel si aliā ob cām non possit iure de persona ordinari;pōt interim œconomos Ecclesię p̄ponere,appellatione remota,q fructus pcipiāt,& eos aut in Ecclesię utilitatē expēdāt, aut futuris p̄positis fideliter reseruent.

11 Septimum † in excōicatione & interdicto ecclesiastico;siquidē post sniam executionis interposita appellatio non moratur executionem, quam secum trahit excōicatio.c.pastoralis.§3.§.fi.de appell. Et hic cauenda & emendanda est glos. fin. ad l.fin.si à non competente iudice iudicatum esse dicatur. C. quæ contrarium videtur cōcludere,sed malè.Sicuti ante interdictum promulgatū appellatio illud prohibet,postea eo interposito minimè. c.ad hęc quidē 37.eo.tit.de appell.Quæ oīa intelliguntur, ne vide-

licet

licet appellatio post excommunicationem eius executionem suspēdat, alioquin autem recepta est appellatio a sententia excommunicationis; quamuis executionē non remoretur. ut in c. peruenit. de app. & i c. fi. de except. c. re uera. §. fi. 3. q. 9. Et sic expressè notat Spec. li. 2. part. 3. ti. de app. §. 2. n. 17. Et operatur, inquit talis appellatio, ut transferat causā ad superiorē. ut in c. p tuas, de sēt. excōm. & eximat appellantē a iurisdictione excommunicātis. d. c. pastor. & c. ad hæc de app. Et hunc superior, ad quē est negotium per appellationem deuolutum, potest absoluere excōicatum appellantem: nec tenetur eum nisi uelit, ad excōicatorē remittere absoluēdū. vt in prædicto c. per tuas uers. uerum. Cum tñ, si per simplicem querelam superior de excōicatione cognosceret, teneretur eū ad excōicatorem remittere absoluendum, cap. ad reprimendam. de off. ord.

Octauum† exemplū poterit esse generale in omnibus friuolis, & illegitimis manifestè appellation. quas ius reiicit expressè, & punit iudices eas admittētes. c. super eo. §. si autē de app. l. 2. de Epis. aud. C. l. à pcō sulib. C. de app. qñ sūt notoriè iniustæ frustatoriæ. ut supra diximus in diuisione appellationis. li. 1. c. 13. cū nō sint appellationes præsidiū iniquitatis, & malitiæ. Quę sint manifestè friuolę appellationes, docet gl. fin. ad clē. unicā, de dolo, & cōtumac. Et quia liquet Iudici, non interesse iniustè appellantis, sed malitiosè proponi ad differēdum iudicium. 12

Si tamen † post appellationem talem interpositam appellans obtinuerit fieri inhibitiones Iudici a quo, ne ultra procedat in causa, tunc certè debebit abstinere à iudicio ulteriori, propter reuerentiam 13

tiam superioris post inhibitiones factas, capit. Non solum. 7. & c. cum appellat. de appella. in 6. Solet enim interdum inferiores iudices fingere, non esse iustas causas appellatione, & ideo ea reiiciunt; cui morbo adhibet remedium inhibitio. In Gallia etiã impetrãtur literæ appellationis, & earũ uirtute fiũt inhibitiones. Interdũ quoq; si cãcellaria recuset literas in causa appellationis, in plurib. causis curia suprema solet habere & reputare appellationẽ pro reuelata, ut dicut in praxi. Et ita eius responso ad libellũ supplicationis ei primo ob id inserto, ĩhibitiones fiũt inferioribus iudicibus, a quib. appellatũ est

24 Notandũ † aliud esse intimationẽ appellationis, aliud inhibitionẽ in uim appellationis. Quia intimatio nec uim citationis, nec inhibitionis habet. Nec sufficit solũ intimare sine inhibitione. q̃a ex sola intimatione uel cõmissionis datę ad appellationẽ cognoscẽdã, nõ ligãtur manus alias processuris, nisi inhibeãtur. Exceptis p̃sonis Cardinaliũ, à quib. dũ appellatur & fit cõmissio auditori super appellatione, auditor nõ inhibet, sed intimat Cardinali p̃pter reuerentiã, in deci. Rotæ. 658. incip. Et est sciẽdũ in antiq. sub ti. de dolo contum. Aegidius. Bellam. decis. 322. incip. Itẽ quod intimatio, pro inhibitione tñ habetur intimatio in causa pendẽte corã Iudice Ecclesiastico. Nam Iudex Ecclesiasticus potest inhibere Iudici laico, ne procedat super causa pẽdente coram se, vel ab ea dependente: & sufficit intimatio inferiori facta, quæ habet uim inhibitionis. Ruinus consil. 61. lib. 5. uers. nono uidetur.

15 Inhibitionis † magnus est effectus, quando ea canonica est, hoc est, quando rectè & iuxta regulas iuris fit.

tis fit. Siquidem processus factus à Iudice à quo appellatum est, post inhibitiones ei factas seu praesentatas irritus est & nullus, ut in c. Nõ solum. & c. Romana. de app. in 6. Rota dec. 130. incip. Si post inhibitionẽ. de ap. in nouis. vbi addit hoc uerũ esse, etsi pars appellãs postea appellationi renũciet expressè uel tacitè, per regulã: Quod ab initio nõ ualuit, tractu temporis cõualescere nõ põt. c. auditis. & c. dudũ. de elect. Quãdo appellãs reieuauit semel appellationẽ, uel semel obtinuerit inhibitiones fieri Iudici à quo per Iudicẽ ad quẽ, tũc Iudex à quo nõ poterit unquã suã exequi sñiam, donec inhibitiones publicatae fuerint, & cã ad eũ remissa. Et ita in praxi seruari dicit Boerius in dec. 344. incipiẽte Iudex. colu. pen. quia ligatae sunt manus Iudicis à quo in c. Romana. §. si vero. & c. nõ solũ. de app. in 6. Mat thaeus de Afflictis in constit. Neapol. tit. de app. nu. 44. notab. & ita processus est nullus post inhibitiones, etiamsi appellans postea renunciauerit appellationi, per dictam regulam. Quod ab initio non ualet, &c. Ita & conclusum in Rota, dec. 130. incip. post inhibitionem in nouis. quia in literis inhibitoriis cõtinetur clausula, Decernentes irritum, &c. Addent. ad c. personas. de app. Dd. ad c. Recepta. eo. tit. Docetur & pluribus iuribus processum factum non solum post inhibitionem, sed et post legitimã appellationem esse nullum. ut c. Rodulphus. c. significate. c. significauit. de rescript. c. exhibita, de iud. dilecti. c. dilectae. c, significauerũt. de except. c. dilecto. c. ex parte. c. significantib. de appe. Idipsum uidetur firmatũ in dec. Rotae 193. inc. si ab excommunicatione. in nouis. eo. tit. de appe. Quae intelligenda sunt,

quan-

quando processum est post appellationem a diffini tiua,& ante decemdies datos ad appellandū. ut ait Frācifcus Herculanus,tract.de attentatis.c.28.n.1.
26 Porrò † canonica dicetur,quæ hunc effectum habeat,inhibitio,iuxta eundē Herculanum.eo.c.28.n. 6.ex dec.Rotæ 412.incip.si appelletur in nouis.si requisita adsint 1. quod appellatio interposita sit ex probabili cā,& ea quæ si probata fuerit,debeat legitima reputari.c.ut debitus c.pastoralis.de appell. 2. ꝙ per appellationem negotium deuolutū fuerit ad iudicem ad quem;& quod is recepta huiusmodi appellatione ex cā probabili incipiat cognoscere, an cā huiusmodi sit vera.Quibus obseruatis, si Iudex inhibeat,erit canonica inhibitio post quā factum nihil ualet.d.c.Rom.§.quod si obiiciat,&c.Non solū, §.illa.de app.in 6.Et ita regulariter per auditorem Rotæ nō fit inhibitio in cā.nisi lite contestata, post datum terminū ad impugnandum uel iustificandū appellationem,quia tūc uidetur cadere lis.c.ex parte.de uerb. signif.iuncta Clem.fi.ut lite pendēte.posito,ꝙ lis fuerit contestata de quo in Cle. fi. nolite, Ioānes tn̄ Monachus dicit, quod ex quo. Iudex appellationē recipit,potest inhibere. c. Romana, sup uerbo inhibere, de app.in 6.Hæc sūt exp̄ssa uerba in dec.Rotæ 44.inc.Nota ꝙ p auditorē.in antiq. q̄ obtinent maximè in appellationib.& iudicibus qui dicuntur commissi in partibus seu locis litigantiū.
17 Quare † si ex manifeste friuola causa fuerit appellatum,uel non ex verisimili seu probabili,non reuocatur agitata a Iudice à quo, post inhibitionē,ut resolutū in Rota,in eius dec.412.si appelletur,n.3. in nouis,quia quoad reuocationem attentatorum, ne

cesse

cesse est probare ueritatem causæ expressæ in appellatione. in d.c. Romana.c.nō solū. de appell. in 6. notat Ioānes Monach. super c. cupiētes. de electionib. super uerbis (A gratia) in 6. At ubi aliqui d est. de se iniquū, & de iure reprobatum, iustificari nō potest, vt in c. cū tu. de usur. c. estote, de reg. iuris. c. Cū tāto de consuet. Clem. cū tāto. de sēt. & re iudic. Quia si causa friuola probaretur, non releuaret probatio, & pro inde nec admittitur, uel admittēdū nō est ad probandum, quod probatū non reuelat. c. Cū cōtingat. de offic. delegat. l. ad probationē. C. de probat.

Item, quia appellatio manifestè friuola, non deuoluit negotiū ad superiorem Iudicem. c. quanuis. de ele. in 6. d.c. vt debitus honor. ideo nō est recipienda per appellationis iudicē. Et si recepta fuerit, hoc fit de facto, & non de iure. Quare, quia non de iure recepta fuit, sed de facto, nō est habenda ratio inhibitionis factæ per pactum solum non iure appellationem friuolam admittentis. Nam, non quod fit, sed quod fieri debet, inspicitur. c. cū causa de elect. l. penult. de iust. & iure. ff.

De hinc 3. tantum abest, ut illa friuola appellatio iuuare possit appellantem, & firmare inhibitiones per eius admissionem factas; quin contra manifestè friuole interposita ante sententiam, facit ut post sententiam, qui ita appellauit, priuetur iure appellandi, à qua alias fuisset sibi licitum appellare, ut in Clem. si ante. de dolo, & cōtumacia. Quocirca, & in friuola appellatione multo magis denegāda eius ꝓsecutio, & inhibitio in uim eius facta nō debet habere effectū. Cū enim eā ius reꝓbet, ei nō est à Iudice deferēdū. c. Cū nobis olim. de elect. c. Cū appellatio

nibus

nibus friuolis.de app.in 6.& qa ius principali huic friuolæ appellationi non defert, neque accessorio, nempe inhibitioni, deferendum erit. Cum enim principale non ualet, neque etiam accessorium.c. Cum cōtingat.&c.cum quidam, de iureiurand.quæ omnia excerpta sunt ex dicta decis.Rotæ.412.

18 Notat†additio ad decisionē Rotæ.11.incipiēte, Fuit dubitatum, utrum auditor datus in nouis, Iudicem appellationis, debere triplicem causæ cognitionem præmittere antequam principale negotiū aggrediatur.

Prima erit an sit appellatum.

Et an sit talis appellatio quæ deuoluat; puta, quia sit interposita intra decem dies.

Et, an in scriptis.

Item, an ex causa rationabili.

Et si in hoc Iudex malè fuerit arbitratus, puta qa friuola erat causa in appellatione expressa pōt ab eo appellari. Vnde solent appellantes portare instrumentum sententiæ, à qua appellatum est, & instrumentum appellationis, vt appareat Iudici appellatum esse, & intra debitum tempus, ex quibus Iudex cognitionē appellationis habeat, & recipiat: quo facto, poterit inhibere inferiori, vt notat.ca. nō solū de appellat.in 6.Nō tamē poterit de principali cognoscere. Sed tūc perueniet ad inhibitionē.

Secūda causa cognitio est, in qua citat appellatus nisi esset casus in quo esse citatus à iure, vt i c.sepæ de pp. Et citato eo fit litis contestatio in artic. appellationis, ut in c. Raynald. uers.Dilectus de test.

Contestatione facta recipiet probationes appellantis super veritate grauaminis, uel oblatione probationis

bationis, uel super delatione. Et altero ipsorum probato pronunciabit se Iudicē appellationis, & remouebit grauamen, & si aliquid est innouatum, reuocabit illud per modum nullitatis uel attentati, & pronunciauit se debere in principali procedere.

Tertia cognitio est, quod post secundam illā cognitionem demum citabit partes ad principalem, & assumet causam in eo statu, in quo erat remoto grauamine, ut notat. per gl. in d. c. sæpe.

Quod si appellans non probaret alterum præcedentium, tunc Iudex ad quem appellatum est debe ret remittere ad Iudicem a quo secundum dispositionem. c. ut debitus. de ap. & c. Cordi. eo. tit. in 6.

Et † est communis conclusio, quod pronunciato 19 malè appellatū Iudex appellationis regulariter de iure remittit causam.

Est tamen prima exceptio, nisi partes essent contentæ, quod omisso appellationis articulo, Iudex appellationis de principali cognosceret, quia tunc nō fieret aliqua remissio. c. Cordi. de app. in 6. Quod tamen intelligendum in Papa, & alio iudice. qui posset per querelā adiri, qui non tenetur remittere partibus consentienbus, quod ipse de principali cognoscat. d. c. Cordi. in aliis autem iudicibus secus. Proinde non possent subditi Episcopi consentire, quod metropolitanus ad quem fuisset appellatum, cognosceret, de negotio principali omisso appellationis articulo, cum illo omisso Metropolitanus nullā habeat iurisdictionem in subditos sui suffraganei, etiā ipsis uolentibus; nisi ipsius suffraganei consensus quoque accedat. c. Romana. de foro compet. in 6.

Secunda † exceptio, quod secundum stylum Ro- 20

mapæ curię appellationib. à partibus ad curiā interiectis non fit remissio; imò remanet in curia, & ibi terminabit & decidet, ideo post appellationē fit inhibitio, d.dec.Rotę. t i. in nouis. Et ita in causis appellationū interpositarū ab auditore Cameræ, vel aliis iudicib. in curia existentibus, & ante sniam & cōmissionē in palatio, statim citata parte ad dicēdū cōtra cōmissionē, auditor inhibet. Quia sacrū palatiū nūquā cās huiusmodi ad eos remittit, etsi pnunciatū fuerit, benè pcessum & malè appellatū: exceptis dominis Cardinalib. & coauditorib. sacripalatii ad quos remittuntur causæ, in quibus pronunciatū fuerit, benè processum, & malè appellatum.

21 Notandum † primò, quod Iudex non inhibet iudici ex mero officio, parte non instante. quoad inhibitionem verò partis, secus est, quippe cum & citatio idem operari uideat. Aegid. dec. 157. inc. Auditor.

Secundò, Iudex non recognoscens iurisdictionē ab alio, non potest ab eo inhiberi etiā existente causa præiudiciali, ut ait Bal. ad l. 1. in fi. C. quo & quando Iudex. Nec benè inhibetur Iudici non recognoscēti superiorē inhibentē, Marsi. cons. 490. inc. mos iudicum. par in parem non habet imperium. l. Nam Magistrat. de recept. arbit. ff. l. ille a quo. §. tēpestiuū ad S.C. Trebel. ff. Fallit ubi interueniret inter pares iudices pueñtio Soc. cons. 238. Nisi unus præoccupet iurisdictionem alterius. Marsil. in d. consil. 490.

Tertiò, ex consilio Tridentino sess. 24. c. 24. inhibitio concedi non potest in causis ecclesiasticis, nisi appellatū fuerit à diffinitiua, uel ab habēte uim diffinitiue, cuius grauamen nequeat per diffinitiuam reparari, exceptis quibusdam casibus, de quibus ibi

Quartò,

Quartò, notandum, quod si Iudex ad quem appellatum est, inhibuit Iudici à quo, & postea causa est deserta, Iudex à quo potest sententiã suam exequi, non obstante illa inhibitione. arg. notator. per Bartolum ad l. si contra. C. de appellat.

Cap. XV.

De appellatione à citatione.

SVMMARIA.

1 *A citatione iure ciuili appellare regulariter nõ licet.*
2 *Ratio prima, quia eo iure ante sententiam non appellatur.*
3 *Alia, quod grauamen reparari à Iudice possit.*
4 *Iure Pontificio licet appellare.*
5 *Si grauetur citatus à breui termino comparendi.*
6 *Si ad locum suspectum & non tutum uocetur.*
7 *Si notoriè appareat uocatio nulla ex causis positis.*
8 *Vt si exemptio uocati esset notoria.*
9 *Puta, quod sit in corpore iuris clausa.*
10 *Si quis citetur per præconem more fugitiuorum, qui potuit citari per literas, aut per nuncium, appellat.*

QVAESTIO † quotidiana 13. loco proponitur, 1 num à citatione seu uocatione in ius liceat appellare. Et pro regula dicitur, non licere de iure ciuili. Tractat Bar. ad l. 2. n. 12. de appel. recip. ff. Bald. ad l. 2. de Episc. audient. C. Innoc. ad c. præsent. de rescript. Tractat & idem Bal. in consi. 323. num possit appellari à nuncio citante.

Ratio † prior, quia iure ciuili non valet appellatio 2 ante sententiam diffinitiuã. l. ante sententiam quo-

rum appellat.non recip. C.l.2. C. de episc.audient. l.apertissimi.C.de iudic.

3 2. Quia † grauamen tale sit, quod possit reuocari comparente citato:ideò appellari nequit.l.1.§.quę situ.de appellat.ff.

3. Quod uocatus de iure,quãuis priuilegiatus debeat comparere,causas suas allegaturus,& priuilegia si quæ habeat.l.2. si quis in ius vocatus nõ ierit. ff.l si quis ex aliena.de iurisd.om.iud.aliter si nõ uenerit, efficitur contumax:& cõtumax appellare nõ põt.l.1.C.quorum appellat. non recipiant. lib.7.tit. 65.l.ex consensu litigantiũ.23.§.fin. de appel. ff.ut dicemus postea latius in quæstione, nũm cõtumax appellare possit, Deo iuuãte. Hinc pragmatici dñt, à ꝑparatoriis iudicii appellari nõ posse, saltẽ ut ex illa appellatione impediatur iudicis à quo, officiũ & executio:ut & docuimus in appellatione ab interlocutoria in exceptione decima,& seq.qñ à præhensionis uel carcerationis decreto appellatum est.

4 Iure † Pontificio porro licet appellare, cum & illo iure ab oĩ grauamine permittat. Et exẽpla quoque, q̃ proponũtur à Bar.ad l.2.nu.12.de appel.recipiẽ. videntur habere æquitatis rationem cur admittat.

5 Primò,† quando quis in citatione grauatur,assignã do nimium breuem terminum ad comparẽdũ,per. c.1.de dilationib.Poterit enim hæc appellatio darę excusationem contumaciæ.

6 2. Si quis† per citationem vocet ut ueniat ad locũ suspectum,ut in c.ex parte in 1. de app. Tunc enim secundũ Innocent.ad d.c.ex parte. nec venire tenetur,ut Imol.ad l.recusare.§. si q̃s in alio.ad S.C.Trebellian.Tale enim grauamẽ est,quod nequeat repa-

rari

rari in diffinitiua, ideo ualet. Cle. pastoralis. de sen. & re iu. in Cle. ubi gl. ad verbū (Notorio) ait, nec tale citationē ēt sine appellatione arctare citatum ad cōparendū. & Spec. li. 2. partic. 1. sub tit. de citatione. §. 1. n. 10. & seq. vbi ponit & probat casus, in qb. citatus nō tenetur venire. Inno. & Hostiensis ad c. 2. de dilat. Quis enim auderet, uel qua ratione quis audere teneretur, cōsistorij suspecti uel inimici subire iudiciū, & se in hostiū sinu reponere? ac ad mortē p violentā iniuriā, non per iustitiā inferendam vltroneū se offerre? d. Cle. pastoralis §. Esto igitur. de sen. & re iu. & addit, hæc quidē iure tenetur, hæc de more uitatur, hæc humana fugit ratio, hæc abhorret natura. Desiperet igitur, qui citationē huiusmodi saperet arctasse citatū, &, ut ait Ouidius 2. de remedio amoris; Quæ nimis apparent retia uitat auis. Ea dē decidunt in c. 4. ut lite nō cont. non procedat. ad test. examl. li. 2. tit. 6. c. hortamur. 3. q. 9. l. si lōgius. de iudic. ff. l. si cum dies. §. si arbiter. de recep. arbitr. ff.

3. Si † in citatione aliquid manifeste contineatur, propter quod non teneatur ire ad Iudicem citatus, appellari potest: maxime, quia notoriè apparet, nullam esse citationem uel ratione priuilegii personæ, uel ratione rei, & quod non teneatur ire ad Iudicem. l. si cum dies. §. penult. de recep. arbitr. ff. l. 2. si quis in ius vocat. non ierit. Innocentius plene ad cap. 2. de dilationibus. Et si notum est Iudici, quod ire non teneatur vocatus, nulla est citatio. quia non fit de subditis uel alia de causa. d. Cle. pastoralis. l. quæsitū de re iudic. ff.

Quod si notū non sit teneretur quidē venire uocatus, priuilegiū suum allegaturus, per l. 2. si quis in

ius vocat.non ierit.l.si quis ex aliena.de iurisd.om. iud.Verum qui securus est de sua causa poterit appellare. alioquin si non appellaret, & Iudex qui eũ vocauit, ignoraret: esset contumax non veniendo, vel non mittendo,c.si duob.7.de appellat.

8 Controuertitur † ẽt num, qñ exemptio à iurisdictione est notoria, an quis teneatur citatus cõparere.Nam Hostiẽsis & Dd.ad c.Cum ordinẽ de rescr. vr asserere,non teneri per d. Clem.pastoralis. Sed Imola ibidem contrarium vr dicere:quia notorium non releuat ab onere probandi. l.ciues. C. de appellat.& respondet ad Clem.pastoralis.quod ibi nõ tenebatur comparere, quia citatio facta erat ad locũ non tutũ.Secus,inquit, qñ ad locum tutũ esset facta,per c.accedens.4.vt lite nõ cont. Facit quod ait Paul.de Leaza.ad Cle.1.de excess.prælat.quod clericus exẽptus tenetur comparere ab ordinario Iudice vocatus,priuilegiũ suum allegaturus.alias cõtra eum tenet sñia ordinarij,c. Cum persona.de priuil. in 6.Arbitror ego,vt etiam Paul.de Leaz.d.loco ait, si exemptio esset notoria, non teneri comparere, vt in c.si Episcopus.2.q.6.& c.veniens.de accusation.

9 Quare † infert Ancharanus ad dictam Clemen.1. quod clericus citatus à seculari non tenetur comparere,ex quo eius exemptio est in corpore clausa,& per consequens notoria.c.Nullus.de foro comp. Faciunt notata ad cap.conuenit.23.q.8. & Spec.d.tit. de citatione.§.1.ad finem vers.Sed pone.Adde l.fi. de iurisd.omn.iud.ff.quod ius dicenti extra territorium impune non paretur.

10 4.Dicitur † grauari aliquem,qui potest citari à iudice per nuncium aut per literas, si citetur per edi-

ctum

ctũ publice propoſitũ extra caſus Cle. 1. de iudic. ideo appellari poſſe. Sic ait Bart. in gloſ. ad extraua gantem, ciuile, incipientem, Ad reprimẽdã quomo do in crim. leſæ majeſt. procedendũ ſit ad uerbũ (p edictum) Sed Imola tenet contrarium in l. 4. §. Prætor de damno infect. Ego tamẽ accedo Bartolo qa hæc citatio per edictũ, eſt quodãmodo famoſa, nõ minus, quam quando ex edicto bona poſſidentur eius, cuius proſcribitur nomen in locis publicis, vt ait Cicero. Et tantum cõtra vagos, & incerti domi cilij, uel contumaces fit hæc citatio. l. ad peremptorium. 68. cũ quinque ſequentib. de iud. ff. c. ex tuæ. 11. de cler. non reſid. libr. 3. ti. 4. cum ſimilib. neque etiam omnibus iudicibus licet per edictum publi cum uocare. Bald. in l. 2. C. quomodo, & quando Iu dex. Tractatur, & ſingulari quodam iure de hac ci tatione per edictum in Authentic. qui ſemel eod. tit. quomodo, & qnando iudex. & Authent. ſi uerò de crimine. C. ad legem Corneliam de falſ. Et infa mia facti grauatur, qui per edictum in criminali re quiritur in l. fin. de requir. reis. lib. 9. C. tit. 40.

Cap. XVI.

Num à nulla ſentententia appellatio ſit licita.

SVMMARIA.

1. *A ſententia nulla ſuperuacua iure reputat appellatio, & nullitatis exempla referuntur.*
2. *Alia ex Speculatore.*
3. *A nulla nemo tenetur appellare ſententia neque ea tranſit in rem iudicatam. Tutius tñ eſt appellare.*
4. *Ratio prohibita appellationis, quia nullum non dici tur emendari nec rumpi.*

5 *In Gallia tamen a nullis est appellandum, & rationes afferuntur.*
6 *Appellationis nulla sententia tres sunt effectus.*
7 *Coram quo nullitas tractari debeat.*
8 *Et usque ad quod tempus.*
9 *An appellationis, & nullitatis causa simul tractent.*
10 *Quare in Gallia, & iure Pontificio a sententia nulla appellandum sit.*

1 DECIMO QVARTO † iura superuacaneũ aut nõ interponendam existimant appellationem à sententia nulla, in l. si constet. 12. de appellat. ff. Si constet nullo actu ex lege habito duum uirum creatum, sed tantum vocibus populariuin postulatum eisq; tũc proconsulẽ, quod facere non debuit, consensisse, appellatio in re aperta superuacanea fuit, In l. unic. q pro sua iurisd. iudices dare dariue possunt. lib. 3. C. tit. 4. delegatorũ iudicium, qui dari non poterant, sentẽtiæ nullius momenti sunt, ut nec appellandi necessitas uictis aduersus eas sententias imponatur. In l. 1. quand. prou. non est necess. li. 7. C. ti. 64 sentẽtia sine prouocatione nulla est, quæ cõtra aliã sententiam, a quo prouocatum non erat, lata fuit. Idem in libr. eclogæ. Basilicorũ. 29. ti. 1. C. 128. & in l. 1. sente. rescind. non posse. C. Atque in l. 2. C. quando prou. non est necess. c. sentẽtia iudicis manifestũ iuris cõtinens errorem, sine prouocatione nulla est, vt in l. si expressum. de appel. ff. Sententia expressum continens errorem contra ius uel senatusconsultum, uel constitutionem, sine appellatione retractatur. Idem in l. 1. quæ sententiæ sine appel. rescin. libr. 49. ff. tit. 8.

2 Afferuntur † à Speculatore plura exempla nullæ senten-

sentētię, quæ possit esse sine appellatione inutilis li. 2. partic. 3. de appellation. §. 2. n. 18. titu. de sentētiæ prolatione. §. iuxta propositū. vt puta, si nō cōtineat absolutionem. l. 1. de re iud. Si sit lata prætermissio iuris ordine. l. 4. de sentent. & inter loc. omn. iud. Si con tra ius scriptum. l. si expressum. de appell. ff. l. Non dubium. C. de legibus.

Si plures iudices dati sunt, & unus solus cognoscat l. 4. quand. prou. nō est necess. C. Si Iudex nō obseruat modum præscriptū mulctādi. Si sententia sit uenialis. l. venales. C. quādo prouoc. non est necesse. Si intra diē ad iudicandum datū non sit iudicatū, l. cum non eo die. C. eo. ti. Cum procurator, etiam Cæsaris, qui partibus non fungebatur, in lite priuatorū ius iudicis dandi non haberet, frustra prouocatum ab ea sententia cōstitit, quæ non tenebat, ait l. ex cōsensu. de appellation. ff. Sic ius dicēti extra iurisdictionem suam impune nō paretur sine prouocatione. l. fi. de iurisd. omniū iudic. ff. l. 1. si à non cō pet. iudice iudicatā fuisse dicatur li. 7. C. ti. 48. vt & citra prouocationē, ut nulla sententia contemnitur, q̄ cōtra mortuū prolata est. l. 2. fin. quæ sentent. sine appel. rescind. ff. l. 1. Si pendēte appellatione mors interuenerit. C. l. in sentētiis. 59. in fi. de re iudi. ff. l. de qua re. 74. §. fi. de iudi. ff. l. Neratius cōsultus. 191 de reg. iuris ff. Item, si impossibile sit præceptū iudicis, quod ideo per se nullum efficitur absque alia prouocatione l. fi. quæ sentē. sine appell. rescind. ff. si contra absentes iudicatū. l. de unoquoque. 47. de re iud. ff. l. ea quæ 7. C. quomodo, & quando Iudex.

Modos, etiam, quibus nulla dicitur sententiæ tradit Nepos de mōte Albano, in libr. q. fugitius dicit,

vel

vel exceptionem tit. 12. de exceptionib. contra dif finitiuas sententias qui consulendus est.

3 Nemo tenetur à sententia nulla appellare c. 1. de re iudicat. Tamen Panormit. in practica. c. 9 18. num. 8. ait sententiam nullam non transire in rē iudicatam, per cap. 1. de re iudic. iniustam aute trāsire. Solet tamen distingui. Quādoque enim sentētia est nulla, & non seruatur, ut si contra ius constitutionis lata est expressè. Quandoque est nulla, sed seruatur, donec de nullitate constet? vt si est lata p falsos testes, uel per falsa instrumenta; quia illa est nulla in ueritate, sed est aliqua in opinione: de quo in c. cū venerabilis de exceptionibus. Quandoque nulla est, & trāsit in rē iudicatā post 30. ānos, ut ibi notat, & de quo p Hostiēsem in c. cū Bar. de re ind.

4 Ratio superioris axiomatis, quia finis permissionis appellationis est, emendari iniquitatem, & iniustitiam sententiæ, ut diximus ab initio ex principio l. 1. huius tituli de appellationibus in ff. & ita extinguere pronūciatum. l. 1. §. fi. ad senatuscōs. Tertyll. lib. 38. ff. tit. 17. Cæterum, quod nullum est, rumpi vel emēdari nequit. d. l. 1. §. fi. ad Tertyll. quod ait, inquit, Senatus, quæ iudicata, transacta finitaue sunt, rata sunt, rata maneant, ita intelligere oportet, ut iudicata accipere debeamus, ab eo, cui iudicandi ius fuit. Atq. in l. Nā etsi sub conditione. 5. de iniusto rupto. libro 28. ff. tit. 3. gradus rumpi nō dicitur qui non est ca. ad disoluendum. de despōs. im pub. & non entis, seu non existentis nullæ sunt qualitates. l. eius q in prouincia, de reb. cred. ff. Quod explicat Alexāder consil. 59. incipiē. uiso titulo quæstionis. volum. 4. & ait, licet à sententia ipso iure

nul la

nulla appellatio nihil operetur ad effectum rescindendi vel suspẽdẽdi ipsam sñiam nullam: tamẽ operatur quoad hoc, vt deuoluat totũ negotiũ, ad Iudicem ad quem, ut possit super nullitate cognoscere, vt legitur & notatur, & posse ita appellari in l. si expressim. de appellat. ff. in l. Carmelia Pia. de iure patronatus. l. quædam mulier, fam. ercisc. ff. capit. dilecto. de appel. cũ ibi notatis per Innoc. Host. & Iohãnem Andream. maxime, qñ simpliciter appellatur, quoniam tunc sub simplici appellatione sententiæ includitur nullitas & iustitia, vt in d. l. Carmelia Pia, & l. quædam mulier. & notat. in l. 1. quand. prouocare non est necess. Alexand. prædicto cons. 59. num. 8. in quo mouet quæstionem Bartholomæus Brixiensis, quęstione ueneràbili 58. num si appelletur à sententia, quæ nulla erat ipso iure, illa confirmetur per appellationẽ? & resoluit non confirmari, quia quod nullum est, ratificari non potest postea, l. quod ab initio de reg. iu. ff. capit. auditis. de electione & expresse vr. hoc dicere l. si expressim de appellat. ff. neque pactum ipso iure nullũ, ratificari potest, l. si tibi decẽ. §. si pactũ de pact. ff. Neque, inquit, obest Lex 3. §. falsus. rem ratam hab. ff. vbi iudicium, quod nullũ erat cum falso procuratore confirmatur per appellationem. Quia ibi sententia tenuit, quantũ ad procuratorem: & erat aliqua, quantum ad eum, vt in l. si se non obtulit, circa principium de re iud. ff.

5 Quamobrem † etiam in Gallia, quamuis sñiæ sint ipso iure nullæ & citra prouocationem: tamen ab illis est appellandum, alioquin mandarẽtur executioni, ut notat Rebuff. in proœ. ordinat. regiarũ, glo. 5, nu. 96. Sic etiam alibi tutius erit appellare, ut

sen-

sententiæ nullæ à superiore declarentur. Sic à sententia nulla ualet appellatio in Clem. 1. de sentent. & re iudic.cap.dilecto.& ibi interpretes de appellat.Bal.ad l.1.in uerbis (Quærunt doctores) de sen. ex pericul.recitand.Speculator in 3.partic.titu. de appellationib.§.1.uers. quidam utuntur.

5 Notat † decisio Rotæ 561.incipiens, Fuit dubitatū,in nouis, quòd appellatio à sententia nulla tres effectus operari potest. 1. quòd causam ad curiam iudicis ad quē appellatur,deuoluit, nedum appellationis,sed totius negotii principalis; maximè, si ei delatū est per Iudicē.ut in c.sæpe. §.saluis.de appel lationib.c.Cordi.eo.tit.in 6.l.4.& l.si.absente.C.de accusat.2.quòd per eā pars appellata citatur,& potest agi de contumacia; si appellans uel appellatus nō cōpareat,& de sumptibus; proximè citatis iuribus.& c.reprehensibilis.§.si aūt.de appel,& sic pōt ius dici super desertione. 3. quia in vim prouocationis pōt appellans prosequi nullitatē sententiæ, à qua appellatur, iuxta notata per Innocentium ad c.dilecto.de appel. quod tamen nō faciet si ea appellatio fuerit deserta.quando videlicet simpliciter appellatum est:aliter si appellatum esset,& in schedula appellationis appositum esset,quòd appellans reseruaret saluum sibi ius dicendi de nullitate tam principaliter quàm accessoriè. Nam per illam clausulā,ab appellatione nullitas eximitur:&,quamuis sit deserta appellatio, tamen remanet integra actio nullitatis.Octauian.Vuestrius.lib.2.introductionis in aulæ Romanæ actionem,c.1.nu.11.Quod si illa exceptio & clausula non exprimatur, censetur cōtinuari causa nullitatis et principaliter deducta cum causa grauami-

uaminis appellationis. Alex. cōs. 2. n. 13. vol. 3. Dec. ad c. Dilecto. nu. 7. de appellat. Notandum aūt est, quod ex simplici appellatione ab interlocutoria grauamen duntaxat, non aūt nullitas deuoluitur. Rota decisione 389. incip. si appelletur, in nouis. Tradunt Doctores ad c. ut debitus. & ca. Romana. de appel. Guido Papæus, tractat. de appellat. q. 67. Diuersum aūt, qñ à diffinitiua appellatur. Tunc enim ad Iudicem appellationis nullitas ēt tacitè deuoluit; adeò, quod Iudex appellationis super vtroque cognoscere pōt. Innoc. & Bald. ad c. dilecto. de appellat. Guido Pap. prædicto tractatu de appellat. q. 46. Bart. ad l. si expressim. de appellat. ff. & ad l. 1. cap. qñ prouocat. non est necesse. Salic. ad l. præses. c. quomodo & quando Iudex. Panorm. ad c. cum Iohannes. in fi. de fide instrum. Alex. in d. consil. 179. incip. Perspectis. vol. 2. Decius cons. 275.

Singulare † est, quod in vsu & praxi dicit esse in Camera imperiali, & alibi Andreas Gaillus li. 1. practicarū obseruat. obseru. 127. q̃ quāuis de iure sit in arbitrio grauati p nullitatē vtrū nullitatē corā eodē iudice qui nullā protulit sñiam, deducere uelit, an corā iudice appellationis, per textū in l. si accusatorib. C. de accusat. & ibi gl. ad uerbum (Eundē) & p l. absentem. C. eo. tit. Fel. in c. per tuas. nu. 8. de sent. exc. Imola in l. iudex. nu. 21. de re iud. ff. Zabarell. in Clem. 1. nu. 9. de sent. & re iud. Hodie tamen ex ūsu fori vbique obtinuisse, quod iudex appellationis, & sic superior, super nullitate principaliter cognoscenda adeatur; præsertim si nullitas ex malitia & iniuria, aut turpitudine iudicis à quo, proueniret; quo casu iniquum esset, ut ipse suæ iniquitatis &

turpitu-

turpitudinis cognitor existeret; & quod alias grauatus ad Iudicem grauantem remitti nō debeat per l. eos, C. de app. & c. pertuas. & ibi Felin. de sentent. excom.

8 Potest † autem nullitas deduci usque ad triginta annos iuxta receptam communem in Camera imperiali sententiam, quia est diuersum remedium ab appellatione, c. inter cęteros, de sent. & re iudic. Et docet idē Gaillus lib. 1. obseru. 135. Ideo fatalia appellationis non imponunt finem nullitati Bald. in l. Sācimus. quo tēpore miles īuest. petere deb. nu. 9. ī feud. Zabarella ad d. Clem. 1. de sent. & re iud. Sali. ad l. si præses, nu. 6. quomodo & quando Iudex. C. Vnde cautela sumitur ab aduocatis Cameræ, ut si intra constitutum appellandi tempus non fuerit prouocatum; aut, si summa, à qua appellatur, non sit cō formis ordinationi recipienti appellationes, uel priuilegio; aut si alia de cā sint exclusi à via appellandi, ratione iniquitatis sententiæ, tunc super nullitate principaliter intentanda libellum supplicē pro citatione exhibere soleant. Ad hoc autem ut huiusmodi citatio decernatur, necesse est, in supplicatione uel instrumento nullitatis, nominatim cās nullitatis exprimere, ad quod Iudex diligenter animaduertere debet iuxta c. vt debitus honor. de app. ca. 1. eo. tit. in 6. Ferra. in formul. appellan. ab interlocutoria, in uerbo causis.

9 Inhibitio † tamen unà cum citatione petita, concedi non debet, quia sententia iam in rem iudicatam transiuit, cuius executio nullitatis prætextu impediri non potest, etiamsi supplicans allegēt notoriam nullitatem; quia nudis narratis non creditur, ut doc

Gail-

Gaillus prædicta obseru. 127. n. 10. & 144. Et præsumitur in sententia interim in c. In præsentia de renunciat. & sicut. §. fi. de sent. & re iudic. capit. bona. in princip. §. mox igitur de elect. Et casus nullitatis est unus ex casibus etiam, in quibus attenta non reuocantur ante omnia, sed tantū expectato euentu, quo obtinuerit quis super nullitate, quia tunc executio, & inde sequuta etiam, tanquam attentata, reuocantur. Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. de pact. Rotæ decis. 280. in nouis incip. (Licet per uiam exceptionis nullitatis) Octouian. Vuestrius. li. 8. introductionis in aulæ Romanæ actionem, c. 1. n. 8.

In Gallia † appellatio recipitur à sententia nulla, quanuis ipso iure non habeat effectum. Aliter enim, si non prouocaretur, demandaretur executioni, ut scribit Rebuffus in procmio ordinationum regiarū, glos. 5. nu. 96.

Iure etiam uidetur pontificio recepta ab interlocutoria nulla, ea tñ lege, ne interim ea impediat executionem: ut in Clem. 1. de sent. & re iud. li. 2. tit. 11. c. dilecto. & ibi interpretes de appellat.

Quanuis enim nulla sit sententia; tamen pro ea præsumitur, vt dixi, nisi interponatur appellatio. Sic intelligitur, nec quidem summos principes statuere posse, ut à sententia ipso iure & notoriè nulla non possit appellari, aut diuersus illam nullitas proponi, aut in integrum restitutio peti, ut ait post Iasonem Ancharanus in 1. quęst. n. 43. in fine.

Cap.

CAP. XVII.

De appellatione ab omissa condemnatione expensarum vel damnorum.

SVMMARIA.

1 *A omissione condemnationis expensarum & dãnorum à appellari possit, remissiue.*

1 PRo casu † decimoquinto quæritur, an Victor propter hoc solum appellet, quod uictus nõ est condemnatus in expensis & damnis, ipso uicto ap lante super principali; & quid etiam si uictus nõ ap pellet? Consule Speculatorem lib. 2. partic. 3. de ap pellat. §. 2. in quibus versi. 24. & sequent. 25. & Ang. consi. 190. apud quos uidebis distinctiones, quãdo possit, & non possit. & Iustinianus in l. fi. quãdo pro uocare non est necesse. lib. 7. C. tit. 64. tradit, quod, si uictus & cõdẽnatus in re, appellat de sententia, quod uictor non potest appellare pro hoc tantummodo, quod nihil capere pro sumptibus litis uel de trimentis, uel minus quàm oportuerat, 7 iussus est. Quia sustinendo sententiam, ipse decisionẽ litis recte factam esse, in sorte principali confiteatur. Glossa tamen ibi ad uerbum Confiteatur notat, quod Iudex teneatur, qui nihil de sumptibus dixit, per l. properandum. §. sin autem alterutra. de iud. C.

Quod si uictus non appellet, aut si appellationi renunciauerit, potest uictor pro non assignatis expensis appellare. Et ita seruari in curia notat Speculator prædicto loco. Sed & potest Iudex appel-

lationis

lationis,q̃ ſuccedit in locum prioris iudicis, ſupple re cõdemnationem omiſſam expenſarum in cauſa principali & appellationis, ut notat idẽ Speculator lib. 2. partic. 3. tit. de expenſis. §. 5. Nunc uidendum n. 6. & 7. & põt addere, demere, ut iuſtũ videbitur. per c. Raynucius. in fi. de teſtam. l. 1. de ſent. quæ ſine certa quantit. proferuntur, C. l. tutor. de vſur. ff.

Cap. XVIII.

De generali propoſita appellatione.

SVMMARIA.

1 *Appellatio generalis ab omni grauamine quocunque tempore poſſet, reiicitur.*
2 *Niſi appellandi ratio in una cauſa alteri poſſit conuenire.*
3 *Vt in una cauſa quoque appellatio permittitur ſuper omni grauamine.*

DEcimo ſexto † reiicĩ appellatio generaliter interpoſita ſuper omni cauſa, quę in quocũq; tẽpore poſſet contra appellantẽ moueri. c. 2. de ap- pel. Quia à futuro grauamine nec cõminato, nec ap parẽte, nõ licet appellare. c. cũ ceſſante. eo. de app. Neq; q̃ appellauit à ſuo iudice vocatus in aliis, q̃a eius inferior dẽt contẽnere venire vel mittere. c. cũ parati eſſemus. 19. eo. tit. Et hodie hoc iure vtimur, inq̃t Vlpianus, ut tametſi appellatio interpoſita ſit, tamẽ apud eundem Iudicẽ, à quo quis prouocauit, compellatur alias cauſas, ſi quas habet, agere. Nec utetur hoc prætextu, quaſi ad offenſum Iudicẽ non debeat experiri, cum poſſit denuò prouocare. l. 1.

apud eum à quo prouoc.aliam causam agere compellendum.lib.49.ff.tit.12.

2 Si † tamen ratio prouocandi in una causa alteri causæ posset conuenire, tunc una causa diceretur, & eadem appellatio esset proponenda: ut si Iudex fuerit recusatus in una lite tanquam suspectus ex sua persona. esset enim & suspectus in alia.

3 Permittitur † etiam appellatio in una causa expressa super omni grauamine.c.consuluit.18.& ibi glo.de appell.per c.vt debitus honor.59.& ca.cum specialis.61.de appellationibus.

Cap. XIX.

De appellatione à determinatis per sortes.

SVMMARIA.

1 *Sors vnde dicatur.neq; per se aliquid mali est.*
2 *Sortes quædam permissæ, & quædam prohibitæ.*
3 *Occultorum indicia olim per sortes, per iudicium fortunæ, & purgationes vulgares.*
4 *Aquæ frigidæ iudicium benedictæ à clericis, ut aqua zeli.*
5 *Monomachiæ vulgaris purgatio & indicium.*
6 *Canonica purgatio inducta in locum vulgarium.*
7 *Ratio inhibitionis purgationis vulgaris.*
8 *Occulta Dei iudicio relinquenda.*
9 *In maxima incertitudine satius indecisum negotium relinquere, quam id iudicio sortis committere.*
10 *Sortium ministerio tamen antiqui usi aliquando in dubijs.*
11 *Et in diuisione rerum, ut & hodie.*
12 *Et concurrentibus iuribus utriq; in re indiuidua.*

13 *Si*

13 Si non conueniant hæredes æquo iure de custodia instrumentorum.
14 Probauit & indicium sortium Diuus Augustinus in fuga eligenda.
15 Et Apostoli in eligendo Diuo Matthia, & ethnici.
16 Electio prælatorum interdum facta per sortes. quæ forma tamen postea iustis rationibus abolita.
17 De rebus curiosis sortes vetitæ.
18 Quæ necessaria sint vt sortium indiciũ permittatur.
19 Sortes improbatæ Homericę, Virgilianæ, &c.
20 In quibus sortes permissæ à iudicio illarum seu fortunæ, non est appellandum. Ratio prima propter rei ambiguitatem.
21 Alia, quia ita inter conuenientes placuerit.
22 Nã & cõtra tertiũ nõ consentiẽtẽ nõ valet indiciũ.
23 Itẽ receptũ propter dubiũ in utramq. partẽ euentũ.
24 Quare permittantur istæ sortes.

DECIMO septimo † occurit q̃stio, num à iudicatis per sortes, uel à determinatis per sortes appellari liceat. Pro qua quæstione, q̃a habet recessus varios cõsideratio sortis, de sorte pauca admonebimus; & deinceps ad solutionẽ de app. facilius breuiterq; pueniemus. Sors à serie dicitur Varroni; & vt ait Festus cum Varrone de lingua latina, sors patrimonium significat; Vnde consortes dicimus, & Dei responsum quod cuiq; accidit in sortiendo: nẽpe, quod unicuiq; contigit per Dei uoluntatem, & alio mõ, dr̃ & sors, ut apud Virgilium li. 4. Aeneid. Nescia mẽs hominum fati sortisq; futuræ. Diuus Augúst. in lib. Psalmorũ, & in Psalm. 30. concione secũda, relatus in canone 1. q. 1. 26. q. 2. sors, inquit, non 1

aliquid mali est, sed res est in dubitatione humana, diuinam indicans uoluntatem.

2 Possunt † esse sortes permissæ, & quædã ꝓhibitę, vel ratione causæ, pro qua mittuntur: uel ratione modi mittendi, vel ratione rerum, quibus pro sorte vtimur habẽda, ut docet gl. in c. 1. ad verbũ Sortes. 26. q. 1. Ratione causæ fuerunt permissæ olim sortes in exquirẽdis reatibus vel reis occultis: ex quorum tamen causa publicus status lędebatur, & Deus irritabatur aduersus populum ob crimẽ non punitum. Tunc enim visum est legitimum, ad iudicium ipsius Dei recurrere, deficientibus remedijs ordinarijs.

Sic Iosua misit sortes pro deprehendendo Achano, qui ex anathemate contra prohibitionem acceperat. Iosuę. 7. sed iussu Dei. Missæ sũt sortes pro deprehensione eius, qui contra prohibitionem Saulis manducandi ante victoriam finitam, manducasset, & detectus Ionathas 1. reg. c. 14. Item, pro deprehẽdendo malefico in naui, suborta tempestate, & cecidit sors super Ionam, Ionæ. c. 1.

3 Erant † olim species indiciorum occultorum per sortes uel indicium fortunæ seu euentus; qui tribuebantur tamen indicio diuino, orationibus, benedictionibus uel superstitionibus quibusdam, interdũ & pactis dæmoniacis præcedentibus. Per probationes dictas quia vulgò fiebant seu per modũ purgationis uel iustificationis, ut ꝑ indicium cãdentis ferri, sicut Honorius 3. meminit & improbat in c. fi. de purgat. vulgar. libro 5. tit. 35. Dum ait, ut si quando quidam de subiectis de crimine aliquo infamaretur, quod domini iurisdictionales cogerent eos ferri cãdẽtis indicium subire, & si illis aliqua exinde

sequere-

sequeretur adustio, ciuilem pœnam infligebant: sin minus, absoluerentur.

4 Per † iudicium aquæ frigidæ, ut in c. ex tuarum. 8. de purgatione canon. li. 5. tit. 34. nẽpe benedictæ, cũ propriis deuotionibus in reos, qui postea bibebant. de quo more & prohibitione facta clericis benedicendi, agitur in c. sñiam. 9. ne cler. uel monach. secul. negot. se immisc. li. 3. ti. 50. ubi in §. fi. nec quisquam purgationi aquę feruentis uel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis aut cõsecrationis impendat. Sicut & olim aqua zeli diris & maledictionibus exorcisabatur ad adulteræ suspectæ & delatæ iudiciũ, qua epota, si nocens erat, interibat: si innocens, innoxia illa ei erat, nu. c. 5.

5 Fiebat † & iudiciũ fortunæ per iudicium monomachiæ seu duelli, & per alia, quę sublata sunt, duabus rationibus, uel q̃ Deus permittebat, ut pp alia peccata, quã ea, quib. accusabantur, deficerent in uulgari probatione, uel necarentur in bello; uel q̃a Deus p illa tentaretur, in c. 1. & fi. de purgat. uulgar. c. monomachia. 2. q. 5. & ex concil. Trid. session. 25. c. 19. de reformat. ubi pœnæ plures, excõicationis, infamiæ, priuationis iurisdictionis, ppetuæ maledictionis, in pugnantis & pmittentis pugnam duelli, spectatores, patrimos pugnantium, cum priuatione sepulturæ, si in duello moriantur, & pœna homicidii, iuxta c. 1. de torneam. c. 2. de cler. pug. in duel.

6 Quare † in locũ harum uulgarium purgationum inducta canonica purgatio per iuramentum exhibitum ab infamato de crimine, quod tale crimẽ, de quo infamatur, non admiserit, adhibitis compurgatorib. numero statuto, pro diuersitate criminũ, qui

iurent se credere uerè eum iurasse; toto tit. de purgatione canonica.

7 Fuit † & alia improbationis inquisitionum per sortes & vulgares probationes ratio.quod crimina debent probationibus manifestis doceri & luce meridiana clarioribus.l.fi.C.de probationib. & actore vel accusatore non probante reus absoluitur.l. frustra.& l.actor.C.de probat.c.accusator.6.q.5.

8 Et † si crimina tam occulta sint, ut probari nequeant,non est tentandus Deus,sed eius iudicio relinquenda cognitio & castigatio, sicut scribit Stephan.5.Pap.Humberto Episcopo Moguntino, & in c.consuluisti.20.2.q.5. qua ratione ibi reijcitur examen aquæ feruentis & ferri candentis.

9 Sed † & in maxima incertitudine satius visum est,pronunciandū esse,non liquere, quam sortirem cōmittere,ut in exemplo l.duo sunt Citij.30. de testament.tutel.li.26.ff.ti.2. Si Titius datus fuerit tutor,& duo sint Titij,nec cōstet,de quo senserit testator,neuter tutor est. & ita rōne ĩcertitudinis euitat̃ sondēnatio,ut in l.27.l.si quis duos.de reb.dubijs. li.34.ff.ti.5.Et qñ in cōcursu probationum per omnia contendentes de possessione pares sunt, & multū impediti dicuntur iudices in ea expediēda. Glossa afferre vr̃ octo remedia,in c.licet cām.19. ad uerba (uti possidetis) de probatio.& glo.ad l.Vnic.uti possidetis.C.inter quæ est tamen illud sortis.

Sed hodie Iudex debet super proposito negotio, quantuncunque dubium sit, aliquid pronunciare iuxta §.Iubemus.nou.125.Vt iudices nō expectent sacras iussiones,neq; iudicium rusticorum diuidat̃, permittitur in dubio. l. Titiæ.36.de legat. 1. Et extat ea

tat ea de re constitutio Francisci Linter publicatas an.domini 1539.Vide Papæũ li.17. rhapsodiæ arre storum,ti.2.ar.5.& to.2.notariorum.li.8.c. *des inter dicts,& actions,& possessoires pour seruitudes.*

Sortium†tñ ministerio etiã usi sunt in iudicando antiqui ethnici,adhibitis tesseris,uel urna & situla, ut est apud Plautũ.Sic Aman misit sortes, quæ phu rim dicuntur,in urnã pro deligendo die interimen dorum Iudæorum, in odium Mardochei.Esther.ca. 3.Cum legio peccasset,addecimabantur, prout sor te decimus quisque succedebat miles, ut doceo fu sius li.34.syntagm.c.5.Marcus Valerius ab Arioui sto captus,ter sortium fauore supplicio ignis exem ptus fertur à Iulio Cæsare,lib.1.commentar.de bel lo Gallico.Romæ post mortem Cæsaris,cum de re munerandis homicidis non satis conuenirent sen tentiæ,sortibus iudicatum. Appianus Alex. lib. 2. Cum etiam captus esset equus præstantissimus ab Alanis,qui centum milliaria in die itineris faceret, & milites cõtenderẽt Romani, cui cederet,Probus imperator sorti commisit,ut eius, cui sors contigis set,esset,ut ait Flauius Vopiscus in eius uita. Sic de veste inconsutili,domini nostri Iesu Christi certanti bus militib.tempore passionis eius,placuit non esse diuidendam,sed sortiendum,cuius esset.d.Iohann. 19.vers.24.Et Leuitici capite 16.statuit Deus, ut in ter alia offerrentur à sacerdote pro tota multitudi ne duo hirci pro peccato,ut sacerdos faceret eos sta re coram domino in ostio tabernaculi testimonij,& mitteret super vtrumque sortem,unam domino,& alteram capro emissario;& cuius exijsset sors domi no,offerret illũ pro peccato,cuius aũt in caprũ emis

sarium, statueret eũ uiuũ coram domino, ut funderet preces super eũ, & mitteret eũ in solitudinem.

11 Vsi † fuerũt quoq; sortibus antiqui in diuisione facta rerum cõmunium, ut eam partem quisque acciperet, quam sors destinasset. Et dictæ sunt sortes diuisoriæ. Sic distributæ partes terræ sanctæ Hebræorum tribubus, nu. 33. Iosuæ 15. Ioseph. lib. 5. antiq. c. 3. ut & hodie fieri solet in diuisionibus eligẽdis. Quare non solent hodie rescindi diuisiones bonorum, quæ fiunt indicio sortis, nec minor restitui. propter verba Vlpiani in l. verũ. 11. §. sciendũ. vers. Item non restituetur. de minorib. 25. annis. li. ff. tit. 4. Item, inquit, non restituetur, qui sobriè rem suam administrans occasione damni non inconsultè accidentis, sed fato, uelit restitui. Nec enim euentus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas. Et iterũ in l. 1. §. si Magistratus. de magistratib. conueniend. li. 27. ff. tit. 8. Magistratus non debẽt futuros casus & fortunam pupillo pręstare. & in l. etsi sine dolo malo. 8. aliàs 9. §. quæsitũ est. de minorib. 25. annis. Districtè, inquit Põponius, probandũ est, in rebus, quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, nõ esse minori aduersus emptorem subueniendum: nisi esset enormis læsio. Tunc enim per officium iudicis rescindi posset emptio. argum. l. maiorib. 2. C. cõmunia vtriusq; iudicii. l. 3. tit. 38. vbi Bal. vel minor appellabit in regno Galliæ ab hac diuisione, dicens, se quidẽ non esse iudicio sortis læsum, sed dolo aduersarii, & dolus reipsa probabit. Sic tradit Rebuff. tractatu de app. ar. 3. gl. vn. nu. 6. & 7. to. 3. cõmentariorũ in constitut. regias. Et maiorib. etiã per fraudẽ, vel dolo, vel perperam sine iudicio factis diuisionibus

bus, solet subueniri. Quia in bonæ fidei iudiciis, qđ inæqualiter factũ esse constiterit, in melius reforma bitur. d. l. maiorib. Tractat. Papæus to. 3. Notariorũ lib. 9. ti. *de restitutions contre priuileges.* fol. 664. nempe si ultra dimidiã sit deceptio & inęqualitas, q̃a diuisio uicẽ emptionis sustinet. l. 1. C. cõmun. utriusq;. iudic. Et in emptione hæc deceptio ꝓ rescissione re quirit. l. 2. de rescind. uendit. C. In Gallia tamẽ uel ad quadrantẽ pretii deceptione facta indulgetur re stitutio, ut ait Papæus dicto loco, & Imbertus in Enchiridio, in uerbo diuisio. & ita seruatur.

12 Quando † etiam utrinque ex parte contendentiũ sunt æqualia priuilegia, merita & iura. indiuidua tamen, & quando non possunt per concursum ab utrisque simul exerceri, ꝑuenitur ad hoc iudicium sortium necessario, ut actus legitimè fiat, potius quam ut omnino pereat ut impediatur.

Exemplũ; in trib. iudiciis seu actionibus, familiæ herciscundæ, cõi diuidundo, finium regundorum, uterq; contendentiũ põt esse actor, si primus agat, & potest esse reus, si ab alio conueniatur. l. in tribus §. fi. de iudic. ff. l. 2. §. fi. cõi diuidundo. ff. l. inter coeredes. §. qui familiæ, famil. hercisc. ff. d. iudiciũ finiũ regund. 2. Sed si uterq; concurrat in agendo, sorte dirimenda quæstio, q̃s aget aut quis defendet. l. sed si ambo. de iud. ff. Quia necessitas iudiciorũ hoc postulat, ut sit actor, & sit reus. l. inter litigãtes. de iud.

Pari modo dũ optio duorum alicui legata est, & ille ante optionem mortuus sit relictis plurib. hæredibus; cum omnes non possint separatim optare, quia uni succedunt, qui solus poterat optare, necessarium est inter cohæredes sorte rem dirimere, si

non

non conueniant,quis eorum optet.l.fi.duob.cõmunia de leg.C.§.optionis.de leg.apud Iustin.

13 Similiter † si nõ cõueniant sponte cohæredes æquo iure, penes quem debeant esse cautiones, quæ vulgo dicuntur instrumenta vel documenta cõmunia sorti res committenda est,ut ille custodiat, quẽ sors ꝑtulerit.l.si quę sint cautiones.famil.hercisc.ff.

14 Probat † in his sortes D. Augustin.in Epistola ad Honoratũ,si inter Dei ministros sit disceptatio,qui eorum persecutionis tempore maneãt, ne fuga fiat omnium,& qui eorum fugiant, ne morte omniũ deseratur Ecclesia.Si aliter hæc disceptatio non potuerit terminari:quantum mihi videtur,qui maneãt & qui fugiãt,sorte deligendi sunt.& rursus in 1.de doctrina Christiana: si cui abundaret quod oporteret dari eis,qui non haberẽt,nec duobus dari possit.Si tibi occurrant duo, quorum neuter alium vel indigentia,vel vrgente aliqua necessitate superaret, nihil iustius faceres,quam ut sorte eligeres, cui dandum esset.quod dari vtrique non posset.

15 Fuerunt † cũ his sortes electiuæ, cum inuocatione diuini auxilij, & iudicij factæ; quemadmodum Samuel ostensurus populo, electum in Regem per Deum Saulem, iussit cõgregari populũ per tribus, domus & familias, & missis sortib. sors cecidit super tribum Beniamin:& missis iterum super cognationes eius tribus, cecidit sors super cognationem Methri, & peruenit vsque ad Saulem filium Kis. 1. Regũ.c.10.vers.11.Et actorum Apostolicorum.c.1. vers.23.Apostoli electuri in locum Iudæ proditoris alium Apostolorum,statuerunt,hoc est, nominarunt duos, Ioseph qui uocabatur Barsabas, qui cognomi-

gnominatus est Iustus, & Matthiam. Et ornantes dixerunt: Tu domine, qui corda nosti omniũ, ostende quem elegeris, ex his duob. unum accipere locũ ministerij huius & apostolatus, de quo prȩuaricatus est Iudas, ut abiret in locũ suum. Et dederũt sortes illis, & cecidit sors super Matthiam Hãc electionem per sortẽ in Republica maximè conuenire tradit Aristoteles lib.4.politicorum.c.14.& 15. quando prius electis duobus uel tribus æquè probis uiris, uel nominatis ad munus & Magistratum, nõ potest nisi unus admitti. Sine controuersia vespasianus sorte nouos iudices eligit, per quos bello capta extra ordinem centumuiralis iudicij bona restituerentur. Suetonius. in eius uita c. 10.

Fuit † aliquando & hæc eligẽdi prȩpositos & beneficiatos obseruata per sortes, forma. sed postea reprobata. c.fi. de sortileg. l. sacris nostris legib. 47. C. de Episc. & cleric. ubi ratio pro eo, quod non sorte, sed præsenti examinatione, eaque accurata agendũ sit in electione prælatorum. 16

2. Diuus Hieronymus ad c. 1. diui Ioannis existimat non esse utendum sortib. in electione exemplo Ionæ aut Matthiȩ: eò quod illa singularia sint exempla, quæ in consequentiam trahenda non sint, Relatum in c. 2. non statim. 26. quæst. 2.

3. Quia formæ electionis faciendæ, datæ sint per conciliũ Lateranense, quæ obseruandæ sunt ut ualeat, aliis prohibitis. in ca. quia propter. de election.

Item, 4. Venerabilis Beda ad ca. 1. Act. apostolic. notat exemplum Matthiæ non esse in consequentiam trahendum in electionibus prælatorum. quod Matthias electus est ita ab Apostolis ante diem pentecostes:

tecostes:quia scilicet nondum erat plenitudo spiritus sancti in Ecclesia effusa. Et septem Diaconi postea electi, non sorte, sed electione discipulorum fuerunt ordinati. Et addit: Si qui tamen necessitate aliqua compulsi, Deum putant sortibus exemplo apostolorum esse consulendum; uideant, hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fusis egisse. in c. Non exemplo Matthiæ.4.26.q.2.

17 Sunt † & curiosæ sortium petitiones & proiectiones, & ab iis, unde non oportet, petitę: quæ etiam damnantur, ut quæ possunt trãsire in abusum & idololatria.c.1.26.q.1.c.non liceat.26.q.5.

18 Vt † enim iudicia sortiũ permittantur, in summa debet esse res pro qua mittuntur sortes, licita, & pmissa: ut pro diuisione, pro ambiguis, quæ ad contumeliam Dei nõ cedunt, non pro uanis aut secularibus, ad quæ dinina oracula non sunt transferenda, ut ait diuus August. ad inquisitiones Ianuarii, epist. 119.c.hi qui de paginis.26.q.2.

Secundo debet esse necessitas determinationis alicuius habendæ: aliter, si nulla sit necessitas & sint alia ordinaria remedia, hoc est tentare Deum, & cõtra pręceptum, Non tentabis dominum Deum tuũ. Deuter.6.d.Matth.cap.4.& esset quærere à Deo signum, ut à quodam histrione; quemadmodum arbitrabatur Herodes se à Christo aliquod signum uisurum. d. Lucæ.c.23.uers.8.Et generatio adultera signum quærit.d.Lucæ.c.11.At in necessitate, quando desunt humana remedia, ad diuina peruenire licet.c.24.quæritur.22.quæst.2.ex d. Augustino.q.26.in Genesim.

3. Vt

3. Vt permissæ sint, debet sperari exitus & iudiciū earum à domino Deo. Sic intelligitur. c. 16. prouerbior. sortes mittuntur in sinum, sed à domino tẽperantur. Et talis sors secundum se non eʒ malū. d. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. Contra, si expectetur sortiū significatio vel exitus ab idolis, uel ex tacito pacto ex sortibus cum dæmone: ut Ezechielis. 21. qñ Rex Babylonis stetit in biuio, in capite duarum uiarum, diuinationem quærens, & commiscens sagittas, interrogauit idola, & exta cōsuluit. Tales sunt sortes, quæ petuntur ab augurijs, dæmonibus, diuinis, stellis, & similibus uanis quibus putatur falso inesse uis diuinandi, quæ prohibetur à Deo: & referuntur in c. Illud, quod est secundum institutionem hominū. 26. q. 2. ex diuo Augustin. lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 19. 20. & 21. facit cap. illos planetarios. 8. & seq. ead. 27. q. 2. l. nemo aruspicibus. 5. de malefic. lib. 9. tit. 18. l. Item, apud Labeonem. 15. §. si quis Astrologus. de iniur. ff.

Sunt† huiusmodi improbatæ & vanissimæ, & idololatriæ plenæ sortes, dictæ Gomericæ, Virgilianæ, Prænestinæ, & aliarum rerum, de quibus si egeas, vide exempla & explicationes. volum. 5. theatri uitæ humanæ lib. 4. de uariis modis diuinationum. Et de sortib. consultoriis, quibus exquirebatur quid agendum esset, & diuinatoriis, quibus inquiritur quid futurum sit. Tales sortes Antiatinæ quæ monuerunt Caligulam ante mortem ut à Cassio caueret: Fuit enim occisus à Cassio chorea. Suetonius in eius uita c. 57.

19

Sic & tales uanas sortes, quæ simpliciter fortunæ cōmittunt & euentus rectè improbat Cicero 2. de

diuinatione. Quid fors est? inquit. Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quib. in reb. temeritas & casus, non ratio, nec consilium ualet. Tota res est inuenta fallaciis aut ad quęstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem.

Sunt sortes futurorum, vel in cognitorum aut dubiorum aliquando ex sacris libris permissæ. cap. hi qui de paginis. 16. q. 2. potius quam ex prophanis, & Virgilii uel Homeri aliorumque uersibus. Sicque Elias sententiam mortis in Ochosiam tulit, 4. Reg. cap. 1. quod mitteret consulere Beelzebub Deum Acaron, num de casu, quo ceciderat per cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Samaria, conualesceret: & quod non consuluisset potius Deū Israel. Sed & istæ, ut periculosæ, sunt uitandæ, ne profanentur sacra oracula, & illis abutamur. Lubrica enim via à curiositate ad lapsum ita uetita, Quemadmodum & aliæ olim probatæ sortes; ne propter assiduitatem earum labatur quis in idololatriam: nempe tribuens plus sortibus; quam Dei prouidentiæ & uoluntati, ut notat gl. ad cap. 1. 26. q. 1. Argumento iuramenti, quod non improbatur, sed eius assiduitas, quæ trahi potest in periurium & Dei offensam. c. & iurabunt. 22. q. 1.

20 His † præfatis pro appellatione sortiū concludēda, occurrit in primis, quod de ea Iason ad l. huiusmodi. §. si is cui. de leg. 1. nu. 16. ait, appellari nō posse à sententia per sortem lata. quia fortuna non habeat superiorem in mundo. Idem dixit Bal. ad l. fin. C. communia de leg. & ibi etiā Iason. Cardin. Alex. in Rubr. de appell. ff. 17. Amb. Opiz. ad l. filius familias. §. diui de legat. 1. Bar. & alii ad l. diuisionis. de

pactis

pactis.ff.l.fi.comm.diuid.C.Sunt.n. casus ita ambigui in iure, ut, ne uideatur iniustè alter alteri præferri, cum uideatur vtriusque par ius, sed quod uni sine consensu alterius concedi non possit, ad sortis iudicium sit recurrendum. quemadmodum in d. l. fi. in princip. communia de legat. si electio plurium rerum legatario relicta fuerit, & contendatur, quis eorum nomine defuncti eligere debeat. Sancimus, inquit Iustinianus, in omnibus huiusmodi casibus rei Iudicem fortunam esse, & inter altercantes sortem adhibendam, ut quem sors prætulerit, is quidē habeat potestatem eligendi, cæteris autem destinationem præstet contingentium eis partium. Sic dū hoc iudicio sortis utimur in specie, l. si quæ sint cautiones. familiæ erciscundæ. ff. l. sed cum ambo. de iudic. ff. cum similib.

Est † & alia ratio, quare nō appelletur à iudicio sortis, quod inter contendentes placuerit, ut ita res sorte dirimatur: & sic ex consensu ab illo iudicio ꝙ elegerunt, appellare nequeunt; cum non possint reprobare iudicem electum, cū iudicandi ex arbitrio potestate: ut diximus in arbitrio ex compromisso, & in iureiurando delato & acceptato. 21

Sed † & facilioris iudicii & actus causa ita placuit. Alioquin enim, si non conuenirent de sortis iudicio, se mutuo impedirent pares, & ita neuter ad rem perueniret. l. 2. §. fi. quib. modis vsusfruct. amittat. Alioquin etiam iudicium sortis commissæ contra tertium & non consentientem, non ei præiudicaret. §. sin autem de satisdat. tutor. ff. Hic adde quę diximus de indicio sortium, & in quib. indicia illa ꝓbata fuerint, in li. 34. syntagmatis. c. 5. Loquimur 22

autem

autem hic de probato, non de reprobato iudicio & de permissis sortibus. Sic, quod veluti fortuito accidit, æquo animo ferendum est, ut quod naturaliter aduenit in cõditione naturaliter mutata fundi, siue ex ea mutatione melior, siue deterior facta fuerit. Vtrumque enim ferendum est, ut ait Paulus in l. 2. §. apud Namusam. de aqua pluuia arcenda. libro 39. ff. titul. 3.

23 Poterit † & quarta esse ratio, quod quando aliquid habet dubium euẽtum, in fauorem alterutrius partis, non inspicitur tam euentus, quàm quod potuit euenire pro alterutro, ut in l. si pater puellæ. C. de inoffi. testam. l. si ea lege. 17. de vsuris lib. 4. C. ti. 32. Si ea lege mater tua possessionem apud creditorem suum obligauit, ut fructus in vicem vsurarum consequeretur obtentu maioris percepti emolumẽti, propter incertum fructuum euentum rescindi placita non possunt.

24 Porrò, † ut dictum, permittuntur istæ sortes ob necessitatem, & causa pacis, & ad minuendas lites. Quando concurrunt paria iura, paria merita, utrinque aperta & sine cõtrouersia, sed vnus tantum potest ea exercere, alioquin si vterque uellet vti, se mutuo impedirent. quo casu electio sorti committitur, & ueluti iudicio diuino.

Potest & alia quinta ratio dari, cur appellari à iudicio sortis in dubiis permissæ non licet prouocare, quod Dei iudicium uidetur. cap. 1. 26. quæst. 2. Ideò nequit à sententia Dei prouocari.

CAPVT

CAP. XX.

Num appellari poſſit a ſententia lata à Iudice cui poteſtas data eſt iudicandi appellatione remota.

SVMMARIA.

1 *Appellare non licet a iudicibus datis, appellatione remota.*
2 *Niſi in caſibus in quibus permittitur.*
3 *At iure Pontificio non obſtante illa clauſula licet niſi ſit appellatio friuola, &c.*
4 *Sed & a ſubdelegato o legato ſub illa clauſula, ea nõ obſtante appellatur.*
5 *Nec etiam illa clauſula excludit ab appellatione tertium non comprehenſum in reſcripto.*
6 *Nec etiam quo minus a tali iudicio poſſit per querelam conqueri.*
7 *Sed et clauſula, Appellatione remota, habet ut iudex non teneatur eam admittere, non autem prohibet, quo minus ea poſſit fieri.*
8 *Ideo, ſi iuſta ſuperiori uideatur, non obeſt appellanti, quo minus admittatur denegatio Iudicis a quo.*
9 *In ſtatuti iudicium ſtatutum appellatione remota, quando ex eo appellatio poſſit inhiberi, &, quid ſi in reſcripti articulo talis clauſula ponatur, num ad alios extendatur.*
In Gallia hæc clauſula in reſcriptis prohibet omnino appellari.
10 *Solus Papa, aut princeps, poteſt hanc clauſulam, appellatione remota, adiicere.*
11 *Effectus huius clauſulæ.*

12 Sed cur possit Princeps hanc ponere clausulam sub motis dubiis, docetur.

DEcimo octauo† impediri uidetur appellatio, 1 quādo iudices dati sunt appellatione remota uel a lege, uel à principe: quales sunt iudices, à quibus appellare non licet, ut dicemus inc. quo appellari possint maiores, Senatus, Princeps, & similes. de quib. postea Nunc tantum de iudicibus delegatis agimus, quorū mādata habent, ut de causa sibi commissa & delegata, in specie, cognoscant, cum clausula. Appellatione remota, quæ tñ opponit in delegatione facta a principe supremo temporali, uel a summo pōtifice, qui supra ius sunt, ut dispensare, temperare, & interpretari, & tollere ius commune positiuum possint. Id enim habet autoritas principis supremi, in l. 1. & fin. C. de legibus. ut populus liber. l. de quib. de legib. ff. & summus Pontifex, in c. proposuit. de concess. præben. c. per uenerabilem, qui filii sint legitimi. Dicemus ergo à Iudice ita dato appellari nō posse, c distinctione, de qua postea. Et inquit Vlpianus in l. §. fi. a quid. appellat. non licet. lib. 49. ff. tit. 2.

Interdum Imperator ita solet Iudicem dare, ne liceat ab eo prouocare, ut scio sæpissime a diuo Marco iudices datos. An & alio possit ita Iudicem dare, uidebimus. Et puto non posse, quia alius, quam supremus princeps, non potest tollere ius tertii ēt cum causa. Doctores ad c. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitution. Alex. cons. 1. in 5. uolum. Neque inferior potest tollere legem superioris. c. cū inferior. de maiorit. & obedient. nisi forsan consentiant

ſentiant litigantes,qui pacto poſſunt renũciare futuræ appellationi.l.fi.§.fi.de tempore app.C.Idem in c.ſuper quæſtionum.27.§.ſi verò.de offi. delegati.lib.1.tit.29.Si potuit igitur prohibere,nõ dẽt appellatio admitti,poſtquã cõmiſſa ita eſt cã,Appellatione remota.c.1.de reſcr.Facit & poteſtas uel uolũtas principis,ne ẽt omnino à iudicibus qbuſdam appellare liceat,vt nec à Senatu,nec à præſidialib.

Ad†illam regulam primam datur temperamentum in c.paſtoralis.53.de appellat.vt non obſtante clauſula,Appellatione remota,ſecundum illam decretalem liceat appellare,in caſibus, in quibus ius permittit à reſcripto appellationem, quorum aliquos enumerat ibi gloſſa ad verbum expreſſe: vt ſi locum non tutum litigantibus adire iubeat Iudex. cap.ex parte.47.de appellationib. ſi non admittat recuſationes.c.poſtremo.36.eo.tit.Sunt & aliæ, ijs ſimiles permiſſæ in iure,quæ non cenſentur remotæ,niſi dicatur,Omni appellatione remota.quia abſolutè tunc videtur reiecta omnis appellatio, cum princeps poſſit tollere appellationem.l.1.in fine à quib.appellare non liceat.Pan.& Decius ad Rubr. de app.Remouetur porrò,ſi nõ ſit notorium grauamen.Nam ſi notorium ſit grauamẽ,ex quo permiſſa eſt in iure appellatio , ea non tollitur etiam per clauſulam,Omni appellatione remota.gloſſ.iuncto textu ad c.ex conqueſtione.de reſtit.ſpoliatorũ.Panorm.ad c.paſtoralis.in princ.de appel.Decius tamen ibi tenet contra communem aliter ſententiã; quam ego lubens ſequerer:quia aliud remedium ſupereſt retractationis . ſicuti etiam non dubitatur, clauſulã illam adiectã reſcripto.omni appellatione

remota, ex consensu partium, inhibere omnem ap pellationem. Perus. ad d.c. pastoralis. in princip. de app. Fel. ad c. Pastoralis. §. fi. col. 1. de offi. delegati.

3 2. Explicat † eadem glossa ex iure alio nouo. ca. ut debitus honor. de app. siue fuerit appellatio remota siue non; siue expressè fuerit permissum appellare, siue non, recipiendam iure pontificio per illud c. dummodo causæ sit probabilis appellandi. Atq; intelligitur illa clausula, remouere tantum appellationes friuolas, dū apponitur rescriptis summi pontificis. ut clausula, recusatione remota. Ias. ad l. apertissimi. C. de iud. Ita non impedit.

3. Etiam clausula prædicta, appellationem ex notorio grauamine interpositam. c. ex conquestione. 10. & ibi gl. ad verb. (post appellationem) de restit. spoliatorum. li. 2. ti. 13. Si manifesta sit iniustitia, Alex. consil. 106. nu. 27. lib. 3. & consil. 77. numer. 7. eodem li. 3. consiliorum. Ita à delegato ad correctionem cum clausula, Appellatione remota, appellatur, si excedat in correctione, in ca. reprehensibilis. 26. de app. c. licet in corrigendis. de offi. ordin. columna 4.

4 4. Intelligitur † ex clausula uetante appellationem, si delegatus cognoscat, non autem si delegatus cū hac clausula subdeleget. Nam ab eo subdelegato appellari poterit. c. super quæstionum. 27. §. si uero, de offic. delegat.

5 5. Potest † & tertius non comprehensus in rescripto appellare à delegato, cum clausula ea, in quantum sua interest. c. super eo. 15. eo. tit. de offi. deleg. quo loci glossa suggerit rationes. & Gaillus libr. 1. obseruat. 70. num. 12. plenè Bart. ad l. 1. §. Interdum

â quibus

à quibus appellare non licet.ff.num.4.& Angel.5.

Clausula, †appellatione remota, non prohibet, 6 quo minus damnatus possit conqueri per uiam querelæ,ut tractant interpretes in cap.1.de rescription l.non distinguemus.§.cum quidā.de recept. arbitr.ff.quia(ut diximus antea) contra sententias etiam à quibus appellari nequit,querela,& alia extraodinaria remedia permittuntur.

Speculator†lib 2.partic.3.tit.de appellatiō.§. 2. 7 numer.32.Tu dic,inquit,quod dicitur in decretali Pastoralis,53.de appellationib. quod p remotionem appellationis quælibet appellatio, quæ non sit expresse in iure indulta,intelligitur remota, uerum est,quantum ad Iudicem, ut non teneatur eidē ferre,nisi uelit,& non quantum ad partem.Nam pars, quandocunque grauetur, benè poterit appellare, licet grauamen non sit in iure expressum. Atque Iudex,qui appellationem recipit potest reuocare postea factum.c.sæpe.§.quod si forsitan.de appellation.quia factū iudicis negantis nō debet officere iustitię litigantis. Et de intentione uidetur committentis esse,& remouentis appellationem,ut Iustitia suum consequatur effectum.ca.secundò requiris.de appellationib.& quod pręsumit de uirtutibus eius cui committit,per l.unic.de offic.præfect. prætorio.ff.Quare si illa persona aliter pcedat,quā ratio uelit, secundum intentionem committentis, æquum est, grauamen reparari,ut dicitur de granamine illato ab eo cui commissa est causa iudicanda, secundum suam côscientiam.Gloss.in Clem.1. de iure patronatus ad uerb.Oneramus.Panorm.ad c.Pastoralis.53.& 14.de appellat.

8 Per† clausulam tamen, Appellatione remota, inhibetur non tantum frustratoria appellatio. sed omnis alia, quæ à iure expresè non indulgetur. Verum si appellans fuerit iniustè grauatus, poterit huiusmodi grauamen per superiorem remoueri. cap. pastoralis. 53. de app. nec debet obesse appellanti, quod à Iudice à quo non fuerit eius appellationi delatum, cum appellatio eius iusta fuerit. ca. ei qui. §. appellatore. 2. quæst. 6. c. sæpe de appellat. Differt autem hæc delegatio causæ cum clausula, appellatione remota, ab alia delegatione sine clausula: qđ in hac licet appelletur ex grauamine iusto, non impeditur officium Iudicis delegati, uel eius executio, c. super quæstionum. 27. de officio delegati.

At in alia, quæ sine ea clausula facta est appellatione nō friuola interposita, siue ea reijciatur à delegato Iudice, siue admittatur, semper quiescit eius officium, & in præiudicium appellationis nihil fieri debet, sed omnia sine innouatione in eodem statu permanere debent. l. 3. C. de app. l. 1. nihil nouari app. pendent. lib. 49. tit. 7. l. sciendum est. 6. de appellation. recipiend. ff. nouella 134. cap. 3. in fine. Masuerius in praxi tit. 37. de app. §. 26. Item, quando, inquit, dicitur in literis regiis, non obstante appellatione, istud est intelligendum de appellatione friuola. Et hoc si exprimitur in literis prædictis. Et de hac notatur in c. pastoralis. & c. ut debitus honor. de appellat. & c. pastoralis. de offic. delegat.

9 Potest † & apponi in statutis, vt quippiam fiat, appellatione remota, si modo potestas condendi cum tali clausula penes disponentes sit, sine præiudicio superiores. & ex eo remouetur effectus appellationis,

pellationis,non secus,quam per clausulam rescripti;nempe,ne appellatio suspendat negotium, aut non deuoluat ad superiorem, ad quem prouocatur.d.c.pastoralis.de appell.cũ ibi notatis.Panorm. ad c.ad reprimendam.de offic.ordin.

Et si per rescriptum committantur plures articuli connexi,& in uno remoueatur expressè appellatio,censetur,& remota in aliis,ut in illis non admittatur.c.secundo requiris.41.de appellation.tamẽ si negotia diuersa sunt,in uno prohibita, in aliis non censetur prohibita.c.innotuit de arbitr.

In Gallia seruatur,ut quando in rescripto principis inhibetur appellatio à Principe, licet tantum uideatur friuola per iura sublata, per cap.pastoralis.de appellationib.ut nõ soleat omnino appellari Rebuffus tractatu de appell.artic.7.gloss.1.n.26.

Notat† Panormit.ad c.pastoralis.53.nume.4.de appellation.solum papam,& Principem posse cum clausula, Appellatione remota.delegare;alios non posse iudices.papam talem solum in spiritualibus, & Imperatorem in temporalibus.quia inferior non potest tollere ius alterius,secũdũ c.super quæstionum.de offic.delegat.

Tamen inquit Panormitan.nota glossam ad l.fin. C.de sentẽt.& interlocutor.omnium iudic.ut solus Princeps possit remouere appellationem diffinitiua:licet respectu interlocutoriæ, hoc poterit facere comittendo alteri causam. Mouetur illa glossa per textum illius legis,quam ibi sequitur Bartol. Sed idẽ Bart.ad l.1.à quibus appellar.nõ licet.ff.uidetur restringere illam sentẽtiam,ut possit inferior quidẽ subdelegare.Apellatione remota,scil.frustra

toria,non alia. Primo,quia nec ipse, qui causam commisit, posset denegare illam appellanti. alioquin puniretur.cap.de priore.de appellat.Itē,quia non potest in præiudicium superioris.c.uenientes. de iureiurand.Tamen Panorm.non consentit omnino propter prædictā.l.fin.C.de sentent.& interloc. omnium iud.sed ait,& inferiorem principem posse committere cum hac clausula, uerum illius effectū esse,ut quam posset ipse recusare,possit in uim commissionis,& Iudex datus.

11 Prædicto† loco Panorm.num.9.& 10.refert tres effectus huius clausulæ.Appellatione remota.

1.Quod,quando proceditur ex rescripto cū illa clausula,non tenetur Iudex appellationi deferre, unde talis appellatio non suspendit Iudicis à quo appellatur, iurisdictionem, & ideo potest, antequā appellatio recipiatur à superiore, suā sētentiā exequi.c. Pastoralis.§.præterea.de offic.delegati.

2.Effectus,quod iudex nō deferens appellationi huic,quantumcunque probabili, non punietur, ex quo a iure expressè non indulgetur quia faciens autoritate iuris non peccat.l.Gracchus.c.ad l.Iul.de adulter.c.qui peccat.93.q.4.

3.Respectu reuocationis attentatorum post appellationem.Nam taliter attentata non reuocabuntur per uiam attentati,id est,nullitatis.quia ex quo non erit suspensa iurisdictio Iudicis per talem appellationem, tenuerunt gesta.licet possint per superiorem reuocari potius per uiam quærele quam nullitatis.

12 Videretur† tamen prima fronte, quod Princeps etiam nō possit appellationis potestatē tollere,quæ

de iure

de iure naturali censetur, cum sit quædam defensio & præsidiũ innocẽtiæ, c. cum speciali. & c. suggestũ. 10 de appe. quia, ut diximus, fuit præcipuè inuenta ad corrigendã iniquitatem iudicis. l. 1. de appellat. uel ad supplenda omisse. in l. per hanc. C. de tẽporib. appel. c. Cũ Iohannes. de fide instrument. Et princeps non potest tollere ea, quæ sunt iuris naturalis, & gẽtium. Ce. pastoralis, de re iud. l. eas. de c. dimin. ff.

Cæterum occurri huic dubitationi potest, admittendo, quod defensio sit iuris naturalis, & probãda sit, si intra fines permissos se contineat, cum moderamine inculpatę tutelæ. l. 3. de iust. & iure. l. 1. undę ui. lib. 8. C. titul. 6.

Sed sublata appellatione, non censetur sublata defẽsio absolutè p princ cipẽ Nã, quãdo dat iudices, à qbus uetat appellare cẽsetur eius cõditionis tales dedisse qui nõ aliter quam ipsemet iudicaturi sũt. l. 1. de sẽt. prefect. pretor. ff. l. 1. à quib. app. nõ licet. ff.

Neque uidetur prohibendo appellationem prohibere defensionem. quia iudicium fit causa cognita, litis contestatione adhibita, secundum actionem & exceptiones.

quando etiam à persona, & iudicio principis nõ licet appellare, non ideo dicendum est, defensionẽ tolli. Præsumitur enim semper pro iudicio eius, qui habet plenam potestatem. c. cuncta per mũdum. 9. q. 3. Alioquin contra ius diuinum, & humanã suspecti redderentur omnes principes. Et sit appellare liceret à prĩcipe, dari deberet alius superior ei, & superiori superior: & sic progressus esset in infinitũ, & & potestas, quę à Deo, est tolleretur conra Apostolũ ad Roman. ca. 13.

Iudiciorum formulę, & ordinationes ex authoritate principis pendent, & sunt iuris positiui, & ꝙ ab interlocutoria non appellet̃ à diffinitiua quorũdam iudicum contra ab aliquorum minime:ut, & quod hic habeat iurisdictionem maiorem alius minorẽ.Ius ante hæc omnia in manu regia erat,ut ait Pompon.in l.2.§.deinde ex his.de orig.iuris.Iustinus.in 1.Et supra ius positiuum ita princeps proposuit.de cõcess.prębend.& l.1.de sent.pręf.prætor.ff.l.fi.C.de legibus.

Et proinde rectè statuit ut uult;appellare,uel nõ quando liceat,ut & potest leges nouas cõdere.d.l.fi.C.de legib.Et quãuis prĩceps nõ possit tollere defensionem naturalem,tamẽ potest tollere defẽsionem ciuilem,quam ipse inuenit:& ita ciuilis ratio ciuilia iura tollit,non naturalia.l.eas.de c.diminut.ff Et omnis res per easdem causas tolli potest quibus inducta est.ca.1.de regu.iur.apud Gregor. Appellatio itaque iuris ciuilis alio tolli poterit.Verum ignorandum non erit,hãc clausulam, appellatione remota odiosam esse,quia dicitur appellatio beneficium.c.an sit deferẽdum 42.& ibi Panorm. num.2.de appell.ideo restringenda,ut ibi ait;per ca.inquisitione eod.tit.de appell.

CAP. XXI.

De appellatione à nominatione ad publicum munus.

SVMMARIA

1 *Appellatio nõ admititur à nominatione publici muneris,si utilitate priuatum.*

2 Contra

2 *Contra, si utilitate quoque sit publicum.*

DEcimo nono† non admittitur etiam appellatio à nominatione publici muneris, quod est utilitatis priuatū vt tutela & cura, l. 1. §. si quis, qn̄ app. sit. quia nominatus potest se excusare, & tunc si admissa non fuerit eius excusatio, potest appellare. l. scire. de excusat. tutor. ff. §. qui autem. eo. tit. apud Iustinian. 1

Secus† si officium sit publicum authoritate & vtilitate, l. 4. & l. hi qui ad ciuilia. & l. nominationes. C. eo. de excusat. tutor. Et hic casus quotidie seruatur, vt ait Reb. in tract. de app. art. 7. gl. 2. n. 18. tomo 3. commentariorum ad constitutiones regias. 2

CAP XXII.

De appellatione à legis constitutione, vel executione.

SVMMARIA.

1 *Appellatio non recipitur à legis constitutione uel executione, quando est edita.*
2 *Potest tamen à declaratione iudicis appellari.*
3 *Ita à lege generali non appellatur, & ea praeiudicat priuato.*
4 *Potest tamen appellari ab statuto grauamine Rempublicam, uel particulares ad superiorē statuentium.*

VIgesimo, † non appellatur etiam à legis constitutione uel executione, quādo est edita ab eo, qui legem condere potest, Notat Rebuffus ad rubric. de constitut. in concordatis, citat. c. quia nobis. 32. de ap. ubi contra cōstitutiones generales ca- 1

pi-

pitulares,appellatio religiosum non defendit. facit l.si qua pœna.de uerb.signifi.ff.l.fi.§.Item si ex perpetuo edicto.de app.rec.ff.Decius in c.consuluit.3. gl.fi.de app.sumpta ratione à principe, à quo appellare non licet,ut infrà dicemus.

2 Potest†tamen à declaratione iudicis, quod quis inciderit in pœnam,appellare,& ita non à lege,sed à declaratore appellatur,ut notat glossa singularis ad c.cupientes. 16.§.quod si per uiginti dies.uersi. insuper etiam,ad uerbum priuatos.ff.election.in 6. Sic quis potest appellare à denunciatione aut declaratione excommunicationis seu alterius censuræ.pan.ad c.peruenit.de app. quia hæc nõ est sñia iuris,à qua non liceat appellare.p d.c. quia nos.de app.sed iudicis declarantis,& ita hominis: nisi qs esset notorius criminosus,qui non audit appellans. Angelus Claua in summa.§.app.n.8. citat.c. ex parte.in 1.de verb.significat.Vbi in notoriis non requiritur propriè sententia,sed fit tñ iuris executio. ut in c.quoniã.10.de filiis presbyt.li.1.ti.17.nempe si talis excessus notorius,ut nulla tergiuersatione cœlari possit,iuxta c.fi.de cohabit.clericor. & mulier.

3 Ita†lex generalis põt præiudicare priuato,& nõ licet appellare à generali lege,Bar.ad legem Antiochensiũ de priuil.creditor .Alex.consi.189.uolu.2. Matthæus de Affl.dec.Neapol.321.num.16.Notat ita Bart.ad l.fin.nu.3.de app.recipi.ff.& Dyn.per illum textum,quod ab iniquitate legis uel statuti nõ potest appellari,per d.l.si qua pœna.de uerbor.significat.Idem tradit Barthol.ad l. omnes. populi. de iustit.& iur.Bal.ad l.a iudicibus.C.de app.& ad l.1.§.similiq; modo.de latina liberta.tollenda.C.si

modo

modo ut dixi fiat, ab eo, qui potestatem habet legis condendæ, ut dixi. Legi enim, quamuis dura uideatur, standum est l. perspexit. qui & à quibus. manumiss. liberi non fiant. ff. facit l. leges ut generales. & l. leges sacratissimæ. C. de legibus.

Potest † appellari ab statuto grauante Rempublicam uel aliquos particulares. l. 1. §. solet quando appellare liceat. l. ambitiosa. de decret. ab ordin. fac. ff. Primo, decreta huiusmodi noxia, ueniunt officio iudicis rescindēda. l. qui se grauatos. C. de censi. Et cōtra statutū quibusdā perniciosum cōpetit grauatis exceptio doli. l. 1. in fine. de except. doli. ff. uidendus Riparius li. 1. respons. 11. & 22. Quæ tamen intelligenda puto de statuto condito ab illis, qui habent superiorem, non etiam de condentibus, qui non habent. Bart. et in l. fi. n. 3. de app. recip. ait, q̄ si statutum fieret contra personam certā, tunc posset appellari, per l. si priuatus. qui & à quib. man. & c. ff. & in l. toties. in fine. de pollicitat. ff. si cōstat. de app. rec. Imò, inquit, si statutū factū sit prima facie generale, sed in veritate contra unam personam factum est, ut sæpè accidit; potest per superiorem corrigi. argu. l. 1. de doli except. ff. prout ponit de dolo, qui committitur in legibus condendis. Veruntamē Dynus dicit ad l. 1. in 3. quæstione principali, quæ sit longa consuetudo. C. quod si is, qui ex tali statuto læditur, contradicit, non ei nocebit. Quod limita secundum ea, quę tradit Innocent. ad c. cum accessissent. de constitut.

4

Cap.

Cap. XXIII.

De appellatione à sententia, quæ transiuit in rem iudicatam.

SVMMARIA.

1 *Non appellatur à sententia quæ transit in rem iudicatam.*

2 *Quia tunc imponitur finis negotio.*

3 *Et quia ius ex ea sententia factũ est, uia tamen extra ordinaria proposita iniquitate poterit retractari.*

1 VIGESIMO primo † non appellatur etiam, vt sępè dixi, à sententia, quæ transiuit in rem iudicatã: à qua nõ fuit suo tẽpore appellatũ, in l. 1. & fi. vt lite pendente vel post diffinitiuã sñiam, &c. non liceat imperatori supplicare. C. l. 1. de his, qui propter met. iud. non app. C. l. 3. sent. resc. nõ posse. C.

2 Ratio † prima est quia per rem iudicatã finis negotio imponitur. l. 1. de re iudicata. ff. Et pro veritate habetur l. ingenuum. de statu homi. ff. l. res iudicata. de reg. iur. ff.

3 2. Quia † licet res aliter se habeat, ex ipsa tamẽ sententia, ex qua ante appellatum nõ est, uel appellari non potest, ius factum est, quantum ad litigantes. c. cum inter vos. de sent. & re iud. Neque per ea. quæ postea emergunt. retractatur sententia. c. inter monasteriũ. & c. fi. de re iud. l. cũ patrem. famil. hercis cund. ff. l. 1. c. de condi. indeb. Si tamen cõperta sit post sententiam contraria veritas, quę suadeat iudicatum retractari uia extraordinaria & principis authoritate per supplicationem uel restitutionẽ, poterit reparari & reformari iudiciũ, vt in c. fraternitatis. de frig. & malefic. in c. 2. 23. q. 1. & in alio exemplo.

plo.c.2.de purgation.uulg.li.5.ti.35.l.2.quando a ctio de peculio annalis est.ff.l. si. fullo de condict. sine causa. ff.& propter delictum aduesarii, ut in capi.ex literis.de diuers.admonendi.de iureiur. l. si ex falsis.C.de transact.

Cap. XXIV.

De appellatione a snīa in fauorē scolasticorū lata.

SUMMARIA.

1 *Non appellatur a sententia lata in fauorem scholasticorum, maxime de expellendus obstrepentibus iuxta scholas.*

Vigesimo secundo† non appellatur a sententia lata in fauorem scolasticorum, maxime quan do tractāt de expellēdo fabro, uel alio obstrepēte iuxta scholas, uel domos scholarū, ut secundū Bal. in l.unic col.uers.quod si unus.C.si de momentanea posses.quē refert.Tiraq.tract.de priuil.pię cau sæ, in præfatione.vers.item relictū causa studii plu resq; eius sentētiæ Horatilucius in priuil. scholast. 72. per rationē.quia, quando res dilationem non recipit, non permittitur appellare, l. si.de appel.re cip.ff.causa autem studii nō recip.l.si longius. §.fi. de iud.l.1.& 2.qui ętate se excusant.lib.10.C. 1

Verum, quod tractatur de expellēdis obstrepen tibus scholasticis, illud ego semper intellexi, qñ strepētes essent uel malleantes iuxta scholas publi cas, uel domū doctoris professoris legētis, uel iux ta collegium destinatum scholasticis, non autē si iuxta alios scholasticos seorsum habitātis & mutā tis hospitiū ad nutū obstreperent. Quia si hoc uerū esset, oporteret artifices à ꝓprijs domib.in ciuitate exulare; eo ꝙ hospitiū sæpè mutent scholostiaci.

CAP. XXV.

Num liceat tertio appellare.

SVMMARIA.

1 *Non licet tertio in eadem causa appellare in diffinitiuis.*
2 *In interlocutoria nisi semel.*
3 *In Alii dicunt & in his appellari si habeant uim interlocutoriæ.*
4 *Explicatio regulæ ne tertio appelletur remissione factam ad eundem Iudicem.*
5 *Idem si ad alium quam primum fuerit remissio.*
6 *Possit tamen contra tertiam sententiam agi de nullitate.*
7 *Sed tamen poterit alius, quam qui obtinuit contra se tres sententias appellare.*
8 *Potest & idem in nouis grauaminibus ter & pluries appellare.*

1 VIcesimus tertius † casus reprobatæ appellationis ut, ea remoueatur a negotio in quo ante bis appellatũ est. Nempe primũ quandò tres fuerũt latę sententiæ conformes: duę, inquã, a quibus appellatum est ad iudices ordine superiores, & fuerunt confirmatę. & tertia fuerit similis confirmans exempli causa; ut si a cõdemnatione iudicis ordinarii appellauerim, & sententia eius cõfirmetur a superiori immediate Iudice per sententiã, sunt ita duę sententię conformes, si autem rursum ab ea cõfirmatione ad alium proximũ superiorẽ appellem secundo, & rursum ab eo confirmetur iudicatum erũt duę appellationes, & tres sentẽtiæ, & nõ licet tertio

tertio appellare à tertia sentētia cōformi cæteris, ita explicat gl.ad Clem.1.ad uerbū,fuerint de sēt. & re iud.Sic intelligēda l.unica ne liceat in una,& eadem causa tertio prouocare;uel post duas sentē tias iudiciū,quas diffinitio pfectorū roborauerit, eas retractare . li.7.C.ti.7.Si quis inqt Iustinianus Cæs.in quacūque lite iterū prouocauerit,nō liceat ei tertio in eadē lite sup quæsitis capitulis prouo catione uti,uel sñias clarissimorū præfectorū præ torio retractare.Atq; in C.Theodos.li.11.ti.36.po nitur titulus de possess.ab eo,qui bis prouocauerat trāsferenda.Sic & tradit Rota decis.724.In antiq. inc.dic φ si duæ.Sicuti in l.qui Romæ 12.§.Seia v nius tutoris hæres, de uer.obl.ff.Scęuola refert.hæ redē pupillę cōtra hæredē tutoris egisse tutelæ iu dicio corā iudice tutelæ,id est,prætore,& uictū p uocasse ad cōpetētē iudicē,id est,pręfectū urbi, & ab eo quoq; ad principē,sed iniustam hāc puoca tionē quoq; iudicatā. Itē in c.audient igitur nouel læ 82.de iudicib.& ut nullatenus cū iureiur. eliga. dat agnitio iudicib.pedaneis causarū,usq; ad sum mā trecentorū solidorū,nulli in his penitus appel lationib.perimēdis,nisi forsan tertio appellare uo luerint aut per cōtumaciā abfuerint: talibus enim etiam appellationū perimit ratio. Iure quoq; pōti ficio ita ter prouocare in eadē causa prohibitum in c.si āt 39.§.si quis in quacūque 2.q.6.c. directæ 39.& c.sua nobis R.65.de appel.cle.1.de sen.& re iud.Hoc etiam receptum in Gallia ex cōcordatis, ne liceat tertio appellare , ut in §. in interlocuto- riis,& ibi Rebuff.de friuol.appell.in concorda.

Vbi recte † notat ultra Rebuff. illud uerum esse 2

in diffinitiuis sententiis,ut liceat bis appellare, nō in interlocutoriis,in quib.non licet nisi semel.Quare ab interlocutoria non licet nisi semel appellare, & si fuerit confirmata poterit executioni demādari.& ita notat pronūciatum fuisse in senatu Parisiensi.die 25.Sept.anno 1542.Et in prag.sanctio titu.de friuol.app.ut lites,inqt,citius terminent, sup eodē grauamine,aut sup eadē interlocutoria uim diffinitiue nō habēte,nullatenus liceat secūdo appellare.

Idem statutum in regula Cancellariæ 35.ubi pœna quinquaginta florenorum auri punitur secundo appellans ab interlocutoria,uel tertio a diffinitiua. Ius ciuile quoq;in interlocutoriis uidet interdixisse in eodem articulo bis appellare,ut in auth. si qui litigantium.de Episcopali audientia.C.ubi glos.similes notat casus,quos tamen Speculator ti.de appellation.§.8.in fin.existimēt speciales, quibus non liceat nisi semel appellare.

Sunt tamen in Gallia subordinati alicubi tres iudices sub parlamento,& ideo tertio appellatur,ubi sunt domini habentes iurisdictionem primæuam, cui præest præpositus,ad quem appellatur,& rursum à præposito ad baillinū,& tertio a baillino ad parlamentū,quamuis hoc rarum sit, ut notat Reb. tractat.de appell.artic.7.gloss.2.n.30.

3 Speculator†tamen li.2.part.3.de appel.§.8.quoties appellandum sit,n.1.Clarū,inquit,est, quoniā regulariter super aliquo articulo & grauamine , & qualibet interlocutoria,ante sententiam.& etiam à sententia diffinitiua,bis tantum appellatur,quibus includit licitum etiam esse bis appellare a sentētia interlocutoria,& citat l.uni.ne in una eadēq; causa

liceat

liceat tertio prouoc.c.si aũt §.post secũdum,& §.si quis in quacunq; 2.q.6.addit ita,& ante & post sen rentiam his licere super eodem articulo appellari tantum,& sic intelligi c.omnis oppressus.c.ad Romanam,c.quoties c.ideo.2.q.6.

Hanc eandem sententiam tenet gl.ad c. directæ nobis tuæ literæ, n.39.ad uerbum appellare de ap.& ibidẽ Panor. n.8.notat ex illa glossa,in hoc interlocutoriã, cũ liceat bis ab illa appellare,sequi naturã diffinitiuæ. Idipsum scripsit Hostiẽsis in summa de app.§.7.quoties possit quis &c.Quæ ẽt snĩa videtur probabilis, vbi plures gradus sunt iurisdictionis. Vel certè dicemus,nõ licere ab interlocutoriis bis appellare,nisi habeat uim diffinitiuę.Itẽ ꝓhibitionẽ bis appellãdi in interlocorijs intelligi, ꝙ ptinet ad executionẽ,ut non obstãte secunda appellatione,cõfirmata prior snĩa possit executioni demandari,sine præiudicio tamen secundæ appellationis.

Secundo† explicator quod dictũ est,nõ licere tertio appellare in causis quæ remittuntur ad eundem Iudicem;vt ecce interlocutus est Iudex,appellauit quis ab eo ad superiorẽ,à quo nõ põt appellari ad aliũ,is superior remisit causam ad Iudicẽ ordinariũ priorẽ:is ordinarius iterũ cognouit,& scdo prouocatũ est,rursumq; ad eum remissio facta est: dicimus per hanc regulã, tertio prouocari nõ licere in eodem negotio.Ordinarii porro iuris est, quandò prouocatum est ab interlocutoria,& Iudex appellationis compererit,Iudicem à quo appellatum est benè iudicasse, remittat Iudex ad priorem Iudicẽ, principale negotium determinandum,paucis casibus exceptis,quos notãt interptes ad c. Romana,

& ad c.ut dilectus,de appellation. Verum & hoc intelligitur,quando de eodem articulo esset rursū appellatum,non si de alio. Et in Gallia appellaret etiam ab eodem,sed tanquam temerarius appellator mulctaretur.ut latius infra n.8.

4 Tertio] explicatur alio exemplo, si Iudex delegatus sit à sum.pontif. uel à principe,& ab eo sit prouocatū à cōdēnato:& rursum aliū Iudicē in cā appellationis delegauerit,& ab eo rursum sñiam primi confirmante,prouocatione ab eo facta, alius Iudex in cā appellationis fuerit delegatus,qui conformiter cum aliis iudicauerit,nō poterit ab eo tertio puocari d.c.sua nobis.65.de app. Atque in Clem.1. de sent.& re iud.in causa beneficiali uel alia qualibet, qui cōtra se in petitorio uel in possessorio tres obtinuit sententias,ad agendum de nullitate ipsarum,uel de aliqua illarum non admittitur, donec huiusmodi sentētiæ fuerint executioni demādatæ.

5 Insuper] & ex illa Clementina 1.colligitur, quod qui habet contra se tres sententias super eodē articulo,non potest appellare à tertia:siue sit diffinitiua,siue interlocutoria;possit tñ agere de nullitate, dummodo executio nō impediatur:nisi forsan, inquit glossa,executio esset irreuocabilis,ut in c. baptizari 5.dist.vt si agatur de cognitione Virginis,& in cā matrimoniali,c.si Paulus 32.q.6.& ita decisū quæstione Cappellæ Tholosa.430.Impediretur ēt, si nullitas esset euidentissima, vt ait Bal.ad l.1.per eum textum.c.ne liceat in vna eadēq; causa 3.app. Quod & ad causas criminales extēdunt Paulus de Elcazaro & Ancha.ad d.Cle.1.Angel.Tract.maleficiorū,ad verba,fama publica,q notant,regulā, ne

liceat

liceat tertio prouocare,locũ nõ habere in criminalibus.ꝙ maximè locũ hẽt,qñ agit de nullitate sententiæ,etiam in locis in quibus in criminalibus appellare non licet,ut in Germania,& suprà diximus receptum ex ordinatione Cameræ imperialis. Proinde Bartholomæus Cepolla in cautela 76.proponit cautelam appellandi,non tm̃ ter, sed ẽt cẽties.

Non habet etiam locũ regula,ne liceat tertio appellare,si alius quam is,qui obtinuit contra se tres sententias velit appellare.nam duæ alterius litigantis appellationes,à prioribus duabus sententijs,nõ impediunt,quin aduersarius non possit iteru bis appellare,ut ait Philippus Francus ad d.c.directæ de app.explicat Speculator li.2.par.3.tit.de app.§.8.nu.1.Quod autem dixi,inquit,bis posse tantum appellari à sententia uel à quolibet grauamine,intellige,inquit,verum ab eadem parte:nã altera pars poterit super eodẽ capite uel sententia appellare. Si n.appellauero à sentẽtia pro te cõtra me lata,& Iudex appellationis sentẽtiã cõfirmat,possum secundo appellare à confirmatione sententiæ: sed si hæc confirmatio confirmetur,non possum amplius appellare,quia nõ licet tertio prouocare.Si aũt cõfirmatio infirmetur,tum poteris ab illa sententia prouocare;quia hęc nõ est tertia appellatio,sed prima quoad te.Et si Iudex appellationis infirmationem sententiæ infirmet,poteris secundo appellare ; ultra tibi non licet.Et sic sunt iura intelligenda.

Subinde†intelligenda sunt quę diximus,ut ꝓhibitum sit appellari tertio,in eodẽ scilicet articulo. nam alioquin in nouis grauaminibus,toties appellari põt,quoties q̃s se sẽtit grauatũ c.quoties & 6.

oīs oppressus 2.q.6.& ita explicat glo.fin. in c. sua nob.de app.in 2.solutione,& in 1 dicebat, quoties qs grauatur,toties posse appellare, ut toties expli cetur,id est,bis pro quolibet art.Tollit etiam cano nem Lotharius 21.q. 2. vbi Theoberga dr̄ ter appellasse,nempe quod appellauerit ter de facto,nō de iure. Vel quod simul ter appellauerit in una ap pellatione,dicēdo,appello;appello,appello, unico contextu.firmat hanc sententiā Hostiensis in summa tit.de app.§. 7. & ait illa verba canonis Lotharius,ꝙ Theoberga bis & ter ꝓuocauit,id est,appel lationes emisit.dicendo ter, appello,appello,ut & in c.bonæ,de app.c.cū tu de testibus Vel inqt, bis uel ter appellauit,bis ante sn̄iam,à duob.grauami nibus,& ter,id est,tertiò à sententia. Vel inquit, dic,quod potuit tertio appellari ab eadē sententia propter qualitatem causæ matrimonialis, de qua ibi loquitur, & in qua & ter & quater & quando ui sum fuerit,appellari potest,cum in rem iudicatam non transeat,quia ea seruata,anima periclitaretur, imo & factum retractari non posset in c. series de testib. c.fraternitatis de frigid.& malefic.c.ex lite ris,de diuort. & quanto diutius animam tenerent obligatā,eo grauiora sunt peccata,c.fi.de consuet. Plura de hac conclusione quod non liceat tertio appellare, tradit Decius in c. sua nobis. nu. 13. de appell.per duas ampliationes & Alex.Ias. & alijs ad l.4. 5.condemnatum,de re iud. ff. interpp.ad Clement.1.de sentent. & re iudic.

()

CAP.

Cap. XXVI.

De prohibita appellatione in notoriis.

SVMMARIA.

1 *Appellari non potest in notoriis ex facti euidentia*
2 *Contra si non ex facti euidentia.*
3 *Si tamẽ in manifestis causa rationabilis sit, appellaẽ*

Vigesimus† quartus casus prohibitæ appellationis, est ĩ causa notorii manifesta, quãdo est manifesta ex ipsa facti euidẽtia, c. ex literis de spõsalib. c. cũ speciali §. porro, de app. per rationẽ ibi positam, quod appellatio non sit præsidiũ malitiæ, sed innocẽtiæ subsidiũ, ut appareat eã appellationem ex malitia potius appellãtis, & in damnũ alterius, & ad uexationẽ uincentis, quam ad arguendam iniustitiã pertinere, neq; malitiis hominum est indulgẽdũ l. in fundo, de rei uindicat. & c. auaritię, de electio. in sex. 1

Quod† si notorietas alia essent, quæ ex facti euidentia, puta esset notoriũ famæ, uel notoriũ iuris cũ his casibus cõtraria probatio fieri possit, lex in hac notorii specie de ueritate nõ satis certa, appellationem admittit, quo uictus possit nõ ꝓbata probare arg. c. ex trãsmissa, q̃ filii sint legitimi obseruare, quorũ app. non recip. Sic in specie scribit Octauian. Vestr. li. 7. intro. in aulæ Romæ actiones ca. 3. 2

Potest† & intelligi, axioma in notoriis appellatione non admitti, nisi in ea rationabilis causa inferatur, ut notat Philip. Francus in c. cum. speciali, §. 3

porro.& in ca.consuluit.primo;de app.Roma cons. 324. cũ & in notoriis legitima defensio prætendi possit Innoc.in c.1.de offic.deleg.

Cap. XXVII.

De prohibita alienatione à facto proprio.

SVMMARIA.

1 *Appellatio non recip tur à facto proprio.*
2 *Vt nec à iudice recusato quem ipse impetrauit.*
3 *Poterit tamen appellare ab iniqua eius sententia.*
4 *Approbatum a me non reprobo.*

1 VIGESIMO†quinto;non potest quis appellare iustè ab eo, ꝙ quis fecit uel fieri procurauit. Speculator lib.2.par.3.de appellat.§.2.nu.23.Sicut diximus,si quis detulit iuramentum,& iura um est l.generaliter.§.1.de reb.credi.C.

2 Quare†nec potest recusare iudicem, & appellare à persona eius quẽ ipse impetrauit.c. offeratur. 3.q.3.c.olim,de causa posses.& propriet.c.cũ.olim. in 2.de offic.deleg.ꝓpter iniquitatẽ personæ.c.super quæstionem.17. §.uerum,de off.& pot.iud.delegat.c.offeratur.3.q.c.si testes §.fi.quis testib.4.q. 3.Nisi forsã superuenisset de nouo suspicio,uel causa recusationis c.insinuãte.25.de offi.& põt iudic. del.d.§.si quis testib.& l.si qs testib.13.C.de testib.

3 Potest†tamen appellare quis ab iniqua sentẽtia eius quem impetrauit,c.placuit.2.§.Item in criminali.4.q.3.c.a iudicibus.2.q.6.l.ex consensu.de appellat.ff.a:bitro.qui satisdare.cogant.ff.

Ratio

Ratio † prioris sententiæ, quia quod approbauit ex iisdem causis reprobata nō potest. l. Pomponius de negot. gest. l. generaliter, C. de non numerata pec. §. semel autē quib. ex caus. manū nō licet. apud Iustinia. c. horrendum. 32. quęst. 5. c. dilectissimi. 8. quæst. 1. c. per tuas, de probat. c. de illis, de sponsat. impub. c. nulli, de electio. in 6.

CAP. XXVIII.

De appellatione à denegatione iustitiæ.

SVMMARIA.

1 *Appellatur à denegatione iustitiæ.*
2 *Etiam si cœpto iudicio ea protrahatur.*
3 *Sed quædam requiruntur obseruanda, ut in absentia Iudex expectetur.*
4 *Interpelletur quoq; prius Iudex.*
5 *Denegans iustitiā iurisdictionem in ea causa amittit.*
6 *Differentia adhibetur in Camera Imperiali inter prolatam, & denegatam iustitiam.*
7 *Iudex denegans iustitiam litem suam facit, ideo ei intimatur soli appellatio.*
8 *Praxis in Gallia petendi iustitiam ante appellationem.*

CASVS † uigesimus sextus controuersæ appellationis in denegatione iustitiæ ponitur, de quo uolumus, inquit §. de friuol. appellat. in concorda: quod si quis offensus coram suo Iudice iustitię complementum habere non possit, ad immediatum superiorem per appellationē recursum habeat. facit l. penult. de uacat. muner. ff.

Quod † intelligitur etiam cœpto iudicio coram inferiore Iudice, nā si postea iustitia denegetur, uel protrahatur

protrahatur causa non per uiam denegatæ Iustitię uel simplicis querelę, sed per modũ appellationis deuoluitur ob negligentia Iudicis inferioris, causa ad superiorẽ, & in Germania ad Germaniã Imperialẽ. Gail.li. 1.obseru.c.38.n.3. Ita si lite pendẽte Iudex negligat iustitiã facere, appellari posse, notat Pan.ad c.ex parte, In 2.n.2.de app. Fel.ad.6.ex literis, n.8.de cõsti. Bal.ad fi.§.illud, de temp.app.

3 Requiritur† autem primum, si per absẽtiam Iudicis impediatur iustitiæ expedito, aut si impedimentum sit ad modicum tempus duraturũ, ut expectetur donec redeat, uel impedimẽti modicum tẽpus exspiret, quia ita fieri magis expedit litigantibus l.si lõgius.de iu.ff.d.l.pẽ.de uacat.muner.ff.

4 Secundo† requiritur, si ex malitia uel negligẽtia Iudicis differatur iustitiæ exhibitio, fit legitima interpellatio ei, ut constituatur in mora. Et quantuis uideatur sufficiẽs quibusdam una requisitio. per l. Titia Seio.§.usuras.de le.2.& gl.ad Cle. 1.de hær. ad uerb.recusauerunt, & in l.mora, de usur.ff. Tñ tutius erit, ut ait Imol.ad d.§.usuras, ꝙ sæpius fiat requisitio. Nã quando constituendus est superior in mora, tres interpellationes adhiberi debent, in c.1.de suplen.neglig. pręlat. & ita Fel. tenuit ad c. ex literis de cõstitutio.& refert alios Reb. ad d.§. de friuol ap.in cõcorda.nisi in prima interpellatione recusaret. Nam tũc illa sufficeret, alias nominẽ d.gl.ad uerb.recusauerint. Alex.cons.81.Incip.stãtibus uerbis. 4.uol.per.l.ex cõsensu.§.fi.de app.ff. Plura Gailus li.1.obseruat.c.28.n.6. Quia nõ præsumitur negligẽtia in Iudice, nisi probetur legitima requisitio.per.§.sit tibi.legit.de mãda.princ.in

Nouell.

nouel.l.2.de off.ciuil.iud.C.li.1.ti.46.l.1. de susceptorib.& arcarijs.li.10.C.ti.70.ibi,testib.adhibitis cõtestationẽ debebit ꝓponere.tex.& gl.ĩ l.placuit in fi.de collatio.fundor.patrimonia.li.11.C.ti.64. Constitutũ ẽt est in ordinatione Cameræ Imperialis.par.2.ti.1.ut petẽti à Iudice ordinario ius intra mensẽ aperiat:& si intra mensem nõ administraretur aut sciẽter recusaretur aut fraudulenter differetur,liceret petẽti,cui denegatur uel ꝓrogatur iustitia,cõqueri apud ꝓximũ eius Iudicis ordinarii magistratũ & dñm & eũ interpellare & reqrere ꝑ Iustitia administrãda:& si ibi quoq; ut decet ęquũq; est,nihil impetret,possit corã Cameræ iudicio cõqueri & ꝓponere, & ibi prospicietur ei ꝑ auxiliũ.

R õt appell. ob denegatã iustitiã, ꝙ & si cæptũ non esset iudiciũ corã illo,sed interpellaret iudex de dãda iustitia, & denegaret, iurisdictionẽ ꝙ ad illã cãm amitteret,& supior ꝑ administrãda in ea cã iustitia adiri posset. §.sit tibi igit,de mãd. prin. in Nouell.§.statuimus,in cõstit. Frider.de statutis & cõsuet.Vñ sũpra Aut statuimus,de Epis.& Cler. C.§.si qs vero,& §.seq.ut differ.iud.& c.nouel. 86. facit c.ex trãsmissa.c.licet ex suscepto.c.ex par. B. c.ex tenore,de for.comp.c.1.de milite Vasallo,qui cõtumax est,in usib. Feudor. Seruat & in Camera Imperiali,ut citationes ꝑ modũ simplicis querelæ decernantur ob denegatam iustitiã. quia Cameræ Iurisdictio fundatur ꝑp denegatã iustitiam.in ordinatione eius par.2.ti.1.§.fi.& ti.26.Mandata quoque pœnalia contra Iudicem decerni possunt,ut intra tempus constitutum Iudex iudicet, quo elapso ad pœnam mandato insertam in Camera proceditur,

5

ceditur, per ea quæ tradit Gaillus li. 1. obser. pract. ob. 28. per dicta pan. ad ca. cęterum, nu. 5. per illum textum, & c. irrefragabili. §. excessus, de offi. iud. ordin. obseruat tamē Gaillus, requiri antequam, per viā querelæ adeatur Camera ob denegatā iustitiā tria: primùm, vt lis non fuerit cępta corā eo Iudice: quia tunc recurrendum ad appellationem. 2. ut ille Iudex subiectus sit Cameræ. nā omisso medio adiri non potest. per l. Imperatores de app. Quod cōstet supplicanti iustitiā manifestè uel expresse denegatā, per §. sit tibi igit, de mand. princ. Ideo interpellatio exigitur: Ita oportet coram Iudice ēt instare, & acto coram eo producere, vt dicit in l. mortuo, & l. si eum hominē, de fideiuss. ff. l. proponebatur, de iud. ff. & eum requirere, ut causam expediat, & aduersarium citet, l. edictum, de iud. ff.

6 Facit † differētiā Camera Imperialis, inter prolatā & denegatā iustitiā. Nā in primo casu dat literas promotoriales ad reddendam iustitiā, intra certū tempus: In altero casu, citatio ad prosequēdā cām principalē in Camera concedit, vt habetur in ordinatione Camerę Imperial. par. 2. ti. 16. §. fi. Et dant ēt promotoriales pro facienda executione sentētię, quanto sententia Iudicis inferioris trasiuit in rem iudicatam & mora committitur in exequendo.

7 Iudex † qui denegat iustitiā, litem suā facit, quanto est requisitus: cōtra, si non est requisitus à parte. Bal. ad c. 1. §. Iudices, n. 9. de pace iur. firm. in feud. Ias. ad l. uniuersa n. 4. de preci. Imper. offer.

Et tenetur hic Iudex requisitus negligens ad interesse. l. 4. §. in eū. & ibi Dd. de dāno infect. l. diuus in fi. de off. pśid. Paris de Puteo, tra. de syndicatu, in

uer-

uerbis cōtra magiſtratū. Et poteſt ab officio deponi, gl. in c. dictum. 81. diſt. Tractatur & in c. grandi, de ſupplen. neglig. præla. in 6.

Imo quando quis appellat ab huiuſmodi Iudice ratione denegatæ iuriſdictionis, debet intimare Iudici & non parti: quia per partem non ſtat, ut dictū fuit in conuentibus iuridicis Senatus Pariſiēſ. anni 1535. 3. Septemb. & tūc Iudex ad expēſas condemnatur, interdum ad mulctam, ſi dolus appareat.

In Gallia † ſi Iudex nimiū differat iudiciū reddere partibus litigātibus, antequam ab illo poſſit tanquā à denegatione iuſtitiæ appellari, requiri & interpellari debet de iudicio reddēdo p tres octauas dierū, id eſt, ter intra 24. dies, iuxta formā præſcriptam per Pan. ad c. cum cauſam, de offic. deleg. Et ita ēt iudicatum in parlamento Pariſ. 18. Ianuarii. 1532. refert Papus li. 19. Rhapſo. Arreſt. ti. 1. ar. 30.

In conſilio Tridentino ſeſſio. 24. c. 20. de reformation. de hac denegatione iuſtitię ſic ſtatuit. Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram ordinarijs locorum duntaxat cognoſcantur: atq; omnino ſaltem intra biennium à die motæ litis terminentur: alioquin, poſt id ſpatium liberum ſit partibus, uel alteri illatum iudices ſuperiores alias tñ competentes, adire ; qui cauſas in eo ſtatu quo fuerunt, aſſumant, & quam primum terminari curent: nec antea alijs committantur, nec auocentur: neque appellationes ab eiſdem interpoſitæ per ſuperiores quoſcunque recipiantur, neque commiſſio, aut inhibitio fiat, niſi à diffinitiua uel diffinitiuæ uim habente &c.

TRA-

APPELLATIONIBVS.

LIBER III.

A Quibus possit Iudicibus prouocari.

CAP. I.

A quibus generaliter appellari possit.

SVMMARIA.

1 *Continuatio libri.*
2 *Ab omnibus iudicibus habentibus superiorem appellatur.*
3 *Et ab omnibus iniuriam inferentibus.*

1 EXplicatis†rebus appellationum, postulat ordo, ut agamus de personis, à quibus, & ad quos appellari possit: & postea, qui appellare possint.

2 Præponemus†autem regulam, ab omnibus iudicibus habentibus superiorem, appellari posse, nisi expresse prohibeatur. Est enim appellationis remedium generale contra iniquitatem, aut imperitiam seu iniustitiam iudicantium, in l. 1. de app. ff. Et sic appellatur ab omnib. iudicibus tam ordinariis, quã delegatis c. 2. can. ad Romanam 2. q. 6.

Dixi, de iudicibus habentibus superiorem, nẽpe qui habeat potestatem emendandi iudicia inferiorum, quod mox explicabimus Deo fauente, dum agetur ad quem prouocandum est.

3 Porro†ab omnibus prouocare licet, iniuriam uel graua-

grauamen inferentibus, quemamodum licita est defensio suæ personæ & bonorum suorum, cũ moderamine inculpatę tutelæ aduersus lædentes, l. 1. C. unde ut li. 8. ti. 4. c. 2. de homine. Cle. unic. eo. ti. l. vt uim. de iust. & iure, ff. l. unic. quando liceat unicuiq; sine iud. se uind. C.

Loco huius uindictæ, ne ex arbitrio & temere fiat, appellatio ad superiorem permissa, nisi prohibeatur. l. nullus tanquam. 14. C. de iudicib.

CAP. II.
De prohibitione appellandi à Papa.

SVMMARIA.

1 *A Papa non appellatur.*
2 *Ratio, quia nemo de eius factis iudicat.*
3 *Alia, quia non habet superiorem ad quem appelletur*
4 *Item quod de eius uoluntate disputare instar sit sacrilegii.*
5 *Et habuerit absolute a Deo potestatem.*
6 *Neque Papa ullo iure Pontificum adstringitur, nec disputandum est de eius potestate absoluta.*

QVia uero in regula diximus, ab omnibus iudicibus ꝑmissam appellationẽ, nisi expresse prohibeatur: uideamus à quibus appellare prohibitum sit. Et primo, nũ a Papa seu Pótifice maximo e iusq; sñia appellari possit, & ad quẽ? Et regulariter dicemus, appellari ab eo non posse Gelasius Pont. max. ad Faustum. legatũ, Et Nicola. ad Michaelem Imperatorem, Ep. 7. & c. ipsi sunt canones. 16. sub. 9 quæst. 3. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius

Eccle-

Ecclesię ad huius sedis examen uoluere deferri ab ipsa uerò nusquã prorsus appellari debere sanxerunt & in c.cuncta per mundum 17.eadem 9. q.3. Et in c.30.nemini 17.q.4.nemini est, de sedis Apostolicæ iudicio iudicare,aut eius sniām retracta re,permissum propter Ecclesiæ Romanæ primatū in beato Petro Apostolo diuinitus collatum.

2 Ratio,†qa nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderãtem;neq; enim ab Augusto, neque ab omni Clero neque à regibus neq; à populo Iudex iudicabit,ut aut Innocētius Papa, ut refert Gratian. in ca.13.nemo iudicabit.9.q.3. Syluester in consilio Roman.c.20.ab omni clero, gloss.ibidem,hinc argumentum, quod consilium nō pōt Papã iudicare., ut.c. significasti.de electio unde si totus mundus sententiaret in aliquo negotio cōtra papam,uidetur quod sentētiæ papæ standum esset,ut ca.hæc est fides 24.q. 1.

3 2.Ratio,†quia appellatio ad superiorē fit, ut dicemus:at nulla maior auctoritas est aut superior pontificiali,ergo eius iudicia à nemine ueniunt retractanda.c.pater profecto 10. c.9.q.3.præsulis sedis summæ DEVS suo referuabit arbitrio iudiciū reformandum.d.c.aliorum.9.q.3.

4 3.De summi†pontificis iudicio ut principis,disputare instar sacrilegij est ca.si quis suadente.28. §.qui autem 17.q.4.c.1.93. dist.l.quidã cōsulebãt de re iudic.ff.& in ca.nemini 30.eadē.17.q.4.l.2. de crimine sacrilegii li.9.c.ti.29.

5 4.Potestas†absolutè omnimoda data à DEO summi per illa uerba D.Matthæi ca.16.Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam

& quæ-

& quęcũque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. c. quanuis 21 dist. 4. c. quodcunq; 6. 24. q. 1. Ita principalẽ hẽt in Ecclesia potestatẽ sum. pont. In c. fi. per principalem. eadem. 9. quęst. 3. multa de hoc nos libro 15. syntagma. iur. c. 3. ibi uidenda.

A principe autem non licet appellare, ut mox dicemus, & minor maioris iudicis nõ potest sñiãm soluere uel emendare, cap. inferior. 21. dist. c. cum inferior, de maio. & obœdient. & minor à maiore benedicitur, non contra. c. 6. denique 21. distin. ad hebręos cap. 7. & condemnatus est Dioscorus Patriarcha Constantinopolitanus a cõsilio Calcedonensi, quod ausus esset etiam communicationis sen tentiam proferre contra. S. Leonem Pontificẽ Max. c. fin. 21. dist.

Item licet Ecclesię data fuerit potestas Ecclesia stica, Papę tamen fuit attributa tanquam capiti, c. quodcunq; 24. q. 1. c. ita dominus 19. dist. c. in nouo 21. dist. Nec recipit potestatẽ ab homine Papa, sed a Deo, c. sacrosancta. 22. dist. Quocirca inter plura eius nomina & dictus est uicarius Christi, successor Petri. c. 2. & 4. ne transla. Epis. lib. 1. tit. 7.

Ideo †nullo iure Pontificum prædecessorum ob stringitur; cum par in parem non habeat imperiũ, c. Innotuit. 20. de electio. ubi ita expresse, in causa il legitimi promouendi, contra consilium Lateranen se ex dispensatione. 6

Quare regulis appellationum, quæ iuris positiui sunt, non tenetur. Iason. cons. 145. inc. circa primũ nu. 3. uol. 1. Papa, inquit, est omnia & supra omnia, Papa est supra me extra me, Papa est dñus dominãtium, & ius Regis regum habet in suos subditos,

Papa poteſt mutare quadrata rotũdis. Vnde nõ eſt de eius poteſtate inquirendum, cum primæ cauſæ nulla ſit cauſa.

Item ſeruãda eſt cũ manſuetudine humilitas, ut licet uix ferendum ab illa ſede imponatur iugũ, tamen feramus & pia deuotione toleremus: ut habet in capituli Caroli Magno de cõcilio Triburienſi. c. 30. c. 3. in memoriã beati Petri 19. diſt. firmat rurſũ Gregorius. li. 2. Epiſt. 59. ſen. c. 93. in c. cõtra morã diſt. Contra morã quippe Eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſime toleratur, quod á nobis abſit. etiã in iuſta correctio, id eſt, liceat uideatur iniuſtũ, quod prælatus facit, tamen patienter tolerandum eſt. c. ante triennium 31. diſt. c. quid culpator, 23. q. 1. Nũquã enim fieret correctio, ſi ea arbitrio deliquentis eſſet adhibenda; neque unquã ægrotus ſecũdũ proprium iudicium, ad medicinæ poculũ ueniret, aut membri abſciſſionem.

Noluit de poteſtate abſoluta ſummi Pontificis Hoſtienſ. in c. quãto de conſuet. diſputare; nec nos quoq; diſputabimus, q uoluerit de ea diuerſo modo tractatũ uidere, cõſulat de ea ſcribẽtes, vt gl. in c. placuit. de collat. in pragmat. ſanctio. Pan. ad c. ſignificaſti, de elect. Petr. de Haliaco. Seruetũ. Occã. Gerſonẽ. Petr. de Pallade. Pet. Brixienſẽ, q de poteſtate ea ex profeſſo agũt, ut & Cardin. Floren. trac. de unione Eccleſiæ. In ſumma, quod ſedes Apoſtolica probauit, hodie tenetur, & quod illa repulit, hactenus inefficax habetur. c. 1. & 4. 19. diſtinct.

Et certe in Repub. principatus neceſſarius eſt, ut ait Homerus, & alibi docui. Quod multo magis habet locum in ſummo Pontifice, quod dictum eſt a

Conſtan-

Constãtino in Nicena Synodo, Episcopis se mutuo apud illum accusantibus, vos à nemine dijudicari potestis, quia ad Dei solius iudicium reseruamini casatis.96.dist.c.continua.XI.q.1.facit textus, in c. 1.de immun.Eccles.in 6.

CAP. III.

Appellari non posse à Papa ad concilium generale.

SVMMARIA.

1 *A Papa ad cõcilium regulariter non licet appellare.*
2 *Quia concilium non est maius illo.*
3 *Et quia generaliter dictum neminem de eius factis iudicare posse.*
4 *Quia etiam a Principe seculari sui iuris, nec eius præfecto appellatur.*
5 *Et 8. Afferuntur bullæ Pontificum improbantes tales appellationes.*
6 *Quia cum potestatem concilio dat summus Pontifex, censetur excepta persona concedentis.*
7 *Nec populo licuit concilium sine permissione Principis agere.*
9 *Non obediens superiore peccat mortaliter.*

AGAMVS† quod in manu est, num in aliquo saltem liceat appellare à Papa ad cõcilium generale? Et generaliter seu regulariter respõdet nõ licere, ut ex supra dictis patet, & donec Ioannes Andreas & Hostiens. ad c.proposuit, de conces. præb. Anto.Florent.in summa in 3. part.Rub.23.c.3.§.3. 1

Ratio 1.† quia appellatio semper fit ad maiorẽ, & si ad minorem fiat nõ ualet, l.præcipimus. Cde ap. L.1.de appel.ff. quia inferior corrigere superiorem 2

nõ poteſt,c.cũ inferior,de maior.& obęd.Sed conſilium nõ eſt ſupra Papam,ſed autoritatem recipit à papa c.ſignificaſti.in fi.de elect.& 17.diſt.c. 1.& 4. & c.ubi periculum,de elect.in 6.Sed & primatũ ecclesiæ non aliqua Synodus,ſed Chriſtus inſtituit. c. 3.quanuis.21.diſt.

3 2.Qui† totum dicit,nihil excipit.l.baliſta, ad Senatuſc.Trebell.c.1.19.diſt.ibi, dicẽdo oĩa decretalia conſtituta ſeruãda,nullũ de decretal.conſtitutis ꝓtermiſit,quin ſeruari mãdauerit.& q neminẽ, nullum aut negatiuè generaliter aliquid profert,nõ admittit aliquid,quod non contineatur.At dictum eſt ſupra,nulli licere appellare à ſede Apoſtolica , uel ſummo pontifice.c.cuncta per mũdum 9.q.3.Ergo non licet appellare ad conſilium.

4 3.A principe† ſeculari non poteſt appellari,nec à ſententia ꝓfecti prętoriõ l.1.à quib.app.nõ licet.ff. l.vnic.de ſent.præf.prætor.ff.Ergo non licebit multo magis appellare à ſummo Pontifice, q maior in dignitate eſt illis.c.ſolitæ.de maior.& obed. c. duo ſunt 96.diſt.Summus Pontifex non habet ſuperiorem in hoc ſeculo.c.per venerabilem,in fi. qui filij ſint legitimi,c.licet,de electio.

5 4.Ex†Pij 2.conſtitutione in Mantuano ſynodo, quã refert Bullariũ Cherubini ordine anni 1559. & 15.Februarij incip.execrabilis dictum,quod tales appellationes ſint reipublicę Chriſtianę noxię, rebellionis plenæ;& ridiculũ iudicetur,quod quando ad conſilium futurum appellatur,fit prouocatio ad id,quod nuſquam eſt,neq; ſcitur quando futurũ ſit:& interim pauperes à potentiorib.opprimũtur, remanent impunita ſcelera.nutritur aduerſus pri-

mam

mam sedē rebellio, libertas delinquendi concedit, & omnis Ecclesiastica disciplina & Hierarchius ordo confunditur. Deinde non nisi magnis impēdijs rerū & temporū cogi potest consilium, & sic causę per appellationem ad illud relatæ, languescerent, quæ tamen promptissimè definiri & terminari debent. Sequeretur quoq; ex hoc diffugio appellationis, vt dum expectaretur consiliū hæreses, schismata, fallaci delinquentiū declinatoria pullularent & radicarentur, & aperiretur uia delinquendi. Item & nimium esset onerosum, si pro unius cuiusq; pertinacia, concilium cogendum esset.

6 Semper † in concessa potestate alicui censeť excepta potestas in eū, qui dat potestatē §. fi. de cōsu lib. nouell. 105. & in oī sermone semp excepta pso na loquētis. l. quicquid. cōmu. pdior. ff. l. inquisitio veritatis 18. de solut. C. At dat potestatē summus pontifex consilijs generalib. q̄ non possūnt uerè talia sed cōsiliabula dici & probata, nisi à summo pō tifice uel eius iussu cogant uel pbētur c. multis 15. & c. 1. 2. sub. 17. dist. Sic notat gl. c. qđ trāslationē 4. ad verbū, reseruata, de off. leg. li. 1. ti. 30. inter ea, q̄ tm̄ summo pōtifici singulari iure sunt reseruata, cō uocationē consilij generalis, & in c. sicut vnire de excessib. prelat. quod certè rōnem euidentē habet.

I. Quia caput Ecclesiæ is est, & nō possent ab alterius iussu cōgregari clerici vniuersi orbis, quam generalis pastoris, neq; ita consiliū generale uocare poterunt Patriarchæ, quia non omnis Ecclesia orbis eis subijcitur. Multò minus poterit ęcomenicum consiliū cōgregari à principib. secularib. quia nō imperant aliorum regnis; item quod neque cle

rũ sibi habent subiectum in spiritualibus, aut iurisdictione, & ita perperã tentaretur ab alio, quã à summo Põtifice cõgregatio vniuersalis consilij: ni si forsan non esset Papa tũc certus, quo casu congregarent consiliũ Cardinales, ut ait glossa ad c. si duo forte 8. ad uerba, contrafas. 79. dist. Ita non acceptatur conciliũ Ariminense, Mediolanensẽ, Antiochenum, & id genus plurima, q̃ à sede Apostolica non sunt cõfirmata, sicuti trad it de ea re li. 5. historiæ triparti. potiss. c. 29. & 30. Theodoricus, qui refert, decem fuisse arcanorum consiliabula sibi cõtraria, ait. & quæ quia sine consensu & decreto Põtificis Romani facta fuerant, improbata, male congregata & sine effectu dicuntur.

7 Quemadmodũ † nec populo licuit sub principe laico eo incõsulto consiliũ agere, ut liquet ex Iulio Cæsare li. 1. com. belli Gallici c. 7. dũ populus sibi potestatẽ fieri cõsiliũ indicendi ad certã diẽ totius Galliæ, petijt, ut de reb. communib. cõmunicaret.

8 Quia 2. † summus Põtifex in sua prædicta cõstitutione incipiẽte execrabilis, ꝑ supra dictas rõnes appellationes à summo Põtifice ad futurũ consiliũ inanes, schismaticas & erroneas declarauit, & de fratrũ Cardinaliũ, cunctorũq; prelatorum, ac diuini ac humani iuris interpretum curiam sequentiũ cõsilio & assensu, huiusmodi prouocationes dãnauit & tanq̃ erroneas & detestabiles reꝓbauit cassans & penitus annullãs, si q̃ tales interpositę essẽt decernẽs & præcipiens, ut nemo deinceps audeat quouis q̃sito colore, ab ordinationib. sentẽtijs siue mãdatis quibuscunq; summi põtificis ac successorum suorũ, talem appellationem interponere, aut

inter-

interpositæ per alium adhærere, seu ea quomodolibet uti.

Confirmauit postea eã constitutionem Iulius 2. summ.pont. alia incipiẽte, suscepti. quæ refertur in dicto Bullario Cherubini ordine 10. constitutionũ Iulii 2. sub data die 15. Februarii anni. 1509. põtificat. anno 6. & addit, eos qui appellassent ita, ultra prædictas pænas, declarari reos, & obnoxias pænis læsę maiestatis, & hæreticæ prauitatis, & schismaticorũ. Et loca ubi qui tales interposuerũt appellationes, degunt Ecclesiastico subiicit interdicto, quandiu inibi constitutionis uiolatores sciẽter steterint. Sicq. statutum Romæ 9. Calen. Iulii, 1509. ar. 2. De præcedenti constitutione meminit Alphonsus de Castro. li. 1. de iusta hæreticorum punitione. c. 10.

In bulla quæ legitur in cæna domini. c. 2. excommunicantur, & anathematizantur qui à põtifice ad consilium prouocant nec nõ ii, quorum auxilio uel fauore appellatum fuerit.

Impedientes executionem etiam mandatorum, rescriptorum, citationum, Apostolicorum, itemque eorum fautores directè uel indirectè, si in causa ob quam fiunt, participent, eam perdũt, & ius in re uel ad rem: alii, quos executio eorum non tangit sententiam excommunicationis incurrunt, à qua nisi in mortis articulo, ab alio quam à summo pontifice absolui non possunt. Notarii, quibus usi fuerint impedientes executiones, ad interesse tenentur, & officium tabellionatus amittunt, infames fiunt, atque instrumentum postea facta per illos, nullius fidei donec se absolui curauerint, ex constitutione Innocentii 8. incipiente, Officii nostri debitum,

anni 1491.8.Calend. Februarii,ordine 14.constitutionum eius in Bullario Cherubini, quæ fuit confirmata,& ampliata cõstitutione 26.Leonis decimi incip.in supremo,& constitutio.42.Clementis 7.incipiẽte.Romanus,& cõstitut.Gregorii 13.incip.ad Romani.Atq.etiam hic casus est ex reseruatis absolutioni summo Pontifici in cęna domini, ex constitutione Gregorii.13.ordine 82.incipiẽte,cõsueuerunt,in eodem Bullario.

9 Facit† quod non obediens superiori peccat mortaliter.c.2.de maior.& obedien.etiã si superior Laicus sit,c.qui resistit,& c.Iulian..XI.q.3.c. duo sunt. 96.dist.c.omnis anima.de censi.

Et sapere uidetur hæresim hęc appellatio,qui appellando à principe seu Papa,uidetur cõstituere superiorẽ ei,& ita discedere ab unitate prĩcipatus,& schisma constitueret in Ecclesia,q̃ una est,& ita ne monstrosa sit,duo capita non potest habere. Et qui cathedram Petri deserit, super quam Ecclesia est fundata non existimet se esse in Ecclesia;& qui inimicus est cathedrę propter actus suos,nõ debet recipi à Christianis,c.1.2.3.93.distinct.

CAP. IIII.

Contraria sententia, quod à summo Pontifice appelletur ad consilium generale, quibus mędijs a quibusdam sustineatur.

SVMMARIA.

1 *Afferuntur appellationes de facto facta à summis Pontificibus ad consilium generale Ioannis Semecæ à Clementis 4.decreto.*

2 *Philippi Regis à Bonifacii 8 sententia.*

3 *Ioannis Huss.*

4.*Iohan-*

4 *Iohannis Bentiuoli à sentẽtia. Iulii 2. & ueneto dũ.*
5 *Ratio, quod consilium generale dicatur maius summo Pontifice.*
6 *Item, quod Papa errare possit.*
7 *Item quod papa sententia emendari in melius possit & corrigi.*
8 *Quod firmata sit auctoritas papæ per consilia.*
9 *Adducitur ca. Anastasius 19. de Anastasio per consilium iudicato.*
10 *Quod defensio naturalis sit contra quemcunque iniuriam inferentem.*
11 *Et quod appellatur à Metropolitano ad consilium prouinciale.*

PRIMUM † docetur exẽplo seu facto, quod alias appellatum fuerit à summo Pontifice. Nam Iohannes Semeca Teutonicus insignis iuris Doctor, qui primus aggressus est glossare decretũ, quod ante eum nemo, & post eũ excellentius nullus facere potuit, præpositus S. Stephani Halberstadensis; Clementi. 4. summo Pontifici, tunc per Germaniam, & Galliam decimas à Clero in redemptionẽ terrę sanctæ exigenti, appellationem opposuit, quẽ sua præpositura Clemens priuauit, & excommunicauit: tamen plures magni in Germania uiri Iohanni adhæserunt. Sed quæ magna inde impendere uidebantur mala, mors diremit, quæ tam Pontificem, quam Iohannem de medio sustulit, ut ait Crantius li. 8. Saxonię. cap. 28. 1

Item † cum Bonifacius 8. iam pridem Hierosolymitanem expeditionem mediatus, ad Regem Franciæ Philippum misisset Episcopum Appamensem, qui eum ad id cohortaretur, cum nihil promoueret 2

&

& minus in Regem usus fuisset, iratus Rex eum in carcerem coniecit. Quod cum Bonifacius resciuisset, eo statim misit Narbonēsem Archidiaconum, qui pōtificis nomine mādaret Philippo, ut missum faceret Episcopū Appamensē, id si nō impetraret, diceret audientibus omnibus, regnū Franciæ ad Ecclesiā deuolui, ob cōtumaciā philippi, & uiolatū ius gētium, adderetq; anathema, & omnes Francos à iuramēto regio absolueret. Quod cū fecisset Archidiaconus soluto Episcopo, arrogātiā ęgre ferēs Bonifacii Philipus, primus ꝓhibuit edicto, ne quisquā è regno suo Romā ꝓficisceret, aut eo pecunias mitteret. Atq. habito apud Parisios ecclesiasticorum, & nobiliū magno cōuētu, cōmemoratis iniuriis à Bonifacio acceptis, eiusq. ambitione, & malis artib. ad occupandum pōtificatū, quē iniustè teneret, ad sedem Apostolicā, tum, ut ipse dicebat, uacantē, futurūq; conciliū appellauit. Qua quidē re percitus Bonifacius habito generali cōsilio, Philippū eiusq; regnū Alberto impetratori subiecit. Verū superbiā eius Philip. per Sciarram Columnensem cum Guillelmo Nogaretio equite Gallo cōprehendi eum curauit, & in carcerē Romæ detrudi, ubi post dolorē, die trigesimo quinto obiit. Benedictus uero 11. succedens causa audita Regē à talib. sentētiis absoluit ut scribit Platina in uita Bonif. 8. & Benedicti. 11.

3 Iohannes† Hufs. Pragensis ante Theologiæ professor, ubi damnatus fuit tanquā hæreticus à sum. pōtif. ad Dei tribunal ꝓuocauit, ut ait Sleidanus li. 3. & uocatus, & auditus incōs. Cōstātiēsi cōbust' ē.

4 Iohannem† Bentiuolū, ab insolenti principatus dominio, & inueterata audacia ꝑsumptuosū Bononia ex-

nia expulit Iulius 2.Pōtifex Maximus,à cuius fnīa ad futurū concilium appellauit, sed sexagenarius in ipso exilio mortuus est,deserta vt inani & irrita appellatione,q̃ dānauerat d.Iulius 2. in cōstitutio ne paulò ante citata. Sicuti & talē appellationem emisisse idē eadē constitutione refert Leonardum Lauredanū ducē,Rogatos gñale consilium & cōe venetiarū oēsq; & singulos patricios & ciues cōis eiusdem, una cum prouisorib. potestatib. cōmissa rijs,& reliqs officialib. suis;quorū auctoritate,industria,opera,aut fauore ciuitate,oppida,castra & arces,ad S.Rom.Ecclesiam pertinentes, occupatæ fuerant aut detinebantur.Cū iussi & moniti essent per d.Iulium 2.intra certū temp.sub pœnis ibi expressis,ut cum obedientia recognoscerent, & redintegrarent Rauennā ceruiā,Ariminū,Fauentiā, Sarcinā ciuitatē,cū oppidis castris,terris & districtu ipsarū.& cætera alia oppida,quæ dicebant̄ à se de occupari, sub sententijs excommunicationis, de quib. appellarunt ad futurum.concilium. *a*

a Soluuntur exempla seq. c.nu.1.

Deinde † Pan. de hac controuersia quæstionem in utramq; partem edidit,primā numero & n. 21. rationes adfert,quibus appellare liceat à papa. *b* 5

b Soluuntur istæ rationes c.proximo nn.2.

1.Quod à minore ad maiorē appellari possit. At cōciliū maius papa. Ergo ad cōciliū ab eo appella ri pōt·Minorē ꝓbat 1.Quia cōciliū generali nō tm̄ papa,sed & alii totius orbis p̄lati intersunt,ut in c. 1.2.3.c.multi 17.dist.2.Qđ in hoc cōcilio rep̄sentatur tota Ecclesia vniuersalis,ut actuū 15.c.vers. 10.& 29.facit c.sicut in fi.15.dist.c.Ecclesia,de cō secrat.

secrat.dist. 1. Nemo a.dubitat totā Ecclesiam iunctam cū capite suo,maioris esse auctoritatis,quam sit solus Papa,quia potestas fuit tradita Ecclesiæ,q̄ per Papam exercetur tāquam per caput Ecclesiæ c.manet,24.q.1.c.ita dominus 19.dist. Hinc maioris auctoritatis est constitutio totius consilij,quam papæ c.1.& ibi per Archidiac.20.dist.

6 1.Ratio † potest sic concipi. Appellatio ad emendandā iniustitiā & errorem iudicis est inuenta l.1. de appel.ff.*c* At Papa pōt errare solus. Minor probatur primū ex c.si Papa 40. dist. quo loci Bonifacius Martyr quo loci papa quidem à nemine redargui pōt,nisi deprehēdatur à fide deuiare, ꝙ ibi gl. si.intelligit,qñ papa à nullo vult corrigi. nā si paratus esset corrigi, nō posset accusari c. apertè cano. ait.can.hæc est fides 24.q.1.c.dixit Apost. 2.q.3.

c Soluitur hæc ratio proximo cap.num.5.

2. Potest esse papa insufficiens administrationi pontificatus,vt in c.1.de renuncia. in sex. ubi pp insufficientiam admittitur pontificatus summi renūciatio. Totā autem Ecclesia errare non potest ca.à recta 24.q.1.c.maiores,de baptismo. Diuus Thomas 2.2.q.1.vers.ad 9.quia Ecclesia gubernat spiritu ueritatis,quem misit dominus iuxta promissionē D.Iohā.c.16.cum venerit,inquit,spiritus ille ueritatis,docebit vos omnem ueritatem.

7 3.Sententia † Romani pōtificis in melius cōmutari potest,uel per illū ipsum,uel per alios in c.ueniā c.sñiam.35.q.9. per eādem rōnem Innocētius 3.sum.pontif. restituit in integrum Ilerdensem Ecclesiā contra Celestini & Eugenij papæ sñiam, in c.tum ex literis 5.de restitut.in integ.lib.1.tit.41.*d*

d Solui-

d Soluitur proximo cap. num. 5. & 6.

Ita licitum videtur resistere summo põtifici exemplo Diui Pauli, qui restitit in faciem Diuo Petro, q caput erat Ecclesiæ. In c. Paulus Petrum reprehendit. 33. 2. q. 7. expressus ad Galat. c. 2.

Imo animal subiugale asina reprehendit Balaam contra prohibitionem Dei agentem n. 22. can. nos si incõpetenter 41. §. item cũ Balaã. 2. q. 7. quo textu infertur, pontificẽ summum & prælatum, cũ ad malum cogit subditũ, ab eo posse reprehendi. Multò magis hoc poterit fieri per Ecclesiã totã, in consilio congregatam: aliter sequeretur, vt vnus solus summus Pontifex deduceret Ecclesiam in cõfusionem, quod dici non debet.

4. Maiorem † authoritatem habere consilia, innuit Pan. quod quanuis auctoritas papæ sit à Deo, tamẽ firmata & maior facta est per cõsilia, ut in consilio contra Symmachum habito Romę, in quo reliquit Symmachum accusatum, iudicandum Deo soli. in c. consilia. 6. §. hinc etiã 17. dist. Non posset autem ei concedere potestatẽ, nisi penes se haberet, quia nemo dat quod non habet. c. Daibertũ. 1. q. 7. c. quod aũt de iur. patron. L. si uniuersæ. C. de leg. *e* 8

e Respondetur huic rationi proximo cap. num. 7.

5. In c. 9. Anastasius † 19. dist. Anastasius summus Pontifex, reprobatus dicitur à diuino numine, quod Photinum, qui communicauerat Acacio excommunicato, clã reuocare in ordinem voluisset, sine consilio Cleri, seu generali. Sic contra Marcellinum sum. pontif. collectum consilium Romanum & Suessanum, quod incensum idolis obtulisset. Contra Liberium i. ut Arrianũ in exilio missum Cleras 9

ad-

admisit Fœlicem 2. Platina in utroq;. Hieronimus in Chronico Mariam.Scotus. *f*

f Respondetur ea Anastasius prox.cap.nu.8.

10 6.Naturalis† est defensio l.vt vim.de iust. & iur.ff. Et species defensionis est appellatio contra iniuriam iudicis l.1.de appe.ff. *g*

g Respondetur in proximo cap.num.9.

At quæ naturalia sunt,nullo iure ciuili dirimi possunt l.eas,de c.deminutio.§.sed naturalia, de iure nat.Ergo debet permitti appellatio cōtra iniuriam illatā à summo pontifice.Et ita Vgo in libro inscripto synodia Vgonica,de concilijs reprobat prohibitionem Pij 2.appellandi ad concilium.

11 7. Appellator † à Metropolitano ad concilium Metropolitanum,in quo etiā præsidet Archiepiscopus Metropolitanus.can.multis 5.§.fi.& ibi glo.ad verba,ad maiorem 17.dist.item inquit,hic appellat̄ à Metropolitano ad Metropolitanum cōcilium,vt infra 2.omnis.2.q.6.& sic concilium est maius Metropolitano.hæc ibi. Vnde consequentia fieri pōt, ergò appellari posse ab ipso summo pontifice ad concilium generale & concilium esse maius summo Pontifico.

Cap. V.

Conciliatio contrariarum superiorum sententiarum.

SVMMARIA.

1 *Facta non ueniunt in quæstionem,sed num rectè facta sint,& pro pontifice summo interim præsumatur.*

2 *Papa*

2 *Papa consilium maius extensiue non intensiue.*

3 *Quamuis papæ sententia mutari possit in melius; tamen non sequitur ab illo appellari posse, quia non est ei superior, & mutatio alio modo occurrete causa sæpè necessaria.*

4 *Si male iudicet summus Pontifex, debet expectare iudicium à Deo.*

5 *Summus Pontifex consideratus tanquam caput Ecclesiæ non potest errare in fide.*

6 *Concilium rectè congregatum non potest errare inspectantibus ad fidem & mores, nec Ecclesia in aliis potest.*

7 *Symmachus a concilio suo iudicio relictus est.*

8 *De Anastasii damnatione notatur error, & de Marcellini iudicio.*

9 *Defensio naturalis quidem est sed non ex arbitrio permissa.*

10 *Summus Pontifex sine præiudicio suæ dignitatis põt suam sententiam subiicere concilio, sed non facit hoc tanquam inferior.*

11.12.13.& 16. *Notantur tres casus in quibus adiri potest concilium generale et contra denegationem papæ, si præcipiat contra fidem, vel quod decoloret uniuersum statum Ecclesiæ, uel in schismata.*

14 *Si præcipiat scandalum.*

15 *Casus in quibus dicitur papam dispensare non posse, uel non debere remissiue.*

18 *Iudicium maximum adhibendum, in accusatione uel suspicione credenda summi pontificis & quare.*

19 *De Fratricellorum hæresi.*

20 *Summus Pontifex, qui se ipsum uelit emandare, omnibus præcludit uiam inquirendi in illum.*

Possunt

1 POssunt† tamen refelli superiores rationes ut ad hæreamus primæ. Nam, quod pertinet ad exẽpla, in quibus prouocatũ est à papæ decreto ad cõsilium, admittuntur ut de facto; sed num iure factũ hoc sit, uel fieri possit, hoc disputatur. Eodẽ modo quod appellatur ad Dei tribunal, nũ recte, dies domini, iudicabit. Nam prælati pro ouibus suis redditurì sunt rõnem, & sanguis earũ de manib. eorũ requiret, ut habetur in cõns. Tride. sessio. 6. de reforma. c. 1. & sessio. 24. c. 1. de reform. c. Ephesus. 43. dist. c. 1. 13. quæst. 1. Exechiæ. c. 33. & 34. actor. 20.

2 Facit interim pro summo põtifice, dum dies ille exspectatur, quod dictũ D. Petro est & eius successoribus in eius persona, quodcũque solueris super terram, erit solutum in cælis: item quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. D. Mat. c. 16. In princip. 20. dist. §. sed aliud. Ita explicat D. Augustinus hoc dictum de petri successoribus tractat. 50. super Io. ad c. 12. relatus in c. quodcunq;, 25. q. 1. iudicat tanquam Deus in plena illa potesta te papa c. inter corporalia, de trãslat. Episcopo.

Quod pertinet ad rationem ex Panormit. quod consilium maius sit, quam caput & papa illud ut diximus extensiue & non intensiue, & conciliis nõ ligatur summus Pontifex; imo contra illa facere potest, ut c. significasti, de electio. & ca. nulli, de rescr. licet difficile id faciat c. post trãslationẽ, circa finẽ, de renũciatio. Spec. li. 1. particula 1. ti. legato. §. 5. n. 10. Et diximus in cõsilio exceptam esse auctoritatẽ papæ, qui conuocat legitimum cõnsilium & approbat, cum sine eo nõ sit legitimum consilium. Ita in consil. Frid. sessio. 25. de reformatione c. 21. declara

tur,

tur, omnia quæ de morum reformatione atque de ecclesiastica disciplina cōstituta fuerāt, ita decreta fuisse; ut in his salua semper auctoritas sedis Apostolicę & sit, & esse intelligatur. Idē sessio. 7. in princip. c. de reformatione.

Sunt tamen tres casus, in quibus consilium est supra papam, ut dicemus paulo post: in aliis synodus relinquit summum pontificē iudicio Dei, ut factum in Synodo Romana quarta sub Symmacho, & contra Symmachum papam in ca. fi. §. ad hæc serenissimus. Rex. 17. dist.

Ad † 2. & 3. rationem qua instat Panormit. mutari posse sententiam summi pontificis, & retractari, respondemus, hoc non concludere, ab eo appellari posse. Nam uerum est, mutari & emendari posse. cognita causa, ꝑposita sub & obreptione prioris, errore facti, uel occasione noua iustiore, cū & côciliorum, summorumque pontificem decreta mutata sint, & canones, nempe ob facti noui causas, uel ob circumstātias & necessitates, rerumque & personarum & morum mutationes. Sicut & multa in nouo testamento sunt, quæ abrogarunt alia plura antiqui testamenti, & quotidie nouis morbis noua remedia quærenda sunt, & meliora possunt agnosci, Deique uolūtas interdum nos iustam nostram pro missionē sine peccato prætermittere iubet, ut in ca. bea. Pau. 22. q. 2. Sic & Imp. dicebat, nec nos pudet nostras leges corrigere, in prin. nou. 22. de nuptiis. & magnæ sapientię est, mutare hominē quod male locutus est, ait D. Aug. in c. magnæ sapientiæ. 22. q. 4. Et hoc procul a controuersia est, illud autem contenditur, an possit hoc ab alio per modum appella-

tionis & superioritatis fieri, supra potestatem papę & hoc negatur, nisi de eius consensu.

4 Et dato† quod interdum (extra fidem) male iudicet sum. pontifex, certe ꝙ pertinet ad homines, qs iudicatus iniuste non dicetur, ut reprehendatur iudex a subditis, cũ non habeat superiorem in terris sed uterq; iudicio Dei relinquitur, in c. si quis non recto iudicio 24. q. 3. Optime & Rabanus lib. 1. de Ecclesiasticis pressuris, nõ in perpetuũ damnamur cum iniuste iudicamur, dicẽte psal. 36. nec damnabit illum cũ iudicabitur illi Multi sacerdotes culpã zelo Dei se persequi profitentur; sed dum indiscrete hoc agitur, sacrilegii facinus incurrũt, & dũ præcipites quasi ad emendandũ ruunt ipsi quoq; multo magis deterius cadũt, quod retulit Gratianus in canon. non in perpetuum 5. eadem 11. q. 3.

5 Summus† pontifex si consideretur tanquã caput Ecclesiæ & fungẽs suo officio nõ potest errare in fide. Quemadmodum D. Petro, quem constituit summum pontificẽ, Dominus dixit Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre, ne qñ deficiat fides tua. Et tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. Et rõ est, quia una fides debet esse in tota Ecclesia, iuxta Apostolũ 1. ad Cor. 1. Idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schimata, quod seruari non posset, nisi quæstio fidei de fide orta, determinaretur per eum, qui toti præest Ecclesię, ut sic eius sententia firmiter à tota Ecclesia teneatur, & ita concludit D. Thomas 2. 2. q. 1. §. ad decimum, uers. Respondeo.

6 Et concilium† recte & legitime congregatũ non potest quidem errare in spectantibus ad fidem & mores, sicut nec Ecclesia perseueranter, sicut notãt

inter-

interpretes iuris pontificii, & D. Thomas quodlibet.9.articulo.16.

In alijs verò quibusdam posse concilium errare, non est inconueniens asserere. sicut in matrimonio omnino prohibito in concilio Aquis grauensi inter raptorem & raptam, in c.fi.36.q.2.etiam si consensus raptæ accesserit, obtinuit sententia cōcilij Meldensis cōtraria, & diui Hieronymi in c.si aūt 10.& c.tria.8.eadē 36.q.2.& notat glossa in d.c.fi.§.1.ad verb.auctoritate eadē 36.q.2.Sunt & concilia aliqua p alia cōcilia sequētia antiquata, iuxta exigentiam temporum & personarum, Ita etiam & Pontifex ut priuata persona, errare potest & peccare, quod tractat Caietanus ad diuum Thomā 2.2.q.1.art.5.ideo & confessorem habet; non tamen vt Pontifex in fide iudicando & definiendo. Sicuti in cōcilio Pharisæorum Caiphas quamuis impius & Simoniacus, tamen prophetauit cum esset Pontifex anni illius, diui Iohannis c.11.

Ad 4.rationem† negatur in exemplo Symmachi7 maiorem fuisse potestatem concilij, imò potius liquet inde superiorē pontificis, qui per cōciliū non est dānatus, sed est relictus suo iudicio, quēadmodū & Leo.3.sum.Pont.se purgauit ab illatis criminib.falso corā fratribus ad suspiciones malas tollēdas, spōtanea, inqt, volūtate, nō quasi in canonib.inuētum sit, aut quasi ego hāc cōsuetudinē aut decretū in sancta Eccl. successi. meis imponā 1. ut refert Anto.par.2.historię ti.14.c.1.Marian.Scot.Aymonius li.4.historiæ.Frāc.c.90.Gratia.in c.auditū est, 18.in prin.2.q.5.& ideo & dānatus ī Chalcedonēsi concilio Dioscorus.patriarc. Constantinopolit.qui

ausus est excōicare Leonem papam cap.fi.21.dist.

8 Ad 5.†arguitur ea. Anastasius, 19.dist.per annotationes approbatas à sum.pont.Gregorio 13. vbi dr̄,canonem quidem hunc haberi tomo 2. conciliorū in vita Anastasij,sed illud omne censeri cōfictū, qui Acasius tēpore Fęlicis 3.obijt,cui successit Gelasi⁹, & Gelasio Anastasius,vt ait Nicephorus li.16. c.12.Euagrius li.3.c.18.cum sequ.Et Anastasius Bibliothecarius in Chronologia. Et ipse sum.pontif. Epist.ad Anastasium Imperatorē,Acasium iā mortuum & ante Iudicem Christmu vna cum Fęlice adstare scripsit,vt & ante ipsum Gelasius scripserat, in c.nec quisquā 24.q.2.Ideo non potuerit Anastasius de eo reuocando,qui ante obierat,tractare.

Quod pertinet ad Marcellinū id verum, sed nō ipsum concilium damnauit,sed eum suæ pęnitētiæ & iudicio ꝓprio reliquit,ut ait Platina in eius uita. De Liberio verò quod dicitur,cum hæreticis cōsentisse,eius exiliū ob id,ꝙ noluit Arrianis & Imperatori de Athanasio pellendo consentire,cōtrariū testatur,ut & Ammian.Marcell.li.15,variæq; sunt de hoc sententiæ.Vt & subrogationē Fœlicis 2. fuisse schismaticā,alij cōtra testantur.Hierony.in Chronico in Acatio,Rufi.li.1.c.12.& li.2.c.10 .Socrates li.2.c.37.& li.4.c.39.Theodoret.li.2.c.15.16.17. Sozom.lib.4.c.11.& 15.& lib.6.c.27.

9 Ad sextum†admittimus descusionē esse naturalem,at non ex arbitrio permissam, sed legitimā tantum:ea autem nō censetur legitima,quæ contra decretū summi pontif.ut superioris prætendit.q̄a q̄ui potestati resistit,ordinationi Dei resistit ad Ro.cā. 13.Quinimo iure diuino,cui obtemperare d̄nt maxime

ximè summo pótifici, vindicta relinquēda est Deo facienda, nec propria auctoritate iniuria vindicanda, Ecclesiastici c. 28. ad Romanos c. 12. vers. 19. ad Hebræos. c. 10. vers. 30.

In summa † Pan. pro resolutione prædictorum 19 in prædicta quæstione prima, admittit primū summum pontificem posse suā sniam reuocare, & multo magis posse eam examinādam subijcere uel pati appellationem ad iudiciū concilij vniuersalis, atque recte eum ita facere in grauiorib. & ipsius ita fieri maximè interest, ut in c. nos si competētes 2, q. 7. & proinde posse, si ei expedire uideatur, & tamen non cogitur appellationem ad cōcilium interpositā, admittere, ut in citatis iurib. in c. ueniam, & c. sen tentiam 35. q. 9. & in d. c. tum ex literis, de restitutio. in integrum. Sed hoc non faciet tanquā admittens appellationem ad superiorem, sed tanquam sponte se & sniam suam examinationi subijciens. Dubium enim non est, quin maior sponte non possit se submittere inferiori l. est receptum. de iurisdict. omnium iud. ff. expressum de papa in c. nos si competenter 2. q. 7. c. mandastis. 2. q. 5. Nā etiam ipsemet se deponit c. nūc autem 21. dist. Sic se subijciens sacerdoti papa, potest ligari & absolui, neq; se ipsum potest absoluere, uel remittere sibi pœnitentiam impositam, ut notat Speculator. li. 4. partic. 4. tit. d. pœnitentijs. nu. 14. & 15. per dicta iura, & per prædicta iura & per c. fin. de pœnitent. & remissio. quia in eo, quod se subiecit, factus est minor, ut ait Iohann. Andre. ad Speculator.

Sed † quādo nō vult admittere, in quæstione an 1 2 iustè deneget, distinguit, de qb. agatur. Sunt enim

quædã quæ iuris positiui sunt, in quibus habet plenitudinem potestatis, nec si cõtra illa faciat, nõ decoloratur status uniuersus Ecclesiæ: & in his nõ debet admitti ab eo facta ad concilium appellatio, cũ plenitudinem à Deo potestatis eius acceperit, & nemo dicere ei potest, cur ita facis, c. aliorum, c. nemo c. cuncta per mundum. 9. q. 3.

12 Quędam † aũt sunt, quæ papa attentare non potest; & in his interdum poterit admitti appellatio. Sic loquitur Panot. in d. q. 1. atq; ibidem post alios notat tres casus, in quibus, inquit, credo appellationem esse admittendam etiam inuito papa.

1. Quando pręcipit aliquid contra fidem. In hac enim cã concilium est supra papam & licitè receditur à papa. & sic intelligi potest c. si papa 40. dist. citatus supra in 2. ratione & c. Anastasius. 19. dist. citatus in 5. ratione seu argumento. & explicat ita gl. in can. 1. Acatius 24. q. 1. ad verba in hæresim. Hic est, inquit, casus, in quo papa papam potest ligare: in quo papa in canonem latæ sententiæ incidit. Nec huic obuiat regula illa, quod par parem ligare aut soluere nequit, ut extra de electio c. innotuit. Quia si papa hæreticus est, in eo quod hæreticus, est minor quolibet Catholico, c. scimus 12. q. 1. quod & ait D. Thomas in 4. sententia dist. 19. Gabriel Biel in can. missæ fol. 180. col. 2. Philippus Decius ad c. cum venissent de iudic. & cons. 151. nu. 4. Et quia etiam lex factum notat, sine snĩa, vt in l. palam §. fi. de ritu nupt. Gloss. etiam ad c. Anastasius 9. ad verb. concilio 19. distinct. Videtur ergo, inquit, quod papa tenetur requirere concilium Episcoporum, quod uerum est, ubi de fide agitur: &

tunc

tunc Synodus maior est papa.ut 15.dist.ca.sicut, fin.& argumen.ad hoc 93.distinct.c.legimus.& ibi gl.margin.addit,Synodus simul cum papa, de qua nunc gl.loquit,maior,est maior papa solo,extẽsiue, non intensiuè.Vide Caiet. apolog.parte 2.c.13.ad 6.& De Turrecremata in summa de Eccl.li. 3.c.64. nec textus citati,si quid faciunt,aliud concludunt.

2.Panormitan.† in prædicta q.1.tradit posse ap- 13 pellari à papa ac conciliũ,si is aliquid præciperet uel ageret,quod decoloraret totum statum Ecclesię:quia conuenit inter interpretes,hoc papam facere non posse c.& si illa 1.quæst.7.c.quæ ad perpetuam.25.q.1.c.sunt quidam.6.& seq.contra statuta patrum,cap.25.q.1.ubi,& textus,& gl.tradunt, non posse papam contra statuta patrum aliquid cõdere aut mutare sua auctoritate,non contra Euangelia,non contra Prophetas,uel articulos fidei.Posset tamen cum toto concilio reformare decoloratũ statum,ut in c.non debet,de consang.& affi.Aliter non esset inquit Inn.ad c.quanto,de consuetud.papa.sustinendus si uellet uenire contra statum Ecclesiæ unicæ saltem sine causa manifesta,& non posset illi conuenientius resisti,quam per totã Ecclesiam, & concilium generale.facit c.literas de restit.spol. c.proposuit,de concession.præb.Eo pertinet,quod D.August.scribit Epistola ad Donatistas ubi loquit de collegio pap.& Cardin.ait, Ecce putas eos Episc. q Romæ iudicauerũt,nõ bonos iudices fuisse:restabat adhuc plenariũ Ecclesię uniuersalis cõciliũ, ubi etiã cũ ipsis iudicib. causa posset agitari: ut si male iudicasse conuicti essẽt,eorũ sẽtẽtiæ resoluerentur.

3.Existimat† Panorm.prædicto loco posse appel 14

lari à summo Pontifice, si præciperet, quod est in se malum, uel uehementer ex suo præcepto præsume retur futurum scandalum. Quia tali præcepto non est obtemperandum, ut tradit Innocent. in ca. inquisitioni, de sentent. excommun. per ca. si is qui præest cap. Iulianus, ca. si dominus, c. qui resistit. 11. q. 3. & c. 1. 40. dist. quando peccatum est notorium.

15 Sunt † insuper plures casus, in quib. relatum est, Pontificem dispensare non posse, quorum aliquos refert Speculator li. 1. par. 1. ti. de dispens. §. 7. incip. nūc breuiter dicēdū, n. 2. & seq. hoc est, in aliquibus nō solere uel difficile dispēsare, & raro, ī aliis nunq̄.

16 Ex concilio † Constantiensi in ti. de auctoritate sacrorum cōciliorū in prag. sanctio. §. & primo. & in princip. de app. Primo declaratur, ꝙ ipsa sinodus in spiritu sancto legitimè cōgregata, generale cōciliū faciēs, & Ecclesiā militantē repræsentās, potestatē à Christo habet immediatè: cui quilibet cuiuscunq; status conditionis uel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur, in his quæ pertinēt ad fidē & extirpationem dicti schismatis, & generalē reformationem Ecclesiæ Dei in capite, & in membris.

Ad illum. §. Cosmas Gnymice in glossa tradit ferè eadē quæ Panormit. in prædicta q. 1. in tribus casibus concilium generale esse suprà papam, & in tribus ei obediri teneri.

i. In his quæ concernunt fidem: & hinc conciliū posse damnare, & deponere papā propter hæresim ut notat Innoc. ad cap. ex parte. de uerb. significat. Archid. ad c. in fidei. de heret. in sex. ad hoc. c. cōcilia, §. hinc etiam, 17. dist. c. nos si cōpetenter. §. item Symachus 2. q. 7. Et potest concilium statuere, ut

nemo

nemo participet cum hæretico Papa,ut in c.Anastasius.19.dist.quo casus reppellēdus esset de cōcilio quia hæretici non debent admitti ad concillium c. cōuenientib.1.q.7.c.cum quib.24.q.3.nisi paratus esset summus Pontifex culpam suā emendare, quo casu non esset deponendus.c.nunc autem.21.dist.

2.Casus in casu extirpandi schismatis,cum duo concurrunt in papatu in quo,& cōcilium potest de illis iudicare,c.si duo forte,78.distin.uidendus est tractatus Ioan.Gerson.de auferibilitate Papæ ab Ecclesia,quando uidelicet est quæstio de schismate dubio,alioquin si de uero constet,aliter iudicatur.

3.Casus est in his,quæ concernunt generalē modum reformationis,in capite,& in membris.Nam generalis deformatio nō mediocriter fidem tangit & per consequens eius reformatio.

Et in his posse appellari à papa ad concilium,gl. penult.ad §.fi. de causis in pragmat.sanctio.ait.

Dixit† & gloss.fin.ad d.c.si papa,40 dist.papam 17 ex quocunque crimine notorio posse accusari,si admonitio sit incorrigibilis,quę sententia fuit à Canonistis approbata:Sed Theologi contrarium dicunt, quod in crimine tantum hæresis accusari possit.Refert utriusque partis auctores Iulius Clarus.li.5.sētentiar.Iur.§.fin.quæst.35.n.3.Ipse autem ait, periculosam esse hanc quęstionem in qua ipsa malit discere quā docere, & proinde se remittit iudicio S. matris Ecclesiæ,& sum. Pontificis.Atque nu.4.ait, Etiam in causa hæresis in qua ex cōmuni consensu omnium potest accusari,papam habere tantum Iudicem concilium generale, per d.ca.si papa.& ibi Card.Alexan.gl. in c. sicut in uerbo hortamur.2.q.

7.

7. Ias. cōs. 95. incip. Trāseo ad tertiū li. 4. Refert eo. Clarus ex prędicto Cardinali, quod si hæresis Papę sit notoria, debet moneri per Cardinales, uel per alios, illis negligētibus, ut se purget ab infamia hæresis, de qua est suspectus, & si se purgauerit: nō sit ulterius procedendum: sed si id facere recuset, & sit contra eum uehemus suspicio hæresis, tunc Cardinales illum rogabunt, ut conuocet concilium: & si noluerit, ipsi congregabunt. ubi tamen hæresis est notoria, & requisitus à Cardinalibus persistat in errore, nec emendet. Nam tunc Cardinales conuocabunt concilium; & ipsius negligentibus, prælati se ipsos congregabunt. Conuocato autem concilio, si papa de hęresi sit conuictus, & nolit mutare sentētiam, priuabitur papatu, & tradetur potestati seculari puniendus. Si autem ad pęnitentiam uelit redire, nihilominus ex quo per aliquod tēpus fuit pertinax in errore hæresis, priuabitur papatu, & detrudetur in monasterium. Et hoc casu solet concilium ei defere, si uelit ipsemet se ipsum cōdemnare: si uero se ipsum noluerit condemnare, tunc concilium expediet causas, & illū degradabit. Et ita cōcludit prædictus Cardinalis ex Doctoribus per illum allegatis, & clarus prædicto loco. In quæstione autem inde orta, an cōcilium generale sit supra papam, & num illud Cardinales uel alii Principes seculares possint concilium conuocare se remittit ad determinationem factam uel faciendam à sancta matre Ecclesia. Vnū tñ ait, ꝙ si papa scādalizet uniuersalē statū Ecclesiæ. Tūc talia p eū gesta in scādalū Ecclesiæ nō teneat, & resistit ei per Ecclesiā neq; ei esse in talibus obediendum, & ita omnes tenent.

Cauen=

Cauendum † autẽ erit in causa & crimine hære- 18
seos uel simili alio delicto grauissimo, quo accusari vel diffamari potest summus Pontifex, ne nisi cum maxima & prudẽtissima disquisitione credatur. Solent. n. inimici & hæretici multa confingere in summum pontificem, ut personam eleuent, cum dignitatem eius conuellere nequeant. Quemadmodum & Scribæ & Pharisæi multa confinxerunt, & falsis etiam testibus conati sunt probare, ut Dominum nostrum Iesum Christum calumniarentur, & Dæmoniacum & Heluonem & Samaritanum, & prohibentem dare tributa Cæsari dicerent.

Sic sub Cardo pulchro Francorum Rege, qui fraticelli dici uoluerunt, cum damnarent sermone & scriptis temerè diuitias Ecclesiasticas & purpurã, opes, dominatũ à Religione alienum esse prædicarent, & hanc sententiam Ioannes papa 22. nomine iniq̃ censuisset & damnasset, Illi impia hæresi põtificem laborare prędicabãt, quod is, quód Christus Deus & Dominus sanxisset, ipse impietatis insimularet: eoq; deuenerũt, ut Ioannẽ qui de numine, vt dicebant, impie sentiret, pontificem esse negarent ac velut solio pontificio uacuo, creandum pontificem nouum uerumq; contenderent, ut scribit Auẽtinus lib. 8. historiæ Francię.

Sed demus † talẽ esse, si uelit se agnoscere & pa 19
linodiã recantare quis eum audebit pontificem dãnare, qui in manib. sui consilij relinquitur? faciet exemplum Marcellinus qui in persecutione illa sæuissima. Diocletiani & Maximiani, metu primũ pęnarum, idolis thus adoleuit. Sed cum pœnitentia ductus collegisset concilium 180. Episcoporum in

Sinuessa

Sinuessa urbe Campaniç, squalidus & puluerulentus, ciliciоque indutus comparuisset, petẽs ut pro inconstantia debita pœna tribueretur; in tanto concilio nullus, q eum damnaret, inuentus est, cum dicerẽt omnes, ea fermè ratione Petrum peccasse, ac flendo peccati pœnam luisse. Quare liber abiens, Diocletianum adiens tandem pro fide martyrium constanter subiuit, ut ait Platina in eius vita.

Cap. VI.

De appellatione à concilio ad summum Pontificem.

SVMMARIA.

1 *Qui appellarunt a concilio ad summum Pontificem.*
2 *Sed appellatio fuit à conciliis prouincialibus.*
3 *Supplicatur tamen contra concilium generale receptum summo Pontifici, si causa sit.*
4 *Concilium Ephesinum 2. non fuit legitimum.*
5 *Summi Pontifices de causis Ecclesiasticorum contra principes etiam adeuntur.*

1 NVM †appellatio verò ualeat à sacrosancto cõcilio ad summum pontificem? citantur pro parte affirmatiua, exempla.

Basilides & Martialis, Hispaniæ Episcopi, pp crimen idololatriæ ex Ecclesia eiecti ad Stephanum pontificem iure appellationis confugerunt, ut liquet ex Epistola 4. li. 1. Cypriani. Theodoretus Episcopus Cyri, appellauit à concilio Ephesino 2. ad Leonẽ papã, ut constat ex Liberato, in Breuiario c. 12. & ex Epistola Theodoreti. Soluit summus pontifex Iulius 2. Athanasium, quem cõcilium ligauerat.

tat.Sozomenus li.3.historiæ Ecclesi.ca.7.Soluit & sum.Pontif.Leo 1.Flauianum Episcopum Costanti nopolitanum,à concilio Ephesino ligatum, & eum suæ sedi,à qua deiectus erat,restituit,Leo epist.25. ad Theodo.Episcopos iniquis iudicijs conciliorum oppressos ad Romanum tribunal confugientes audierunt,summi Pontifices,vt Innocentius Chrysostomum;Nicolaus,vt quidam dicunt, Ignatium, Martinus Maximum,& alij alios.

Sed certè hæ appellationes possunt recipi à concilijs prouincialibus ad summum Pontificẽ. At à concilijs vniuersalibus legitime celebratis, & cum auctoritate Pontificis,ut oportet,cœptis, conuocatis & probatis;non videntur admittendæ,sicuti definitum fuit in concilio Chalcedonensi.c.multis 17. dist. De Turre cremata copiosè ad cap.cuncta per mundum 9.quæst.3.& in summa de Eccl.li.3.c.47. 48.& 49.Ratio,quia tunc concilia repræsentant vniuersam Ecclesiam,&,cum auctoritate Pontificis confirmatur,non minus ab illis,quam ab ipso Pontifice licet appellare,neque ab ipso Pontifice ad ipsum eundem,vt neq; licet à vicario Episcopi ad Episcopum ipsum prouocare,quia appellaretur ad idẽ tribunal,& à seipso ad seipsũ c.2.de cõsuet.in sex. c.3.de appc.in sex.sicuti si tanquam prælatus Episcopus affuit capitulo in actu capitulari,ab eo capitulari decreto nõ põt appellari ad eundem Episcopum,ut prælatum.c.à collatione XI.de app.in sex.

Potest tamen fieri,ut ad decisa per cõcilium explicãda uel dispensanda,recurratur ad sum.Ponticem,cuius etiam uoluntati illa relicta sunt, dum constituuntur.

3 Nec † præcluditur remedium ſupplicandi ſummo pontifici, ſi cauſa ſubſit, vel de nouo appareat poſt concilium, quæ ante latuerat. Sicut enim ſemper proficit Eccleſia, multaq; noua oriuntur, quæ nouo indigent remedio, & concilia noua addunt uel explicant dicta in præcedentib. & reformāt; Sic eadē auctoritate ſummus Pontifex ex iuſtis rationibus eadē facere pōt. Et ita ēt Reb.to. 3. commentariorum ad conſtitutiones regias, tract. de app. art. 3. gl. vna n. 9. nec ab ſtatutis in concilio generali inquit, appellatur, quia ſolum DEVM habet ſuperiorem, quamuis quidam voluerunt dicere quod ad Papam poſſit; ſed contra illos eſt textus in c. ſicut, 15. diſt.

4 Concilium † Epheſinum 2. à quo Theodoretus Epiſcopus Cyri appellauit, non erat legitimū, nec approbatum, ſed tantum Epheſinum. 1. c. 1. §. tertia Synodus, & ibi glo. ad verbum Epheſina. 15. diſt. & c. quoniam ſanctæ 16. diſt.

Athanaſius verò Alexandrinus ab Arrianis damnatus erat per calumnias, in conciliabulo, vt notat Platina in vita Iulij 2.

Flauianus quoq; Epiſcopus Conſtantinopolitanus nō à legitimo cōcilio fuerat damnatus, ſed à ſynodo Epheſina, cui præfuit Dioſcorus Alexādrinæ ſedis Epiſcopus, vbi Eutichetis hæreſis fuerat approbata, contra quod conciliabulum Leo 1. indixit concilium generale Chalcedonenſe, in quo ſexcentorum & triginta Epiſcoporum auctoritate, error & concilium Neſtorij & Eutychetis damnatus eſt. Platina in Leone I.

5 Quod † autem audiuerunt querelas Epiſcoporum etiā cōtra Imperatores ſummi Pontifices, vt Chryſoſtomi

ſoſtomi & aliorum, nõ deferendum. Nam & illi pertinent ad forum Eccleſiaſticum.

Neq; ut citãt Nicolaus 3. reſtituit Ignatium Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſed ſub Nicolao 1. depoſitũ a Barda Cæſare Baſilius procurauit eius reſtitutionem, ut ait Zonaras to. 3. Legimus reſtitutum auctoritate Hadriani. 2. poſtquam Synodo habita 8. uniuerſali Conſtantinopolitana photius inuaſor ſedis eius expulſus eſt; ut notat ad Platinã Onuphrius in Hadria. 2. ex Anaſtaſio Bibliothecario & Aimonio lib. 5. Hiſtor. Franc. c. 27.

Sed & receptum eſt cõmuni omnium interpretum ſententia, concilium uniuerſale recuſari non poſſe. Panor. ad c. 1. nu. 15. & ibid. Decius nu. 16. de iudicib. Ripa ibidem n. 45. & Berous n. 131. nempe ſi conſilium legitime congregatum ſit, & ex cauſa fidei auctoritate ſummi pont. Quia in his quę ad fidem pertinent, errare non poteſt Eccleſia. ca. hęc eſt fides c. a recta. ca. pudenda. 24. q. 1. Dixit enim Chriſtus Petro, rogaui pro te ne deficiat fides tua d. Matthæi c. 5. & Luc. 22. Et iterum, Ego uobiſcum ero uſq; ad conſummationem ſeculi Matt. 27. c. & proinde cum ibi cauſa non poſſit dici uitiata, nec ſuſpicio poſſit ex recuſatione cauſari; neq; etiã appellatio quæ pari paſſu ambulat cum recuſatione. c. ſuper eo. in 2. de appellatio.

Cap. VII.

De appellatione interpoſita a Principe, qui ſuperiorem non habet.

SVMMARIA

1 *A principe ſupremo non appellatur.*

2 *Ratio*

2 *Rationes eædẽ, quę pro prohibita appellatione a summo Pontifice.*
Item quod eius pronunciatum sit pro lege.
3 *Dignum non est Maiestate regia suam sententiam mutare, quæ non debet esse nisi deliberata.*
4 *Item quia omnis potestas in principem translata fuit*
5 *In Gallia nullus a Rege appellat. nec ab eius ordinatione ne si crimine maiestatis.*
6 *Sed num a principibus feudatariis appelletur.*
7 *Componuntur contrariæ sententiæ.*
8 *De appellatione à clarigationis, uel repressaliarum concessione.*
9 *A principibus ad ipsosmet principes recurritur, sed non per uiam appellationis proprie.*
10 *Bonus Princeps se subiicit rationi legis.*
11 *Et statuunt, ne iudices prouinciarum sua rescripta ad mittent nisi iusta.*
12 *Et desiderant de iniustitia moneri, ut eam corrigant.*
13 *A Principe ad concilium comitiorum populi num liceat appellare.*
14 *Comitia populi a Monarchis quare cogantur.*
15 *Principes autocratores iudicant in causa propria, solent tamen rerum iudicia Magistratibus ex æquo & legitimo terminanda delegare.*
16 *Ratione feudi a Principe & Rege, qui feudum habet appellari potest ad dominum feudi.*

1 ET quidem, †inquit Vlpianus, stultum est, illud admonere, à Principe appellare fas non esse, cum ipse sit, qui prouocatur. l. 1. §. 1. a quibus appellat non licet. li. 49. ff. ti. 2. Quando, inquã, sententiã dixit; non etiam si rescripsit ad consulationem Iudicis: nam tũc appellari à sententia ex rescripto la

ta, po-

ta,poteſt,iuxta ea,quæ antea diximus li.2.cap.2.& probat,l.1.§.1.iſtius.tituli.l.2.C.eo.ti.de appell.neque appellari à principe docet.c.1.§. & propterea ſancimus nou. 113. in medio litis non fieri ſacras formas.ubi & ratio quia & ipſe legem alijs dat.

Rationes,† quæ prohibitione appellandi à ſummo Pōtifice,ut à Monarcha,qui non habet ſuperiorem,ad principem ſecularis poteſtatis referri poſſunt,quia non habet ſuperiorē, ad quē appelletur. 2

Itē,quod principi placuit, legis habet uigorem. l.1.de conſt.princip.ff.§.ſed & quod principi placuit,de iure nat.gent.& ciuil.Et apud Iſocratē, Nicocles Rex,populū ſuū alloquitur,Ἐὰν, inquit,λόγων ἐμῶν νόμων εἶναι νομίζεται. Sermones meos leges existimate. Sic .n. & Lex animata ī terris Princeps;Omnibus,inquit Iuſtinianus,a nobis antea dictis,Imperatoris.excipiatī fortuna. cui & ipſas Deus leges ſubiecit,legē animatā eū mittēs hominib.&c. §.fi. de conſulib.nouell. 105.Et finis ēt principatus, ſua auctoritate nō reiecta,ſine rebellione ſtatuere,nēpe quando uult ita rata eſſe quæ ſtatuit,& eo modo quo ſtatuit; ut ſi inter priuatos,inter illos tantum. l.2.C.de legib.Sic generaliter inter oēs.l.leg. ſacratiſſime & l.leges ut generales C.e.ti.de legib.Alioqui enim omne placitū principis non circumcluſum iuſſu,non eſt lex.Sententiæ igitur illius ratæ & pro lege habentur iudiciales,ex prædictis iuribus.

Imo† uero neque dignum maieſtate regia uiſum eſt,ſuam ſentētiā mutare quia eam non debet proferre niſi mediate,& cum cōcilio. non ita temere ut mutationi pateat, iuxta l. humanū. C.de legib. neq; uolūtas optimi regis dēt eſſe ſimplex & niſi 3

cum causa iusta & rationabili, quæ effectu habeat constantem,& vtilem Reipublicæ & subditis, iuncta honnestate,& cōueniētia.c.erit autem lex 4. di stinct. Alioquin enim, ut Gregorius Nazianzenus στηλιτικῷ in Iulianum, τὸ βούλεσθαι id est, uelle dicemus esse Tyrannorum ἀγραφονόμον legem non scriptam sic uolo,sic iubeo,sic pro ratione uoluntas. Hinc ra tio uetustę cuiusdam legis Persarū,ut meminit Da niel cap.6.quæ prohibet, immurari edictum,quod semel Rex ediderit. Fuit lex regia, quæ arbitrium liberum,dedit imperādi principi,translata eū omni potestate, d. §. sed & quod principi placuit l. 1. de constit. pri.ff.l.ex imperfecto.C. de testamētis vnic.C.de of.præf.prætor.ibi.regimentis Reip. ad imperatores perpetuo trāslatis. Sic de Augusto dr̃ apud Strabonē li.17.ꝙ patria cōmisit ipsi totius im perii administrationē, cōstitutus est & belli & pacis dn̄s, ad tēpus uitæ. ꝙ exprimit Suet. in Augusto c.27.eum recepisse & morū legūq; regimēęque perpetuum.Ita prout domini uoluntas, ratum esse debere,quod princeps statuit,respōdet Pomponius Iurisconſ.in l.2.§. post deinde,de origin.iur.ff.

Et proinde ab eo appellari nō pōt, quia neque a lege eius appellari pōt, vt supra docuimus ex l. fin. §.1.de appel.recipiēd.ff.ex c. quia nos 32. de app.

4 Item † translata fuit dictatoris etiam Romæ potestas in principē l.1.de of.præf.prætor,li.1.ff.ti.11. A dictatore autem prouocatio nō erat l.2.§.populo deinde aucto.de origin.iur.ff.quia & quē vellet ciuiū,poterat in dicta causa impune occidere,ut ait Cicero 1.de legibus

5 In Gallia † hoc tenendum, quod nullus à Rege appel-

appellare poteſt,nec ab eius curia,quia Rex Galliarum nullum recognoſcit ſuperiorem in temporalibus,in c.per venerabilem,qui filij ſint legitimi. Et ſic ſeruari in Francia tradit Speculator lib.2.par.3. de appel.§.3.nu.3.

Ideo anno 1417.die 25.Februarij fuerunt declarati in ſenatu rei læſæ maieſtatis,hi q ab ordinationibus regijs & eius reformationibus appellauerāt, vt refert Rebuffus.tract.de ſupplicatio.q.9.n.53.Tomo.1.commentariorum ad conſtitut.regias.

Dubitatum † eſt de principibus habentibus quidem ſuperiorem,forſan à quo habent feudum, uel ſunt tributarij alterius, qui habent iuriſdictionem perpetuam,quales ſunt Duces,Comites,Marchiones,num ab illorum ſententijs appellari poſſit? Et videtur non poſſe,quia id omne quod agunt, videtur habere vim legis cuiuſdam.Bal.in proœmio. Digeſtor.in 2.col.in l.1.de offi.præfect.prætor.in fine Paul.Caſtrenſis.conſil.227.incip.ſuper dubio. 6

Abbas † tamen videtur tenere contrarium conſil.761.in 2.uolum.Felinus componit ſententias, ad c. quæ in Eccleſiarum,col.12.verſ.49.de conſtitu.Alex.conſ.1.colu.2.vol.5.In quo ēt videnda eſt in feudatio & num illis conceſſa eſt iuriſdictio ſine appellatione,qualem plures habent,maximè in Germania in criminalibus.Et ſi habeant in comitatu,ducatu ius ſuperioritatis pro quo non appellat ab illis.

Solent † inter uicinos principes,qui ſui iuris ſunt cōcedi clarigationes,quæ dicuntur repreſſaliæ.Vnde quæritur, num à conceſſione iniuſta repreſſaliarum appellari poſſit; Et Baldus ad Authent, & omnino Cod.ne uxor pro marito , concludit poſſe , 8

per l.1.Cod.de bonor.possess.contra tab.

lectus de consue. l.si de interpraetatione,de legib. in ff.& in ueterata,p lege,ubi deficit lex,obseruat l.de qui.l.diuturna,l.sed ea,ad ti.de leg.c.consuet. 1. dist. Et potuit esse istius consuetudinis ratio, quod antiqui tantũ religioni tribuerũt,ut etiã eius in secularib.negotiis uoluerint habere iudiciũ uel arbitriũ,uel conciliũ,ut l.1.C.de Episc.audient.Sed, & fieri põt ut quãuis secularib. negotiis se immiscere nõ debeãt personę cultui diuino dicatæ;tamẽ possunt suo nomine p laicos tẽporalẽ iurisd.exercere ut in c.fi.ne cleri.uel monach.secul.nego.se immisc. in sex.Quietius tamen personæ ecclesiasticæ uiuerent,si se secularibus iud.cijs nõ miscerent,exemplo domini nostri Iesu Christi,qui, aiẽte cuidã de turba,Magister, dic fratri meo, ut diuidat mecũ hæreditatẽ,respõdit; homo,quis me constituit Iudicẽ aut diuisorẽ sup uos.Diui Lucæ c.12.uer.13.

2 2.Casus † ut cognoscat Iudex ecclesiasticus de laicis,quãdo illi essent subiecti Ecclesię ratione tẽporalis iurisdictionis, ut in c. si duob.§.1.de app.

Facit c.quod clericis 9. iuncta gl. de foro cõp. quo loci Celestinus 3.mandat Episc.paris.de causis pecuniariis cõtra clericos, uel à clericis cõtra laicos motis,iudices secũdũ canones,& ibi gl.notat,hoc inquit speciales Parisijs, ubi Episc.habet tẽporales iurisdictiones,& gerit uicẽ comitis.Vnde,& preco ibi bãnũ nunciat nomine Episcopi,& regis:alias laici dẽt ĩ causis pecuniaris corã Iudice couenirinec tractaret ibi causa iure canonico,sed ciuili uel municipali.Dicemus, & postea p hoc casu satius, ĩ qstione,nũ liceat appellare a Iud. laico ad ecclesiasticũ.

3 Nemo†enim dubitat Ecclesiã habere posse iurisdictio-

risdictionem temporalem, etiam criminalem, quã per alios exerceri iubeat sine metu irregularitatis. committendo cognitionem causarum suo baillino vel alij generaliter, in c. fi. ne cleri. uel monach. secu lar. negot. se immisceant. in sexto.

Nõ aũt p se talẽ iurisdictionẽ exercere possẽt sine nota irregularitatis clerici in c. ex literis, de exces. plat. c. in Archiepisc. de rapt. c. clericis c. sñiam sanguinis, ne cleri. vel monac. secul. neg. se immisceãt.

Posset†etiam cognoscere Ecclesia de ecclesiarũ 4 seruis & protegere eos contra iurisdictionẽ laicam si ab ea vexarẽtur, vel indebitis oneribus & exactionibus opprimerẽtur. c. Ecclesiarum seruos 12. q. 2. auth. item nulla communitas, C. de Epis. & clericis.

3. Casus, †vt de causis spectantibus ad iurisd. Ec 5 clesiasticam conueniri etiam persona laici corã Iudice ecclesiastico possit. Sunt porro causæ quædam ecclesiasticæ vel ecclesiastici fori, quæ solummodo tractari possũt corã Iudice ecclesiastico, q̃dã q̃ tantum sub temporali; quædam quæ in utroq; foro agitari & difiniri possunt, mixtæ dictæ, ut notatur in c. cum sit generale & ibi per gl. & pan. de foro comp. Fori ecclesiastici sunt solius causæ spirituales, de sacramentis & similes, & personæ ecclesiasticæ.

Item†fori tantum ecclesiastici sunt propriè, in 6 primis illa crimina, q̃ ex iure ecclesiastico, seu pontificio, tantum sunt crimina declarata, & tamen iure ciuili pro criminib. non habentur, sicuti concubinatus inter eos, qui vxorẽ nec maritũ habent, nec consanguinitate vel affinitate iunguntur, iure ciuili non est crimen habitum, totus titulus in ff. & C. de concubinis, & C. de naturalib. liber. l. 1.

Iure tamen pontificio, etiam concubinatus, & omnis coniunctio præter matrimonialem, damnat punitur c.vt clericorum, de vita & honesta. cleric. c.nemo sibi blandiatur 4.c.dicat aliquis, ca.meretrices 32.quæst.4.

7 Ita causa † natalium, s.num ex legitimo matrimonio qs natus sit, dr̃ fori ecclesiastici. in ca.tuam non credimus 3.de ordine cognitio.li.2.ti.10.Causę ẽt in genere matrimoniales sunt eius fori, c.cãm matrimonij, de offic.deleg.c.ex literis, de cõsang. &.affinib.consi.Trid.sessio.24.c.12. Et iuris patronatus.in c.quanto, de iud.decimarũ.ti.de decimis. Vsurarũ.c.quoniã, de vsur. Cũ alijs plurib. de qb. gl.ad d.c. cũ sit generale, &.c.licet, de foro comp.

8 Si etiã † esset dubium de causa fidei vel peccati, recurrendum esset ad sedẽ Apostolicam, per c.per uenerabilẽ qui fil.sint legitim.nõ tamen si esset dubium de causa legali seculari, qui ea interpretatio principis est.per l.1.C.de legib.

9 Si tamen † quoddam dubiũ esset in iure ciuili, quantum decisum esset per ius põtificium, canones locũ habent. quos nõ dedignatur sequi Imperator §.fi.vt clericis apud proprios Episc.in nouel.§.1.de ecclesiasti.h.& in nouell.c.Euthemium §.hinc colligitur 2.q.3.c.1.de nou.oper.nunc.lib.5.tit.32.

Vt etiã contra in indecisis iure pontificio & decisis iure ciuili, Ecclesia quoq; iuuat iure ciuili in d.c.1.de nouel.oper.nunc.c.lege, c.si in adiutoriũ, 10. dist.c.ex antiquis, 54.dist.c.historia 23. q.2.

Quod si extra peccatũ & fidem sint diuersæ leges ciuiles à canonibus, leges in seculari; canones in ecclesiastico seruantur foro & iudicio.

Quar-

Quartus † qñ uacaret sedes imperatoris. nã tũc loco imperatoris adeũdi adeũdus esset papa ut in c. licet ex suscepto 10. de foro cõp. quo loci Pan. n 8. notat, hoc tñ habere locũ in imperio. nõ in aliis regnis, quorũ Rex nõ recognoscit supiorẽ aliũ. At qui, ait, regibus talibus mortuis, papã non succedere, nec posse se impedire de illis, nisi per uiã denũciationis; uel nisi occurreret arduus casus de quo posset se impedire etiam regnis non uacãtib. arg. c. 1. de hom. in 6. & latius explicat ĩ c. nouit, de iud.

Non est ãt cõsequẽtia faciẽda ab imperio ad alia regna. Eo quod imperator pendet maxime à summi põtificis potestate, q̃ electionẽ cõcessit elector. reseruata sibi approbatione & examinatione electi & destitutione, in c. uenerabilẽ, de elect. & ei iurat Imperator fidelitatem, c. tibi dño, 63. dist. q̃ in aliis regnis locũ nõ habet. Et proinde uacante imperio onus administrationis ad sum. Pont. uelut ad fontem, à quo potestas accepta est, redire dẽt.

Sunt tamẽ qui pro imperio contra contendant, sed num benè, relinquo summo pontifici sanum iudicium, quod errare nequeat. 11

Quinto † si iudex secularis esset negligens in reddenda iustitia, ut tunc adiri possit ecclesiasticus, & papa p d. c. licet ex suscepto, de foro cõp. Sed rectè ut ibi notat. Panor. n. 6. ille textus, non absolutè loquitur, sed qñ vacat imperium, & ita non est superior secularis, qui in negligentiã inferioris iudicis adiri possit, uel per appellationem uel alio modo. Ratio, quod aditio sũmi pontificis in causa fori secularis est extra ordinarium remedium, ubi aliud de est, quare quandiu ordinariũ erit appellationis

Nam causa uiduarum,& similium non pertinet principaliter ad Ecclesiasticũ Iudicem,licet pertineat ad Ecclesiam,quantum ad protectionem, ut notat gl.ad d.c.ex tenore,ad uer.iniustitia,per c.1. & 2.87.distin.Imo primum ad iudicium seculare spectant causę uiduarum,pupillorum, & orphanorum,ca.regum.23.q.5.& c. ab Imperatoribus.23.q.3.d.l.uni.quãdo, Imperat.inter pupil.& uiduas. Secundò uerò,quantum ad defensionem,& ad Ecclesiam spectant,ca.administratores.23.q.5.licet, de censib.similis gl.ad d.c.significantib.ad uerb. pauperem.de offi.delegat.

Quandiu ergo negligente Iudice ordinario in causa illarum personarũ poterit adiri superior neglig ẽtis,recurrendum est ad eum, & non ad Pontificem,quia uerum est,quod possit per Iudicẽ secularem iustitia obtineri.

Alioquin prætextu iuuandi uiduas,iniquũ esset nocere iurisdictioni alicuius,quod est ultra intentionem summi Pontificis c.nouit,de iud.facit c.de niq.14.quæst.5.facit tex. in c.26.administratores. 23.q. 5. ubi administratores seculariũ dignitatũ debent moneri ab Ecclesię prælatis, ut redant iustitiã, & protectionem uiduis, & orphanis:postea nisi fecerint,possint excommunicare.

Qñ† tñ agitur de defẽdẽdis uiduis spoliatis pro possessorio,uel de defendẽtis pauperibus, & miserabilibus personis põt proculdubio,sed per modũ postulationis,auxilii,& defensionis adiri sum.Põt. qui de illa defensione cognoscit,& delegat Ecclesiastico,reseruata petitore controeursia laico, ut expresse habetur.in c.ex parte.15.foro comp. 14

Ad

Ad eã defensionẽ pertinet c. si qs de petentib. 21 sub. 24. q. 3. ex conf. Toletano 1. c. 11. Si quis de po tẽtib. Clericũ aut quẽlibet pauperẽ aut religiosũ spoliauerit, & mandauerit ad se uenire Episcopus, ut audiator, & contempserit excommunicetur.

Et in c. 2. defensionis 87. distin. defensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actibus ad esse ꝓ ætatis infirmitate non possunt, exoratum Pontificem decet subuenire, quia pupillis etiam iussit diui nitas tuitionem impendi.

Et in c. licet 1. ea. 87. distin. Licet omnibus de no bis sperantibus nõ debeamus, inquit Gelasius Gerontio & Petro Episcopis, in quantum possumus nos negare, plus tamen Viduarum & Orphanorũ causas, & impensius ducimus exsequẽdas. quas tue ti à nobis uel ab omnib. diuina manifestat assertio.

Rursum in c. super quibusdam 26. §. fi. de uerb. signif. li. 5. ti. 40. Innocentius 3. scribit Comiti Tolo losano circa Iudices delegato & datos conquerentibus de illo, hoc totaliter, inq̃t, intelligẽdũ esse cẽ seamus, ut in oĩ causa, quæ rõne personarũ uel re rũ ad ecclesiasticũ forũ pertinet, ac sup uniuersis capitulis, ꝓ pace seruãda, sunt per dictũ legatũ Apostolicũ statuta, uel auctoritate apud apostolica statuẽda, itẽ uiduis, pupillis, orphanis, & ꝑsonis mi serabilibus, tenearis in iudicio Ecclesiastico. respõ dere. Et ita inq̃t gl. ibi, ad uerbũ rerũ Comes cõue nit hic, licet superiorẽ habeat in tẽporalib. scilicet regẽ Frãciæ, & tenet respõdere in iudicio ecclesia stico ex mandato legati apostolici, in oĩ causa, quæ pertinet ad forum Ecclesiæ; item uiduis, pupillis & orphanis, miserabilib. personis & ꝓ pace seruãda.

Sic

Sic ratione † protectionis dat miserabilib. sum. 15 Pontif. & alijs personis, q̃ supradictis, defensioné, antequã fiat illis iniuria, & pro ea uindicanda dat aliquando conseruatorem c. 1, de off. deleg. in sex.

Cōmisit † & in denegatione iustitię iudicis pro 16 uincię Iustinianus Episcopis auctoritaté nouell. 82. ut differentes iudices audire, interpellantiũ allegationes &c. atq; in §. 1. ut cōtendentes de aliqua re vel crimine primũ interpellent clarissimũ prouinciæ Iudicé statuitur, & ut ipse secum leges examinet ea quæ proponuntur, & unicuiq; iustitiam seruet; quod si is nō fecerit iustitiam, tunc iubetur, ut adeant summum Episcopum & liberet eos ab omni in iustitia secundum leges, ut non cogantur peregre de patria sua proficisci.

Et in c. 4. eius nouellæ 86. si cōtigerit quendã subiectorũ ab ipso clarissimo ꝓuinciæ Iudice lædi, iubet adire Episcopũ eiusdem ciuitatis, q̃ iudicet de læsione, & Iudex cogatur eius iudiciũ implere sub pęna ultimi supplicij. Quæ iura intelliguntur, qñ Iudex ille esset talis, qui non haberet superiorem pręter Imperatorem, nãtunc ecclesiasticũ permittit adire Iustinian. qñ non pōt adiri Imperator. contra autem si talis esset, qui proximè superiorem haberet, ad quem recurrendum esset, & non ad ecclesiasticum, & sic ẽt expressè notat Pan. ad c. licet ex suscepto, nu. 7. in septimo casu, de foro compet. per illam decretalem, & Hostiens. ad c. nouit. de iudic.

Sextus † casus secundum Panor. in reconuentio 17 ne, ut si conueniatur clericus coram Iudice ecclesiastico à laico, possit ibi reconueniri: Sic vr̃ uelle Pan. d. c. licet ex suscepto, num. 7. in casu 8. Reconuentio-

uentionis enim natura facit sortiri forum l. pen. C. de sentent. & interloc. omn. iud. Auth. & consequẽter, eo. & in nouell. 96. c. 2. §. illud quoq; de executori. & de his qui côuen. & reconuen. & nouell. 123. de sanctiss. Episc. c. 25. §. reuerendissimi. l. 22. qui non cogitur. de iud. ff. c. 1. §. nullum, 3. 4. 8.

Sed hoc intelligendum est, quando locum habet reconuentio, q̃a plures casus sunt, in q̃b. non obtinet, de quib. gl. ad d. §. nullum. ad verb. iudicẽ. 3. 4. 8. ubi & docetur, nec laicum posse reconuenire clericum corã Iudice laico, coram quo is laicum cõuenit. qua non potest Laicus Iudex iudicare per se clericum c. quanto, & c. decernimus 3. de iudicijs. neq; clericus potest consentire in Iudicẽ nõ Ecclesiasticũ hodie c. si diligẽti 12. de foro comp. Et opin. de necessarium est hunc casum intelligi, ut postea recõueniri possit ibi laicus, qui põt foro suo renunciare, per l. si quis in conscribendo. C. de Episc. & cler. & de pact. & põt se subijcere alterius iurisdictionis Iudici L. 1. & 3. de iud. ff. l. si quis per errorẽ. de iuris. omn. iud. c. significasti 18. de foro cõpet.

18 Septimus † casus, ut Ecclesiasticus Iudex & sũmus Pontifex possit se immiscere de cognitione secularium & principum per viã denũciationis Euãgelicæ, c. nouit. de iud. gl. ad c. nos intra, de purga. cano. Et ita ẽt per uiã monitionis procedunt Episcopi contra prouinciarum præsides, ut iudicent uiduis & pupillis in c. administratores 23. q. 5.

Sunt alij casus, quos lubentissimè referrem, in quibus posset summus Pontifex & Iudex Ecclesiasticus cognoscere de causis laicorum etiam principum: Sed quia illi parum pertinent ad institutum sermo-

sermonẽ de appellatione à laico ad Ecclesiasticũ Iudicem, supersedebo, ut filiũ tractationis sequar.

CAP. X.

De appellatione ad summum Pontificem.

SVMMARIA.

1 *Quomodo agendum sit de appellatione facta ad summum Pontificem, & quando remittatur tractanda ad loca litigantium.*

2 *Sicut de causis quibusdã deuolutis ad Imperatorẽ.*

SINGVLARE † hic est notandũ, quod nõ omnis causa appellationis ad Papã est agitãda in curia Romana, sed debet delegari in partibus iuxta formã statutã de rescript. in sex. c. qua frõte, & ibi Dd. de ap. Sic etiã statutũ in ti. de caus. §. si uerum. in pragm. sanctio. Verò si quispiam à sedi Apostolicæ immediatè subiecto, ad ipsam sedẽ duxerit appellandũ causa per rescriptũ usque ad finẽ litis inclusiuè committatur partibus: nisi forte propter defectum iustitiæ: aut instrumentũ etiam in partibus, conuentionis uel cõiurationis de quibus in comissione exprimendis legitimo prius documento, alias quã per iuramentũ summariè cõstiterit apud ipsam sedem foret merito retinenda. 1

Iure communi ad instantiam alterius litigantis appellãtis ad sedem Romanam uel ex cõsensu utriusq; poterat remitti, aut retineri causa principalis cũ causa appellationis, & tractari in curia: ut in

cap.

cap.Nicolao.64.de appellatio.& tractatur ab interpretibus,& glossa ad ca.cordi.1.eo.tit.in sext. Rota decision.40.de appellat.

Hodie tamen ex consilio Basilien.iam citato in pragmatica sãctione recepto,causa appellationis non potest tractari in curia nisi ex cõsensu partiũ excepto casu metus,& iustitiæ,existentis in partibus. ita causa appellationis potest delegari à Principe,ut c.ex literis,de in integr.restitut.

2 Est fere † similis lex pacis initę,& composite Cõstãtię inter Imperatorem Fridericum, & eius filiũ Henricum,& quosdam nobiles Allemaniæ ex una parte; & ciuitates Lõbardiæ,Marchiæ,& Roman dioię altera,cuius articulus sic habet in §.in causis d.tit.de pace Constantiæ,in extrauagant.post librum feudorum positis.In causis appellationum, inquit Imperator si quãtitas uiginti quinque librarum imperialium summam excesserit,appellatio ad nos fiat,saluo iure,& moribus Brixiensis Ecclesiæ in appellationibus;ita tamen ut nõ congantur in Allemaniam ire;sed nos habebimus proprium nunciũ in ciuitatibus uel Episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat,& iuret quod bona fide,& sine fraude causas examinabit,&c.

CAP. XI.

De appellatione à senatus sententia.

SVMMARIA.

1 *A senatu appellari non potest.*
2 *Potestas tamen Senatus Romani olim sæpè mutata*
3 *Nero à iudicibus ad senatum appellari uoluit.*

4 *Sena-*

4 *Senatus quando legis condendæ potestatem accederit Romæ, & quando ei adempta, & de senatore Romano qui hodie est.*

5 *De auctoritate senatus cardinalium, Mosis, Atheniẽsium, Lacedæmoniorum.*

6 *De curia parlamentorum in Gallia, & cur ab ea nõ appelletur prima ratio.*

7 *Alia 2.*

SCiendum† est, inquit Vlpian. in 1. §. sciendum est, à quibus appellari nõ licet ff. à senatu appellari non posse Principem, idq; oratione diui Adriani effectum. Signat porro Vlpianus non abs re id factum esse, oratione D. Adriani. Nam auctoritas senatus nõ semper eadem fuit, neq; de iisdem rebus perpetuo cognouit, & proinde sub diuersis temporibus uel aucta uel minuta fuit potestas. 1

Initio† Romæ Romulus senatores instituit, quos ad consultationem de Repu. aduocauit; senes fere & maiores natu; ad quos de summa Reip. referret, & ex eorum auctoritate omnia ageret, & patres a cura nominauit, ut referunt Salustius, Dionysius, Halicarn. in 2. Liuius, Plutarchus, & alii. 2

Interdum omnis Respub. in potestate fuit senatus, ut ait Dionisius Halicarn. nisi quod neque; Magistratus ab eo crearentur, neq; leges ferrentur, neque bellum aut pax decerneretur; quæ populo concessa, tamen ne id concluderent, sine suffragio senatus Dionys. Halicar. in 2. nisi, inquam, id etiam senatui uisum esset.

At ut ait Polibius in 6. ærarium, uectigalia omnia in potestate eius fuerunt suo tempore, atq;

omnes

omnes publici sumptus & eorum fiebant arbitrio. deinceps & iudicia ad senatorū iudicia peruenisse publicis iudiciis ad eos relatis per Italiā,ut proditionis,côiurationis,beneficii,cædis ac insidiarum.

Interdum ad equestrem solum ordinem iudicia trāslata vt ab illis rursum ad senatorium interdum ad utrunque Ademit Senatui Gracchus Trib.pleb. lege semproniana iudicia,ut ait Appia.in bellis ciuil.& Velleius Paterculus.

Postea & communicata iudicia senatoribus,sed nouissimis temporibus. Senatus autem dicebatur auctoritas,ut populi Maiestas in Democratia ī qua vix ratū erat quippiam sine senatus auctoritate, si ad Rempublicam pertinebat.

Ex senatu olim tria prodibant, senatusconsulta, decreta & iudicia.Decretum senatusconsulti partem fuisse,Sextus pōpeius dixit,Iudicia porro priuata non tractauit ab initio,donec sum Imperatoribus declinare cæpit eius potestas,ut ait Cicero ultima oratione in uerrē.Remansit tamē eius auctoritas,ne senatus ex formula legis iudicare teneretur, ut scribit Quintilia.lib. 3.instit.A Iulio Cæsare Dictatore oppressa Repub.languere cæpit senatus auctoritas ac deinde etiam post Augustum interire, cum unius arbitrio iam omnia regerentur, & tunc senatorii quoq; muneris cœpit esse reorum iudicatio; accusationes enim reorum ex eo tēpore apud Senatus factas legimus,inquit Budæus in annotat. prioribus.ad pandect.ad l.final.de senatorib.ff.

3 Nero† inter alia & hoc quoq; instituit,ut omnes appellationes à iudicibus ad senatū fierent, ut ait Suet.Tranquil.in eo.cap.7.c.17.& ut ait Vlpian.d. l.1.§.

sciédum,postea Hadrianus uoluit, ne ab ipso Sena tu appelletur.

Tempore etiã suo idem Vlpianus respondit,nõ ambigitur senatum ius facere posse,l. non ambigi- tur.9.de ll.ff.

Sed potest legis condendę senatui ab initio nõ fuit concessa,sed posteaquam multiplicato populo ille nõ posset in unũ legis ferendæ causa cõuenire, populus eã potestatẽ in senatũ trãstulit, inde & se natus cõsulta pro lege habita,l.2.§.de deinde quia difficile,de orig.iur.§.senatus cõsultũ,de iure nat. 4

Sublata a Iustiniano nominatim & ab anteriori- bus imperatoribus senatui hæc legis condendæ po testas,ut in l.fi.12.C.de legib.

Fuerunt alii imperatores,qui in legibus conden dis senatu tantũ pro consilio & non pro legislato- ribus usi sunt,vt Theodosius & Valentinia.in l.hu- manũ esse 8.C.de legib.ut & ante Romulus in insti tutione prima senatus;ut ait Dio.Halycarnass.li. 2. & postea etiam primo tempore democratiæ sena- tus potestatem legis non habebat,quę penes suffra gia erat populi.Et ꝓbus imperator,ut ait Vopiscus in eo permisit patribus,ut ex magnorũ iudiciũ ap- pellationibus,ipsi cognoscerent,proconsules crea rent,legatos consulibus darent.& ius prætoriũ præ sidibus ; leges quas ipse ederet, senatusconsultis propriis consecrarent.

Gratianus, Valenti.& Theodosius senatus con sulta rata esse voluerunt,nec cõtra illa licere suppli care,l.unica,de senatus consultis libro 1.C. ti.16.

Leo Imperator acutis rem considerans nouella 78.ne amplius senatusconsulta fiãt. legẽ q potesta

tem faciebat senatui legis ferendæ, sustulit a rep. Quia ex quo imperatoria maiestas sibi, inquit, administrationem senatoriam uindicauit, inutilis est illas potestas.

Et proinde etiam postquam illa senatus potestas in principem rediit secularem seu imperatorem, & trãslata est per Constantinũ Magnũ in Romanum Pontificẽ Syluestrẽ & eius Cardinales, ut habetur in c. Constantinus in 1. & 2. 96. dist. cessauit & nomẽ & forma senatus Romani & auctoritas & totũ illud collegium senatus & curia rediit hodie unum, qui dicitur Romæ senator urbis, qui reuera est potius prætor vrbanus; & ab eo appellatur ad Iudicẽ quẽ dicunt Capitolinum, qui est Iudex ordinarius omnium appellationum & a cuius s͞nia, si ea priori sit conformis lege municipali prohibẽte non appellatur, ut scribit Octauian. Vuestrius lib. 2. introducit. in aulæ Romanæ actionẽ. c. 15. Meminit de eius senatoris electione. Nicolaus 3. Pontifex Max. in c. fundamenta, de elec. in 6. Et ex his de agitur error Cyni in l. fi. de petitio. hære. C. qui cum Petro dicebat, senatorem nunc urbis habere eandem auctoritatem, quam habuit totus senatus olim. per l. sicut, & l. plane, quod cuiuscunq; uniuers. nom. ff.

Videnda quæ nos abunde tractamus, de auctoritate & potestate senatus Romani li. 47. syntagmatis c. 25. & d̄ auctoritate aliorũ senatuũ c. 26. 27. 28

5 Senatus† Cardinaliũ, Ecclesię cõsiliũ est, & sum. Põt. pars corpis ipsius. d. c. Cõstãtinus in 2. 96. dis.

Vt & consilium quod ad latus principis est in l. quisquis, ad L. Iuliã maiest. C. senatus fuit & Mosi delectus consilii loco, rei iussu, n. 11. fuit & postea

Zane-

Zanedrini consilium græcis συνέδριον dictum apud Talmudistas, collegium sceptri, & publicæ potesta tis regni totius, cui præerat unus Rex.

Vt duæ βουλαὶ seu senatus duo apud Athenienses unus perpetuus, Areopagiticus, qui iudicia publica tractaret: Alter annuus, qui Rép. administraret. vt ait Libanius in oratione contra Androcionem Demothenis. Iulius Pollux li. 8. Onomastico.

Nec appellatio ab ijs, quia cum Principe ipso, à quo non licet appellare iudicabant, & decernebāt, & sic etiam non licet etiam hodie appellare à sententijs per iudicium Cameræ imperalis latis, ut ha betur in ordinatione eius curiæ parte 3, cap. 15. Oldendrop. in enchiridio exceptionum. Nec à senati bus seu parlamentis Franciæ. Tamen à Camera requestarū uel supplicationum appellatur ad senatū. quamuis sint senatores eius Cameræ ex corpore se natus. Siquidem sedem seorsum à senatu tanquam recuperatores seu commissarii curiæ pro audiēdis causis priuilegiatis in prima instātia & priuilegiato rum, quorum causæ committantur prædictis curiis requestarum, ut liquet ex constitutionibus regum de illarum potestate editis, Caro. 5. anni 1364. & Ca roli 6. anni 1386. Car. 8. anni 1493. art. 76. & seqq. Ludouici 12. anni 1499. ar. 43. & 46. Ca. 9. an. 1560. in comitis Aureliæ ar. 34. & 26. Hēr. 3. anni 1589. in comitiis Blesensib. art. 75. & 152. & alia const. 1580.

Erat senatus Lacedæmoniorum 32. seniorum, q cum Ephoris & rege iudicabat, Pausa. li. 3. in Laconic. Et Plutar. in Lycurgo, & eorū iudicia pro lege.

Sicut in republica & democratia administratione à curijs seu conuentib. seu senatorib. cū potestate

 delictis

delictis nec licet quoque appellare, quia non est ad quem appelletur. Vt nec olim ab Amphyctionum conuentu, uel senatu, qui apud Thermopylas conueniebat. consilium totius Græciæ.

6 Sicut † & in Francia primum circa Regem peregrinabat curia, pro eius consilio, quæ postea sedentaria & statariâ facta est, & diuisi ex eo à regibus p prouincias & dicta parlamenta. quę quia sunt uice principis, vt docemus prędicto li. 47. syntagmat. c. 27. auctoritate principali iudicant & ab illis nō appellatur, neque à magno consilio, nec à sacro sancto priuato regis. cuius illa ratio, quia consistorium ibi principis, à quo crimen est appellare.

7 Alia † ratio quia Curia ista principis est redacta ad formam præfecti. pretorio à quo non appellabatur, sed contra illorum sententiam supplicabatur l. 1. §. pen. de offi. præf. Prætor. li. 7. C. tit. 42. l. si quis & auth. quę supplicatio, de precib. Imper. offerend. Guid. Papæ. decis. 436. q. 45. & decis. 50.

CAP. XII.

De appellatione à præfecto Prætorito.

SVMMARIA.

1 *A præfecto p. ætorio non appellatur.*
2 *Quando ita receptum.*
3 *Magistro equitum quis hodiè comparetur.*
4 *A præfecto Augustali appellatum.*
5 *Prætores prouinciales ex forma mandatorum potestatem accipiebant.*
6 *Appellatur à Senatore delegato, quamuis non appelletur a senatu.*

1 VNDE † & obiter alium casum notamus, interdictæ appellationis à præfecto Prætorio. ut constat

ftat ex prædictis iuribus & l. a proconfulib. 19. §. 1. de appell. C. l. epifcopalis. 8. de epifcopal. audietia. C. l. præfecti etiam prætorio. 17. de minorib. 25. annis li. 4. Cũ unus fuit præfectus prætorio principis, potuit cõparari meiero Frãciæ *moiftre du palais*, fub mero iungis regibus, uel nunc comiti ftabuli, uel fecundum alios Cancellario.

Quanquã † non ita perpetuo obtinuerit, sed aliquando & eo permiffa fuerit appellatio. Sed Aurelius Arcadius Charifius, magifter libellorum, in l. 1. de off. præf. prætor. li. 1. ff. ti. 11. prohibitionis cãm refert. Quia eorum inftitutio ad fimilitudinem magiftri equitum, cæperit. Vt enim dictator, qui fummam poteftatem Reip. accipiebat populi, pendẽte tẽpore fuæ dictaturæ poterat dictare & eligere fecundum in poteftate uicarium fub fua auctoritate, quem dicebant magiftrum equitum: fic regimẽtis Reipub. ad perpetuos imperatores trãslatis, ad fimilitudinem magiftrorum equitum, præfecti Prætorio à principib. electi funt, & data eis plena licẽtia ad difciplinę publicæ emendationem. Hifque cunabulis præfectorum auctoritas initiata, in tãtũ meruit augeri, ut appellari à præfectis Prætorio nõ poffit. Nam cũ ante quæfitum effet, an liceat à præfectis Pretorio appellare, & iure liceret, & exftarẽt exempla eorũ, qui prouocauerint: poftea publicè fententia principali lata, appellandi facultas interdicta eft. Credidit. n. princeps, eos qui ob fingularem induftriam explorata eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos effe pro fapientia ac luce dignitatis fuæ, quam ipfe foret iudicaturus.

Hæc Arcadius, cuius postrema rõ, conuenit senatorib. supremarum curiarum. Quare & aliam rõnem quæ hinc pendet, addit l.16.tit.à quib. iudicib. appellari possit in C. Theodosia. qđ ipsi soli præfecti Prætorio, uice sacra vero cognoscere dicendi sint.

3 Fuit † tamen sub dictatore tantũ vnus Magister militum, at sub imperatorib. dilatato imperio fuerũt plura prætoria & sedes imperiales, maiores, & ibi fuerunt præfecti Prætoriis. Horum maxima potestas, & ut ait Zozymus, ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα nunc prætoria regere. Videntur senatus, quæ parlamenta dicuntur prætoria sub quib. magnæ ꝓuinciæ gubernantur; & à quarũ iudicib. eorũ auctoritas inuocaẽ aut appellatur, ut sub imperatorib. ceperũt esse magna p̃toria cũ secũda post Imperatorẽ dignitate vt liquet ex titulis li.1.C.de off. p̃fecti prætoriũ orientis & Illyrici. tit. 26. & ti.27. de off. p̃fecti Prætorio Africæ, & de oĩ eiusdẽ diœcesees statu, ut de præfecto prætorio Italię sub Iustiniano nouell.69.& 70. et de † p̃fecto Prętorio Augustali

4 li.1.C.tit.73. quem putat Suidas τὴν τοῦ βασιλέως τάξιν. quia loco regis erat, ut ait Tacitus, & Ammianus li.22. vel melius q. ab Augusto primũ tales cõstituti in Aegypto: verũ isti Augustali nõ fuit tanta potestas data, quanta alijs præfectis prętoriorũ. Nã & ab illo appellari poterat. In l.1.C.de postulã. li.2.ti.6. neq; p̃fectis p̃torio Augustali data erat potestas puniendi uel amouẽdi iudices sub se constitutos, si deliquissent, sed tantum examinandi iudicum flagitia, & ad Principem referendi, l.1. de offi. præfect. prætorio August. lib.1.C.tit.27.

5 Sed † neq; præfectus prætorijs alijs omnimoda

potestas

potestas concessa erat, sed secūdum formā seu formulam præfecturæ diffinitiuam à Principe, quam non poterant excedere, & princeps poterat innouare. l. 2. de officio præfecti prætoriorum orientis & Illyrici. li. 1. C. ti. 26. Vt etiā hodie Princeps dat formā singulis iudicib. iurisdictionis. Sed neque potestas præfecti Augustalis Aegypti alia erat, quam ad similitudinem proconsulis ab Augusto data. l. 1. de offic. pręfecti Augusta. li. 1. ff. ti. 17. At à proconsule approbatur.

Notandum† tamen inhibitam esse appellationem à sententia uel placito senatus non autem ab uno senatore ex senatu, si separatim iudicet. ut notat Speculator li. 2. par. 3. tit. de appellationib. §. 3. n. 1. Et proinde hodie ab executione cōsiliari uel alio decreto, si detur recuperator à curia pro audiēdo articulo, uel à taxatione ab illo facta expensarum, appellatur ad curam ipsam à qua datus est commissarius. 6.

Cap. XIII.
De appellatione à proconsulibus & Ducibus.

SVMMARIA

1 *A proconsulibus appellabatur, & à comitibus.*
2 *Cancellarius magnus Galliæ loco quæstoris palatii Romani.*
3 *A consulibus appellatum.*
4 *Et à legato proconsulis.*

DE† Proconsulibus statuit Constantin. Cæsar, in l. a procōsulibus. 19. de app. C. li. 7. ti. 62. a pconsulibus, & comitibus, & ijs qui uice pfectorū 1

cognoscũt,siue ex appellatione siue ex delegatione,siue ex ordine iudicauerint,prouocari pmittũt. Idē in l.pręcipimus.32.c.ti.ubi,& ab illis,& nomi natim etiā à præfecto augustali appellari ad pręfe ctum prætorio dicitur.Vel ad illustrē quæstorem Sacri palatii.Idem in nouella.126.exemplũ sacræ formæ de appellationib.in princip.

2 Putant † Galli quidam in Francia pro quæstore sacri palatij esse Cancellariũ.magnum.Hoc etiam Guido Papæ sensit dec.436.quæst.seu n.82.dũ ait quæro,si dominus noster Delphinus uel Dux Burgundiæ uel similes ferant aliquam sententiam,ad quē uel ad quos debeat appellari à tali sententia.

Dic quod Magistrũ officiorũ, & quæstorē sacri palatii,hoc est,ad Comestabilē Fràcię,uel ad Cancellarium Franciæ.l.si quādo.38.C.de appell.Vbi appellatur à Duce ad Magistrum officiorum, & quæstorem sacri palatij.

3 Appellabatur † porro à proconsulibus, ut dixi, quia,& a consulibus appellabatur olim ad populũ,si ageretur de dānatione ciuis Romani. Solũ enim relictum erat,ut possent consuluere,coercere & in uincula duci iubere.l.2.§.exactis deinde regibus,de origin.iur.ff.

4 A legato proconsulis,appellabatur proconsul l. 2.quis,& a quo appellatur.ff.

CAP. XIIII.
De appellatione à prætoribus.

SVMMARIA.

1 *A prætoribus Romanis appellatur.*

2 Pretorum prouinciarum auctoritas.

A †prætoribus urbano, peregrino, & aliis, ad præfectũ urbi appellabatur l. si apud utrũq; de appellationib. & in l. 13. eod. ti. in Codi. Theodosia. Prætorum tamen distinctio obseruanda de qbus nos agimus abũdè. li. 47. Syntag. c. 30. ubi de Prętore maiore, & minoribus, & quomodo per uaria tempora eorũ fuerit aucta uel minuta potestas. Sic autem nunc repetere nũ expedit, cum hodie eorum authoritas, & nomen, in iudiciũ ordinariorum appellationem transierit apud nos. 1

Tamen† iure etiam Nouellarum prætores prouinciales, qui curam prouinciarum agerent, maximam, & propemodum regiã habuisse dicunt potestatem, cuius iurisdictioné, & authoritati legum & contra eos qui non obtemperassent. armorũ. §. 1. de Pysidie nouella. 24. Sed omittamus hæc antiqua quæ hodie nõ obtinẽt, & quæ cõsiderãda erãt iuxta mandata, q̃ dabantur potestatibus, à quorũ terminus nõ licebat missis in prouinciam discedere, non magis quã hodie legatis summi põtificis. Legimus actis Apostolorum Diuum Paulũ appellasse à præside prouinciæ Fœlice ad Cæsarẽ, & ad missam eam appellationem Actorum c. 25. & 26. 2

CAP. XV.

De Iudice dato, ut iudicet secundum suam conscientiam, num appellari ab eo possit.

SVMMARIA.

1 *Non appellatur à Iudice dato ut iudicet secundum conscientiam.*

2 *Ratio*

2 *Ratio, quia ita commißum, non habet cognitionem iudicialem.*

3 *Alia. Quia consciẽtia eius ab alio cognosci inquit.*

4 *Tertia. Quia electa probitas personæ cẽsetnr per il lam clausulam.*

5 *Et 4. quia conscientia non habet alium superiorem quam Deum.*

6 *Distinctio de iudicibus, quales sunt qni dãtur cũ il la clausula, ut iudicent secundum conscientiam.*

7 *Liberum cõscientia relictum, de certa intelligitur.*

8 *Nam, & talis obligatur ad sequendas regulas iuris naturalis.*

9 *Ita relictum libero arbitrio, intelligitur de eo, quod bonus uir debet arbitrari.*

10 *Relictũ conscientiæ de rectã non mala intelligitur & quare?*

11 *Conscientia iudicis alia sæpè à conscientia propria iudicantis.*

12 *Neq; ex sola propria conscientia, nisi, & ea sit iu dicis, non potest iudicare.*

13 *Vt si concurrant probationes, contra ea quæ ipse ali ter se habere sciat.*

14 *Iudicium non fit nisi ex probatis.*

15 *Et periculosum est credere soli conscientiæ iudicis quia mala conscientia plerisq; dominatur, quam ipsi putant bonam.*

16 *Conscientia, & mala, & bona est.*

1 QVAERITVR † an ab eo iudice appellari pos sit, cui causa cognoscenda damnata est, & iu dicãda secundũ cõsciẽtiã, uel per clausulã ut solet Princeps cõmittete conscientiã tuã onera mus ut in c. fi. uer. penult. de hęret. in sex. Quo loci

summus

summus Pontifex iubet inquisitores, ne celent nomina accusatorum, ubi est securitas, super hoc con scie̅tias illorum onerans & in c. statutum. §. assessorem de rescript. in 6. Iubet summus Po̅tifex: ne Iudex delegatus associet sibi assessorem, nisi necessariu̅ sit, & onerat eius co̅scientia̅ in discernendo ea̅ necessitate̅, & ibi gl. ad verbu̅ relinquitur, ait, per hoc uerbu̅, credo, quod pars non possit referre quęstione̅ iudici delegato, s. dicendo, quod assessorem eget. per q̃ gl. Iason censet in l. quod quis. 8. n. 3. de ꝓcura. C. ꝙ appellari no̅ possit à tali Iudice, cuius oneratur conscientia Paul. Cast. ad l. de pupillo §. qui opus. de operis nou. nunc. Ang. Aret. ad §. sed istæ de action. & ibid. Iason. nu. 121. & Ide̅ Ias. ad L. nec quicqua̅. §. ubi decretu̅ de off. proconf. & ad l. de pupillo. §. qui opus, de oper. nou. nunc. ff. & ad l. admonendi. nu. 11. de iureiu. & ad l. apertissimi C. de iud. in fi. Bal. ad c. si sacerdos de offic. ordin.

Ratio prior † quod qn̄ aliquid remittitur co̅scie̅tiæ alicuius, no̅ he̅t cognitionem iudiciale̅, no̅ tale̅ conscientiam habuerit. Vel bonam uel mala̅, ut in c. cu̅ mulier de iureiur. in c. fi. circa fine̅, de uoto. li. 3. c. nisi cu̅ pridie in fi. de renu̅cia. c. uir cu̅ propria. 23. q. 4. & l. nulli licere. 28. de Episc. & cle. Et nemo p̄sumitur aliquid agere co̅tra conscientia̅, ꝙ ue sit suæ salutis immemor. L. Sa̅cimus 1. q. 7. l. fi. C. ad lege̅ Iul. repetund. & ita per illa̅ clausula̅, quia relinqtur ꝓprio iudicio, sub testimonio & foro Dei, ut si benè sentiat & iudicet, sibi co̅sulat, sin malè & contra scientia̅, propriam iudicium Dei expectet. 2

Ite̅ secundo, † conscientia est cognitio sui ipsius cordis, ut ait Papiensis quem refert gloss. ad d. cap. 3

statu-

statutũ,ad verbũ cõsciẽtiæ de rescript.in 6.pinde solus Deus hic est Iudex, q. solus nouit cordis intima,scrutãs corda & renes,& de quo nõ iudicat homo c.vnic.ut eccl.benef.sine dimin.cõfer.li.3.ti.11.

4 Tertiò† quando eligitur per Principẽ iudicium conscientiæ alicuius; personam elegisse uidetur,& singulariter eius probitatẽ,& industriam.Imola & pan.ad c.fi.de off.c. deleg. Ideò ab alio neque per viam appellationis de iudicato per cõscientiã cognosci poterit.Quia psonalis iudicis electio,& eius industria,non potest alteri sub delegari aut in aliũ transferri.c.fi.§.fi. de offic. deleg.l.quia tale solut. matrim.ff.l.inter artifices,de solu.ff.Quanquã alioquin si industria nõ sit electa à principe, Iudex delegatus alteri causam delegare possit l.à Iudice,de iudic.C.l.vnica,qui pro sua iuris.C.

5 Rebuffus † to.3.Commentariorũ ad constitutiones Regias,tractatu de appell.art.3.glo.una. num. 1.& sequentibus.Notandum inquit, quod vbi papa aut Rex dixit,conscientias oneramus, uel si illi aut lex relinquant aliquid cõscientiæ alicuius, tũc non appellatur ab eo, quod secundum conscientiã iudicatum est. Quia superior cõscientiæ est ipse solus Deus, pro qua ratione facit l.2.C.de reb. cred. Tamen,inquit Rebuffus, ille qui iuxta conscientia aliquid facit,iurare tenetur quod ita dictat consciẽtia sua,alioquin nõ ualebit quod actum fuerit,citat l.hac edictali§.his illud.C.de secund.nup.Vbi aũt aliquid pendet ex conscientia alicuius, creditur iuramento ipsius,glossa ad l.1.C.ad legem Corn.de sicar. c. significasti in 1. de homicid. notatur ad §. namque de actio.apud Iustinia.

Ego

Ego† dubito de hac resolutione, quando absolutè sine distinctione profertur. Nam omnes iudices iurant, se iudicaturos secundum leges, & secundum conscientiam, vt habetur in formula iuramenti iudicũ, in nouella 8. titulo, iusiurandum ꝙ præstatur ab his qui administrationẽ accipiũt iuro parã conscĩam germanũq; seruitiũ me seruaturum, Socratissimis nostris Dominis Iustin. & Theodoræ coniugi eius occasione traditæ mihi ab eorũ pietate administrationis & c. Inde sumpta Auth. hodie. post. l. rem nõ nouã, q̃ emendat C. de iud. ꝙ iurabũt iudices, nõ vt antiquitus scd̃m leges, sed secundum leges, secundum quod rectum eis videbitur, nisi dicamus hoc intelligi de maioribus, à quibus non appellatur, & non de minoribus, qui obstricti sunt legibus, vt in §. iurabunt nouellæ. 15. de defensor. ciuit. §. 1. de offic. iud. apud Iustin. *a* *In Græco*

a καθαρὸν συνειδὸς καὶ γνησίαν βουλείαν φυλάξω.

Sed certe l. non nouam. exigit per iuramentũ ab omnibus iudicibus, pari modo à maioribus vt à minoribus, admonetq; utrosque cuiuscunq; sint ordinis & dignitatis, ut ante oculos habeant sacro sanctas scripturas seu euangelia, vt Dei præsentia consecrati, ex maiori prȩsidio lites dirimant, scituri qd̃ non magis alios iudicant, quàm ipsi iudicantur, cũ etiam ipsis magis quam ipsis partibus terribile iudicium sit.

Per quæ uerba omnes iudices relegantur ad propriam conscientiam, ut pro animi sapiẽtia ita legũ sententiam exequantur ut intelligãt, se de iudicijs ratione reddituros ante tribunal Dei. Et ita non simpliciter iurabant antiqui, se secundum leges iu

di-

dicaturos, sed cũ ueritate &legum obseruatione, vt & in Camera imperiali ordin.primæ partis cap. 56.Iudicant consiliarii seu assessor & Iudex secundum consuetudines & statuta recepta vt in cap.in causis titu. de pace Constantiæ in extrauagantibus post feuda.Imperator dat Iudicem in partibus appellationum,qui iuret,quod bona fide & sine fraude,causas examinabit,& definiet, secundũ mores & leges ipsius ciuitatis.intra duos menses,&c. sicque & secundum leges & mores ferre sententiam, iudices debent.in L.1.ut cum de appellationib.cognosci.in nouel.l.si is de ædif.priuatis l.1.C.quæ sit longa consuet.l.nemo.de sent.& interlocut.omn.iudic.

Quare siue princeps Iudicem dando, aut committendo negotium,dicat,ONERAMVS EIVS CONSCIENTIAM,siue non dicat,nihilominus intelligitur semper iudicis,de iudicio quod facturus est, onerata conscientia,nec vllus Iudex contra conscientiam & iustitiam iudicare impunè potest. c.1.de sentent.& re iudic.in sex.

7 Esto,†quod libera iudicandi potestas ex uoluntate concedatur à Principe,tamen illa concessio intelligenda est de uoluntate legitima, & de recta conscientia,sicuti Scæuola in l.creditor mandatorẽ conuenit 60.Lucius,mandat lib.17.ff.Explicat illa verba mandati : ἐπιδέτω σαι περὶ πόντωμ ἐμῶμ ὡς θέλεις πραγματεύεσθε, concedo tibi de omnibus meis,ut uis,negotiari & non dare potestatem fraudulenter administrandi, & eum quidem plenè, sed quatenus res ex fide agenda esset, mandasse.

Notas

Notat † & tertio Bartolus ad extrauangan. ad reprimendũ quomodo in crimine læſæ maiæſt.præcedendũ ſit,quod is committitur poteſtas faciẽdi quod uelit, uel ſicuti libuerit, liceat non teneatur ſequi regulas iuris ciuilis,remanet tamen litigatus iuris nauralis,gentiũ, aut æquitatis, exemplo Clemen.paſtoralis de ſent.& re iud. ubi dicitur.Imperatorem in ualide egiſſe, eò quod exceſſerit regulas iuris naturalis.

4. Secundum † conſcientiam alicuius, eſt quod iuxta uoluntatem eius & arbitrium, ſeruandum id quod credit melius, uel credere debet,ut ſi ad arbitrium alicuius aliquid relatum fuerit, non inſpicitur quod forſan male arbitratur & uult, ſed ſecundum id quod bonus Vir & Iudex uellet. L. hæc venditio.7.de contrahen.empt.ff. L. ſi ſic legatum.75.de legat.1.Et ea ratione etiam bonus Vir dicitur Iudex ordinamus, in l.Virbonus iudica. ſolu.ff.Et Scæuola in l.Thays.41.§. ſorore ſua hęrede inſtituta,de fideicommiſſ.liber.libr.40.ff.ti.5.Verba illa manumittas ſeruos ſi tibi probetur & rationes reddiderint,intelligi illis paratis reddere rationes non eſſe inſpiciendum quid placuerit, grauatæ,quę diceret ſibi ſeruos diſplicere ſed id quod uiro bono poſſet placare, ut libertatem conſequantur.

Atque clauſula delegationes cognoſcendi à delegato,pro ut uiſum fuerit exequatur, intelligitur dummodo idoneum & iuſtum ſit, quod ei uidebitur c.2.& ibi gloſ.fi.de corpore uitiatis non ordin. libr. titu. 20. capit. cauſam, quæ & ibi gloſſa plura iura allegãs ad uer.ſi tñ de electio.c. quinta ual-

lis,

lis,& c.ueniens de iureiu.

10 Quinto,† oneramus conſcientiam, non habent ſignificationem,ut ſcdm cõſcientiam ꝓpriam,niſi rectam & regulam,iudicet,poteſt nanque eſſe con ſcientia & tamẽ erronea, quam oportet deponere. Vel ſi non deponatur,ſaltem alii non debet eſſe noxia,Princeps enim cenſetur beneficium uel reſcriptum cõmiſiſſe, ſine præiudicio cuiuſquam,l.2.§. ſi quid a Principe,ne quid in loco publ.ff.

11 Sexto,† in iudicando non eſt libera propria conſcientia iudicis,nec illa ſola ſufficiẽs ſemper eſt,cõſcientia enim propria perſonæ iudicis,alia plerũq; eſt a conſcientia iudicis ut iudicis,& tenetur ſequi potius conſciẽtiam informatam & regulatam iudicii quã propriam,ut ecce,ſi ſacerdos & Epiſcopus ſciat peccatum alicuius confitentis,vt, Confeſſor, ſcit quidem ut Deus,ſed non ut ratione eius ſciẽtię confitentem in foro contentioſo iudicare poſſit. C. ſi ſacerdos de off.ord.aut detegere poſſit c.ſi ſacerdos de off.ord.& in c.ſi tantum Epiſcopus n. 12.ſi. placuit 6.q. 2. Epiſcopus ſciens crimẽ ſui ſubditi ꝑ confeſſionem.Vel alio modo ſolus non poteſt iudicare,aut in foro contentioſo vel alio modo. & ſine aliis probationibus. Et ſi propter conſcientiam ab eo tanquam,à peccatore abſtineat,priuatur cõmunione Epiſcoporũ donec ipſe ei cõmunicet, quod ſumptũ eſt ex concil.1.Africa.c.99.& 100.concilio Cartaginenſi 7.c.5.facit c.ſignificaſti.de adulter.ꝓbatur & quod puniuntur qui cõſcientiam detegũt confeſſoris in c.ſacerdos.2.de pœnit.diſtinct. 6. & c.omnis utriusq; ſexus de pœni.& remiſſio.

Poteſt Iudex ſcire aliquid,quia fieri uidebat for

ſan,

san, sed nisi probatũ sit, quod intendit cõtra reũ ipse ex sola sua cõscientia, nõ põt iudicare. Oportet enim cum sequi conscientiã iudicis, quę est secũdum allegata & probata lllicitas. §. ueritas de offic. præsid. ff.

¶ Neq; sitidem de sua propria conscientia, si ea sola sit, potest iudicare, nã tunc esset iudex & accusator, uel defensor uel testis, quod esse nõ potest, in l. Iulianus de iud. ff. l. fi. c. de assessor. facit disputatio apud Gellium lib. 14. ca. 2. decisa per Phauorinum Philosophum. ideo si uideat testimonia contraria esse iis quæ scit. tamen unum alterum ex duobus facere debet, uel abstinere à iudicando si posset, & testis officium accipere, uel secũdum acta iudicare. 12

In hãc etiam sententiã declinare uidetur Diuus Th. 2. q. 64. ar. 6. §. ad 3. cuius uerba sunt: ad tertium dicendum, quod iudex si sciat aliquem innocẽtẽ esse. qui falsis testib. cõuincitur dẽt diligẽtius examinare testes ut inueniat occasionẽ liberãdi innocẽtẽ sicut Daniel fecit. Daniel c. 13. Si autem hoc nõ põt, dẽt eũ relinquere superiori iudicandũ, si ãt hoc nõ põt, non peccat secũdum allegata sñiam ferens. Quia ipse non occidit innocentẽ, sed illi qui eũ asserunt nocentẽ, Minister ãt iudicis condemnãtis condemnans innocentem, si sententia intolerabilem errorẽ cõtinet, nõ debet obedire, alias excusarentur Carnifices qui martyres occiderũt. Si uero no cotineat manifestam iniustitiam, nõ peccat præceptum exequendo, quia ipse non habet discutere superioris sñiam, nec ipse occidit innocẽtẽ, sed iudex cui ministerium adhibet. Hęc ad uerbum D. Thomas.

Addit † quod causarum merita, partium non iudicum assertione pandũtur l. 2. c. si per uim uel alio 13

mod. poss.abs.turb. Imo exemplo pernitiosum esset.si cuique iudicium secundum propriā conscientiam proferre liceret. Hoc enim primū esset authoritatem principis monarchæ usurpare, ut quod ei placuisset legis haberet uigorem §.sed qđ principi placuit, de iure nat.l.1.de cōst.prin. 3. Quia pnitio sum esset ꝙ priuatis probationib.iudicis & opinioni.crederet cōtra acta iudicialia & publica l. exemplo.C.de prob.l. si q s.C.de fur.l.ait ꝑtor.đ iureiu.

15 4. Valde periculosum est sequi ꝓmiscue, sine distinctione, hominū conscientias. Nam quāmuis testimoniū propriæ conscientiæ naturale sit, & arguat male agentes, & ita conscientia mille testes, ad Romanos c.2. Tamen obscuratur illa conscientia plerunq; & à malis opprimitur, uel male iudicatur in ea discernēda. Interdū cōscīētia dictat aliqđ ꝙ est scđm legē Dei & sic tenetur facere. Interdū quod est præter legē Dei & sic tenetur facere, uel cōsciētiam deponere, ut puta, si dictat necessariū ad salutem, festucā de terra leuare, si non deponit cōsciētiam, & non leuat, mortaliter peccat. Interdum cōscientia dictat, ꝙ est contra legem Dei, & sic nō ligat ad faciendum, sed ligat ad deponēdum, qa est erronea, errore repugnante legi diuinæ, unde quan diu manet ponit hominem extra statum salutis, & ideo necessario tenetur eā deponere. Quia siue faciat quod conscientia dictat, siue nō faciat semper mortaliter peccat, faciēdo quippe quod dictat, peccat mortaliter. quia facit contra legē Dei nō faciendo, etiam peccat mortaliter, quia facien do bonū facit in contemptū Dei, dum credit, dictante sibi conscientia hoc Deo displicere. & sic tradit Bonauētu

ra in

ra in 2.sententia dist.39.art.1.q.3.Refert Angelus Elauasius in Summa.ad uerbum conscientia.

Ita† conscientia bona in corde puro 1.ad Timoth. 1.12.& c.3.vers.9.ad Hebræos c.13.vers.18.puram consciam habentes.& Actor.23.vers.1.ibi. ego cũ cõscientia bona &c.Hæc redarguit & pũgit.p ver. 12.ver.18.sap.17.ver.10.Testimoniũ malis affert & bonis.ad Rom.c.2.ver.9 & 15.2.Cor.10.vers.2. 16

Sed & est conscientia quoq; mala,ad Hebræos c. 10.ver.22.Illa & obscurata,erronea,surda, obdurata esse potest in pluribus,&talis quæ emendanda à Deo,ad Hebræos 9.uers.14.& 1.Cor.4. Nihil mihi conscius sum,tñ nõ ex hoc iustificatus sum.Et quãuis uideatur sibi securus, qui conscientiæ stimulis non agitatur,aut sit murus aheneus,ut ait Horatius nil conscire sibi nulla pallescere culpa,tamen quod pertinet ad alios illa potest esse nociua,imo uero & conscientia habetur.

Proinde in hac quæstione arbitrarer,saluò meliori iudicio,adhibendam cõsiderationẽ formulæ,qua cõmittitur causa iudicanda,secundum conscientiã. Nam si cõmittatur causa ea intentione ne appellet, & ut postremò iudicio finiatur,tunc clausula illa impediret appellationẽ;Sed nõ Iudex creatus sit inferior,cum ea clausula,quæ regulanda esset secũdum qualitatem iurisdictionis concessæ iudici, quæ est obnoxia superioris reformationi. Vel, si hæc distinctio videatur dura sequenda erit glossa ad Clemen.1.ad verbum ONERAMVS,de iur.patron.dum ait,posse in læsione rerum ad superiorem,& quatenus non deferat appellationi qui iudicauit cum illa clausula , nihilominus tamen superiorem ad 17

quem appellatum est posse emendare malefactum per.c.pastoralis 53.de appel.uel per officium iudicis posset fieri restitutio,argum.l.maiorib.C.communia vtriusq; iud.Quia certè secundum morem loquendi.Principum & aliarum verba,oneramus conscientiam tuam,uel vt iudices,secundum tuam conscientiam,habent relationem ad propriam conscientiam c.16.de appe.eius cui committitur, siue sit mala siue bona quæ tamen bona præsumitur.

CAP. XVI.

De appellatione à iudicibus,potestatem habentibus iudicandi,usque ad certam summam.

SVMMARIA.

1 *Appellatio prohibita à iudicantibus intra certam summā illis sine appellatione permissum & ratio.*
2 *In Gallia iurisdictio præsidialium suprema censetur intra certam summam.*
3 *Aliquando tamen curia reformat eorum iudicia,ex causa intra illam summam.*
4 *Quædam etiam sunt excepta in quibus intra summam non poßunt præsidiales iudicare præsidialiter.*
5 *Summæ quæ appellationem non recipit,quomodo in una & diuersis actionibus inter easdem personas, accipi debeat.*
6 *In ea etiam metienda quæritur quantum petatur, non quantum debeatur.*

In his

7 *In his summis consuetudines & leges. Cuiusque regni & iurisdictionis obseruari debent.*

SVNT iudices iudicãtes sine appellatione, intra certã summam in ciuilibus, à quib. appellatio iõ non admittitur. Quia is qui potuit plenã potestatem concedere iudicandi in omnib. remota appellatione, ut senatui. potuit ẽt concedere uel nõ concedere iurisdict. certis limitib circumscriptã, ne ꝓ modicis reb. magna trib unalia, grauiorib. accupata negotiis, interpellarent, neue sumptib. inanib. vexarentur litigantes, q̃ sæpè summã principalem possunt excedere, sicuti statuit ijs rõnib. in c. 3. §. illud ẽt nouella 23. de appell. ne extra&u Aegyptiaco uel vtraq; Lybia appellationes infra decẽ libras auri perueniant, ad Imperatore sed ad præfectum Augustalem, post cuius sñiam nõ liceat appellare, decem libræ auri efficiunt 720. aureos. Computatis 72. aureis pro vnaquaq; libra. iuxta definitionẽ, l. 5. de susceptor. lib. 10. C. repetitur etiam in c. anteriorum 28. §. illud etiam 2. q. 6.

Emendata ita lex Iustiniani l. in offerendi 35. C. de appell. in qua appellatio quidẽ deuoluebat, ad palatiũ principis ẽt decem librarũ auri, uerũ eã cognoscenda committebatur uni ex procerib. palatij, si esset summa. 20. librarum duob. si excederet in cõi procerum palatii cętu agitabatur, & ubi maior est quantitas, ibi imperialis debet statuere authoritas. l. si quando de operibus publicis C.

Sed illa maior quantitas ex principis pendet definitione iurisdictione datis. Sic Imperator Fidericus nec in causis, de pare Cõstantię post li. feudorum, noluit appellari ad se, si quantitas litigosa, nõ

excederet summam 25. librarum imperialium.

Carolus 4. Imp. in ordinationib. Cameræ impe- rialis pat. 2. ti. 28. Specialiter aũt statuimus ordina- mus ac volumus appellationũ cãs, minoris 50. flo- renorũ precii, ab imperiali nostro iudicio Cameræ ne recipiantur, nec per Iudicẽ prioris instantiæ ad- mittantur, quin sñiæ ad requisitionẽ & postulatio- nẽ partiũ exequantur. Veruntamen causæ iniuria- rũ in quib. ad palinodiam, id est, Recantationẽ agi- tur, aliaq; ad pecuniã, sed nõ intra 50. florenos per actorẽ in sua actione æstimatæ, iurisdictionem. ali- cuius psonales aut rusticas seruitutes, ppetuos cen- sus & fructus, aliaq; simili a, certã æstimationẽ ex- cedentia, etsi minoris summæ quinquaginta flore- rũ fuerint, excipiantr, addit, qđ si nõ cõstet q̃ti res sit qđ appellans iurabit, aut corã Iudice à quo, aut coram iudice Cameræ, quod mallet quinquaginta florenos de suis bonis amittere quàm appellationi cedere, sunt tamẽ aliæ consuetudines & priuilegia curiarum & Dominorum, quorũ potestas ad maio- rem uel minorem summam iudicandi sine appella- tione ad curiam Cameræ illibata conseruantur.

2 In Gallia † ex edicto Henrici 2. an. 1551. ar. 1. sta- tutũ etiam in erectione curiarum præsidialium, ut possint cognoscere & iudicare diffinitiuè & sine ap- pellatione & iure supremo, de omnib. causis ciuili- bus, si non excedant ualorem 250. librarum semel soluendarum, aut centum librarum Turonensium census aut reditus. Postea anno dom. 1557. mense Iulii ar. 2. prorogatio summæ facta: & statutũ, esse debere in singulis curijs præsidialib. duodecim cõ- siliarios, q cognoscerent iudicarent & deciderent,

iure

iure supremo, diffinitiuè *fauorainement* id est, sine appellatione, de omnib. causis ciuilibus, cuiuscunq; qualitatis, nō excedentes summam aut ualorem, pro una uice, mille librarum Turon. aut 50. librarum cēsus aut reditus anni, & per modum prouisionis, id est interloquutiue usque ad summam 1200. librarum semel soluendarum, & sexaginta librarum census uel reditus annui.

Fuit tamē decretū anno domini. 1562. die 2. Octob. ne prȩsidiales possint iudicare in causa appellationis ad eos factæ per iudicium ultimum, nisi usq. ad summam quingētarū librarū, & non supra dictam summam, ex edicto ita restricto, & temperato, in curia Senatus Parisiēsis per arrestum. 25. Iunii. 1565. & rursum per edictum Hērici 3. anni. 1580. restrincta fuit prȩsidialibus iurisdictio suprema sine prouocatione, ad summā 500. lib. pro una uice soluendarum, & 20. librarū cēsus uel reditus in diffinitiua sententia, & interlocutoria seu prouisionali usque ad summā mille librarū semel soluendarū, & quadraginta librarū census aut reditus annui.

3 Interdū † tamē curia suprema Senatus ad quam appellationes iudicum præsidialium deuoluūtur admisit appellationem iudiciorum illorum intra prȩdictas sūmas prȩsidiales, ꝓpter iniquitatē eorū, sicut refert papæ. li. 19. Rap. arrest. ti. 1. Arresta curiæ senatus Pari. 12. Aug. 1552. & 27. Maii. 1553.

Et certe possunt isti iudices prætextu prȩsidialis cōcessæ potestatis, officio abuti, unde aperitur uia appellandi, & multa negata illis.

4 Non possunt † enim iudicare causā declinatoriā

 fori,

fori,uocant in competentiæ,non obstante appella tione.Non possunt authoritate præsidiali interpre tari constitutiones regias,aut cõsuetudines, ut de clarauit Senatus Parisiẽsis cõtra lex presidiaux de chartez.27.Maii.1574. & alio arresto 1. Decemb. 1564.nõ possũt præsidialiter,id est,quo minus ap pellari possit, iudicare exceptionẽ propositam fo ri,uocãt *fi.de nõ proceder.* ut placuit prædicto sena tu.14.Iunii.1558.Non possũt pariter iudicare pre sidialiter actionem redhibitionis gentilitię *retraict lignager* quanque summa rei uenditæ,& retrahẽdę sit intra summam pręsidialem,ut dictũ arresto 10. Iulii anno.1576.

5 In hac porro potestate appellãdi uel nõ,à iuris. quæ de certa quantitate citra appellationẽ iudica re potest,obseruamus,ut summa sit consideranda quæ ex una actione procedit,quamuis illa habeat plures actiones diuersarum summarum, nam tũc consideramus,si illæ sũmæ coniunctæ,sint iurisdi ctionis uel non sint,eo quod sub una actione con tinentur,ut tradit Vlp.in l.si quis separatim,10.§. 1.de.app.ff.si quis,inquit,cum una actione ageret quæ pluris species in se habeat,plurib.summis sit condemnatus,quarum singula notionem pretoris non faciunt,omnes autẽ cõiunctæ,faciunt,poterit ad Principem appellare ut contra Caius respõdit si idem cum eodem plurib.actionib.agat,quarum singularũ quantitas intra iurisdictionẽ iudicantis sit,coaceruatio uero excedat modũ iurisdictionis eius,apud eũ agi posse Sabino,Cassio, ꝓculo.pla cuit,quæ sentẽtia Imperat.rescripto Antonini cõ firmata est.l.si idẽ cũ eodẽ 11.de iuris.omn.iud.ff.

6

Ita

Ita in l. Sancimus omnem donationem. 34. §. ff. de donat. C. li. 8. in quæst. quę sint donationes quæ egeant insinuatione, proposita prius hypothesi, quod quædam communiter ualet, usque ad 300. aureos, quãuis olim non ualerẽt sine insinuatione nisi ad ducẽtos, & quædã usq. ad quingẽtos, dictũ est sũmã illã, nõ ex plurib. donationib. separatim uim ab eodẽ factis constituendã, quæ posset excedere summam non agentem insinuatione.

Si tamẽ ex una donatione plures petitiones se quererentur, quæ coadunatæ excederent summam permissa. opus esse insinuatione. Et proinde si in donatione annuæ pensionis, quæ non excedũt permissam summam, non fiat mẽtio hæredum, non eget insinuatione, si uerò fiat, quia cumulatione annorum certorũ ex una donatione insurgere potest quantitas, quę egeat insinuatione, erit insinuanda.

Rursum, † in metiẽda iurisd ictione iuxta quantitatem iurisdictioni cõcessam, sequimur in praxi etiam Vlpiani resolutioné. in l. cum quædã puella, 19. §. 1. de iuris. omn. iud. quoties, inquit, de quãtitate ad iurisdictionem pertinente quæritur, sẽper quantum petatur quærendũ est, non quantum debeatur, Nam quamuis res pluris sit, potest tamen actor se restringere ad certam quãtitatem, & ita iurisdictioné subire eius quantitatis. 6

Et Iudex qui usque ad summam certam iudicare iussus est, etiã de maiori iudicare potest, si inter litigatores cõueniat. l. de quã re. 74. §. 1. de iud. lib. 5. ff. ti. 1. conuenit Paulus cum Iuliano. in l. Iulio conuenientes 28. ad municipales lib. 50. ff. ti. 1.

Sunt † in super obseruando singulares cuiusque 7

regni

regni constitutiones,& rerum publicarum librarum statuta,quibus distribuuntur,& limitibus certis diffiniuntur,iurisdictiones,& res,& quantitas de quibus,& quomodo iudicet,uel supremo iure citra appellationem,uel cum ea.

Hæc enim ferè sunt iuris positiui, & diuersa exépla sunt in Gallia,in iurisdictione,ut diximus præsidialium ité in peræquatorũ, uocamus *esleus* iudicis,ii enim debent ex præscripto constitutionis Carol.9.anni 1560. in comitis Aurelianẽsibus arti. 134.& sumariè,& de plano,sine aduocatorũ contestatione, ex uoce,& persona contendentium, uel excipientium uel opponentium peræquationi, & collationi seu exactioni auxilliorum uel taliarum, & Gabellarum principis per illos statutis,iudicare, idque possint adhibitis in consilium tribus aut quatuor dignorũ Parochianorum pagorum,quorum nomine debent in scientia exprimere cum suprema iurisdictionem facere,& reiecta appellatione usque ad summam centum solidorum Turoniensium. Ex cõstitutione uerò Hẽrici.3.mẽsis Maii 1575.Statuimus, inquit ꝙ nostri peræquatores seu electi iudicabunt supremo iure (*endernierresset*)& sine appellatione,si sint in iudicãdo quinq.numero ex illis,sit tot inuenianẽ in curia uel sede electorũ,sin minus si ex aduocatis sedis tot ad numerum illum perficiẽdum adhibeantur, nempe sine appellatione usque ad summam quingẽtorum solidorum super impositorum, & semel soluendorum, & quinquaginta solidorum Turon.pro expensis factis.Tẽperauit hoc edictum curia suprema auxiliorum *à cuor des aies* & statuit ꝙ

electi

electi possint in posterū iudicare sineappellatione de taxatione non excedente quinq; solidos Turonenses, ꝑ omnib. talijs, & desuper taxatione vsq; ad triginta solidorum Turonensium summam de omnib. talijs, inhibita potestate iudicandi in ultimo rescripto, de illis qui se dicūt immunes ab onere & collatione talliarum.

Cap. XVII.

De appellatione à latrunculatoribus qui dicuntur preuoitz de mareschaux, præpositi à Magistris iudicum.

SVMMARIA.

1. *Latrunculatores qui, & ab illis non appellari, ut ab executoribus.*
2. *Nisi appelletur ab in competentia.*
3. *Fuerunt isti iudices militares extraordinarij aliquam de statuti, postea sublati.*
4. *Iurisdictio listodiecta uel biocolistæ in Lydia.*
5. *Nunc quales sint in Gallia, & quare dicti prævostz de mareschaux.*

LATRVNCVLATORES qui ꝓpositi mareschalcorum, Gallis, Italis verò Barigelli di cāpagna, qui non iudicant nisi de criminib. & nō de re pecuniaria, ut ait Vlp. in l. solennis. §. fi. de iud. li. 5. ff. tot. ti. 1. germanis. *ein Blutrichter aut ein Blutvogt*, de quib. vide sanguinum li. 7. histor. 2. C. 1. & paul. Aemil. lib. 10. in Carolo. 7. vbi de origine.

Hi non habēt resertū aut territorium, sed quoscunque delinquētes inuenerint, suæ iurisdictionis

vbi-

vbicunq; repererint punire possunt, aut persequi per l.3.de off.præs.ff.ex arresto parif.ann. 1388.Papeus,& refert li.4.arrest.tit.12.arresto.1. Iudicant diffinitiuè citra appellationẽ de casib. & personis sibi concessis p constitutiones regias,contra milites desertores uagos,emãsores,latrones seu grassatores,rempublicã committentes,raptores,expilatores,ex cõstitutione Franc.1.ann.1534. 3. Octob. Henrici.2.ann.1549.ar.2.& 17.Carol.9.ann.1563. ar.2.videntur.n.esse tantum ministri & executores legis & marèschalcorũ, unde nec ab illis ueluti ab executorib. non prouocatur, per l. si qua pœna de verb. sig. possunt tñ conueniri post executionem, nostro iure num malè iudicauerint,& faciunt litem suam,ipsi autem post executionem suam suam defendere tunc debent,& possunt per l.si quis filio §. hi autem. de iniusto rapt. vide pap. prædicto titu.

2 Excipitur † casus incõpetentiæ obiectæ,quę tractabitur in sede proxima loci ubi sunt iudices regij vel præsidiales,suspẽsa interim executione iudicij ex edicto Caroli 9.ann.1564.art. 5. diximus latius supra in rationib. appellationis in Gallia,aliàs fuisse supplicio capitis affectos tres latrũculatores seu præpositos mareschalcorũ quod post exceptionẽ fori à reo propositam, & post appellationẽ q̃ non admisissent,ad senatũ emissam,exequuti fuissent, suã in reum capitalem sententiam, quod refert Rebuff.tract.de sententijs executoriis, in præfatione nu.24.tom.1.comment.in ordinationes regias.

Simile exemplũ etiam de alio latrunculatore ob eandẽ causam suspenso,refert Boerius decis. 153.

3 Fuerũt † huiusmodi iudices aliquando ultra ordina-

dinarios militares & ciuiles, in repub. instituti, donec prohibiti fuerint à Iustiniano, & iussum ordinarijs illorum fungi munere, ut in nouella 128. de col latorib. c. 21. §. iubemus aũt, vbi verba: Iubemus aũt oẽs, iudices tàm ciuiles quàm militares, ꝑ se requirere eos, q latrocinia aut uiolẽtias, aut rapinas rerũ & feminarũ, aut alia quælibet in ꝓuinciis illicita cõ mittũt, & supplicia eis legitima inferre, neq; ꝓ his causis accipere aliquid consuetudinis nomine. Nõ .n. ꝑmittimus, cuilibet maiori aut minori militari iudici, aut latronũ insecutores λησοδιώκτας, aut uiolẽtiarũ inhibitores βιοκωλύτας, aut tribunos pro talibus causis in prouinciis ordinare vt nõ per tales occasiones, ampliores violẽtiæ afferant prouincialib.

Idipsum statutum in c. 1 ?. §. interdicimus autem. Nouell. 8. ut iudices sine quoquo suffragio fiãt. Rursus in nouella 134. ut nulli iudiciũ liceat habere loci seruatorẽ c. verbis insup. His insup iubemus, ut neq; Magistri militũ, neq; duces in ꝓuinciis, in quibus administrare iussi sũt, loci seruatorẽ habeant, ἢ βιοκωλύτας ἢ λησοδιώκτας, uiolẽtiarũ inhibitores, aut latronum expulsares. Iterum moderatori prouinciæ eadem commit.

Fit Helenoponti. Iustinian. & refert sic fecisse rescire latrunculatores, vt violẽtiarum repressores c. 6. §. cõsimiliter. nouella 28. de moderatore Helenoponti. Idem in nouella 29. de prætore Paphlagoniæ c. 5. §. adhæc diligenter.

4 Fuit† antiquitus Dux aut βιοκωλύτης Lydię. Lancaoniæ, Phrigiæ utriusque, Pisipiæ, contra indisciplinationes populares, & latronum & militum incursus institutus. Sed postea languescente eius

cor-

correctione,& ꝓuincialibus à militib.vexatis, fuit prohibitus Nouella 145.ut de cætero nullã licẽtiam habeat Dux aut βιοκωλυ∫α Lydiæ & Lycaoniç, in Phrygiam vtramq; & Pisidiam aduenire.

Rationes ibi plures, & quod ipsemet βιοκωλυ∫αι ministri ipsi grassarent quoq;,& multi ꝓuincias ha bitantes ministris ad reos comprimendos constitu tis,contra aliorum quietem abuterentur. Quare & fuit hæc propria cura deinde præsidum prouinciarum l.prouinciarum præsides.8.C.de ferijs li.3.tit. 13.l.Cõgruit 13.de offi.præsi.li.1.ff.ti.18.l.3.eo.ti.

5 Dictus autem] tunc est listodiocta vel Biocolyta præpositus mareschalcorum quasi uicarius & lo cum tenens mareschalcorum, siquidem in Gallia Comes stabuli dicebat olim seu magnus scutarius, qui imperabat ijs,qui præerant equis. Dicti autem illi *marchaulx*.ex veteri idiomatę Alemanno, nam *march* illis equus, & *schall.* officiarius magnus uel potens quo nomine signabantur,quibus commissa erat cura equorum maiorum,sub regimine comitis stabuli,ut notat Beatus Rhena.libro 2.rerum Germanica.& ita mareschallus,q̃ imperat equis,idest, equitibus,sumptis equis pro equitibus,figura satis cognita Grammaticis.

Comes stabuli imperat secundus à rege armis & exercitibus,ut sub Dictatore Magister militum & huic in inuestitura committitur gladius regius,quẽ coram rege defert eductum & cum illo regi hominum facit signum.

Mareschalli olim tantum ante Franciscum.1. duo erant,postea aucti ad quaternarium numerum. Ho rum potestas ferè similis potestati comiti stabuli,& sedes

sedes iustitiæ & iurisdictionis eorum est, eadem in tabula marmorea Paris. cum Comite stabuli, & sũt ei tanquam collaterales; ut fusius habetur in antiquis regum constitutionibus. Et quando Rex creat mareschallum dat ei potestatem in armatam militiam, & inuestiendo dat ei geniculato baculum, uocant *baton* in manum & ideo ut insigne comitis stabuli est ensis euaginatus, sic mareschalli se curicula armorum, seu clara, *bache d. armis* quam inferũt ad latus gẽtilib. insignibus *a leues armories*. Et magnus scutifer gladium tectum uagina ornata floribus liliorum.

Quia ergo potestas in milites data est à rege cõnestabulo, & mareschallis, ut liquit ex constitutione Iohannis 1. regis Fran. anni 1356. arti. 1. 2. 3. ab illis præpositus ad inquisitionem & punitionem militum desertorum, uagantium, rapiẽtium, uel inique gerentium, dicitur præpositus mareschalcorũ, qui eorum uice iudicat citra appellationem. Quemadmodum sub Imperio Romano biocolytæ & listodiocte præponebantur à Magistro militum, & ducibus, ut liquet ex relatione nouellarum suprascriptarum.

APPELLATIONIBVS.

LIBER QVARTVS.

Ad quos appelletur, ubi explicatur, §. si ii, quis in appellatione, l. 1. de appellat. ff.

CAP. I.

Appellandum ad maiorem iudicem nõ ad parem aut minorem.

SVMMARIA.

1 *Ad maiorem & superiorem, non ad inferiorem aut parem, appellandum.*
2 *Quare ad parem non appellatur.*
3 *Quare ad minorem non fit appellatio.*
4 *Quis hic superior dicatur.*

1 IN†quæstione proposita ad quos appellandũ sit cõcludit ab Vlpiano ĩ l.1.§. si q̃s in appellatione de app.ff. ad maiorẽ iudicẽ nõ minorẽ aut parẽ esse appellãdũ., sic ẽt ĩ §. illo uidelicet, de ap. nouella 23. statui ẽ, ut ab spectabilibus ad illustrissimã appellet præfacturã, non ad alios eadẽ spectabilitate decoratos, cũ nõ oporteat, inq̃t Iust. ad cõpares iu dices appellationẽ referre, sed a minori iudicio ad maius tribunal ascẽdere. idẽ in c. anteriorũ. §. illo ui delicet, 2.q. 6. & in c. placuit. 9. ead. 2.q.6. placuit ut a q̃buscũq. iudicib. Ecclesiast. ad alios iudices Ec lesiasticos, ubi est authoritas maior fuerit prouoca tum, audientia non negetur.

2 Ratio prior†cur ad parem non appelletur, quod par in parem non habet imperium aut potestatem, l. ille

l.ille a quo,§.tempestiuum, ad senatuscon.Trebel. ff.l.nam Magistratus,de recep.arb.ff.& asina intumescit,si uideat se per comparem comprehẽdi, ut ait gloss.ad L.1.§.veteres ad uerbum per unum reliquorum de acquir.poss.ff.

Alia,† quod pertinet ad minorẽ,quia nec minor contra sententiam maioris Magistratus,restituit,l. minor autem 18.de minor.25.annis.c.inferior.21. distin.& inferior factum superioris non iudicat. c. cũ inferior de maior.& obed.quod latius lib.1.diximus infinitionę appellationis,dũ id de substãtia esset propositionis,ut ad superiorem appellaretur. 3

Superior†uel maior hic dicitur ratione administrationis,non dignitatis. Bar.ad l.1.§.si quis in appellatione,& ibi gl.ad verbum consules,de appel. ff.potest enim quis maior esse ratione administrationis,qui minor est ratione dignitatis,& cõtra ut Cardinalis non Episcopus maior est Episcopis administratione,sed non dignitate.Quia episcopatus est culmen dignitatũ,c.uenerabilis de preb.c.quanquam 2.q.7.gl.in c.2.de præb.in 6 ad uerbũ dignitatẽ.Superior hic rursum perpenditur habita rõne eius qui iudicauit,nõ litigantium,qui forsan alienę iurisdictionis in eum cõsenserunt, quare appellandũ ad superiorem iudicis in quem consenserũt,nõ ad superiorem litigantiũ, vt notat Speculator li. 2. par.1.ti.de cõpetẽti iudicis actione,§.1.n.12.Quia postquã talis cõpẽsus permittitur in Iudicẽ non suum, is Iudex iudicat potestate ordinanda,Speculator ubi sup.n.11.per l.l.obuenire de uer.sig.ff.ubi rõne confirmationis legis, testamentaria successio perinde legitima dat ac ea q̃ defertur ab intestato. 4

CAP. II.

Appellandum esse gradatim ad superiorem.

SVMMARIA.

1 *Appellatio ad proximum gradatim fit superiorem.*
2 *Gradatim appellare quid sit.*
3 *In Gallia etiam appellandum non omisso medio ad proximum superiorem, idem in Germania.*
4 *Confirmatio electi nulla, facta a superior omisso medio, nisi a Papa fieret.*
5 *Ab officiali ad Episcopum non appellatur & quare.*
6 *Prælatus quando præsumitur interfuiße capitulo, tan quam prælatus, & non tanquā unus ex Canonicis.*
7 *Appellans non expresse ad quem, ad proximum censetur appellasse. Ibi rationes. Et si plures, eligēdus est ad quem postea.*
8 *Si appelletur ad superiorem omisso medio fit remissio ad medium.*

CAeterum † non sufficit appellare ad superiorē, 1 nisi talis sit proximus iudici à quo appellatur quocirca generalem hic figimus regulam, appella tionem faciēdam ad proximū immediate superio rem, in potestate seculari uel Ecclesiastica. Exēplū in seculari, in Gallia à iudicibus ordinariis, siue ēt a dominicalibus, nempe dominorum, qui habet iu risdictionem, fit appellatio ad senarchos seu bailli nos, aut iudices præsidiales, ab illis ad curiā supremam, & non ab ordinariis ad curiam supremā, nisi in specialiter exceptis, idq; iuxta l. si quis & l. impe ratoris, 21. de app. in ff. l. addictos. 29. C. eo. tit. l. 4. de iurisd. omn. iudici li. 3. C. ti. 13. §. nulla, de defen sor. ciuit. nouella 15.

Exemplum

Exemplũ verò in Ecclesiastica iurisdictione, vt qñ ab Archidiacono ad Episcopũ appellat̃, ab Episcopo ad Archiepiscopum, ab Archiepiscopo ad primatẽ, ab illo ad Papã, sc̃dm Spec.li.secundo, par tis, 3.tit.de app.§.4.nunc tractemus n.1.ꝓbatur & cano.placuit, c.anteriorẽ 2.q.6.c.metrop. n.2. q.7. Ab Episcopis ad Archiepiscopos potissimũ appel lat̃ in spiritualibus c.ad reprimẽdã, de offi.ord. c.si duobus, c.dilect.de ap.c.quia cognouimus 10.q.3. in tẽporalibus nõ semp, qa in illis aliqñ appellatur ad superiorẽ Principẽ, à quo feudũ tẽporaliũ monetur, vt suo loco dicetur. Ab Archepiscopo verò ad primatẽ appellat̃, si quis is sit cui subijciant̃ metro politani. Vel si nullus sic ꝓxime primas, ad Papã, c. 3.si inter.6.q 4.c.cleros.21.dist.c.antiq. de priuil.

Et† hoc est ꝙ dicitur vulgariter, gradatim esse faciendã appellationẽ, nempe, vt non omittatur proximè superior, & perueniat eo omisso, ad aliũ post illum superiorẽ, c.si quis.2.q.6.c.Romana.de ap.in sex. Veluti quãdo prohibitũ est à Iudice ordinario omisso Episcopo ad Archiepiscopũ appellare, c.dilecti 66.de ap.id.n.est gradatim incedere, & aliqd deferre gradatim, sequentẽ ꝓximũ sequi, ut notat̃ in L.Iurisconsultus 10.§.gradus.de gradib. affin.ff. 2

Recipit† & iubet praxis Galliæ hãc gradationẽ, in appellãdo nõ omisso medio ad superiorẽ ꝓximũ. sic & Iohãnes.I.Rex anno 1364. Edixit cã inquit, appellationũ emissarũ a ꝑposito Parisi. baillinis & aliis iudicib.à quib. cõsueuit sine medio ad nr̃am curiã appellari, in eodẽ tractent̃. Si verò cõtigerit appellari omisso medio, ad curiã, & ex parte appel lãtis, adornamẽtũ ad cãm in curiã introducẽdã pe 3

titum fuerit, remittatur debito fine terminanda.

Idē statuit Franc.1.anno 1535.in c.1.eius cōstitutionis art.31.Car.5.anno 1358.art 12.Car.7.anno 1452.ar.9.Etiamsi appellet ad legatum uel Patriarcham omisso medio,§.1.de semel appell.in concordia,& §.nec ad quēcunq; de causis in prag.sanctio.

Sic etiam iubet Germaniæ iudicialis ordinatio Cameræ imperialis parte.2.tit.29.

4 Ad hanc notat Ludouicus Roman.consi. 332.p aliquot media, quòd nulla est confirmatio electi, q ad sacrum concilium iuit pro ea obtinēda, quā impetrare debebat à proximo superiore, nempe omisso medio, si tamen pro ea adiuisset papam, valeret facta ab illo, ex certa tñ scientia, non aliter. vt tractatur p interpretes ad c.1.& 2.de cōfirma.uti. vel inuti videndum c.ex parte de cōstit.& gl.ad c.cum accessissent.eo.tit.& ad c.quia diuersitatem, de concess.prebend.& gl.ad c.quia igitur, 63.distinct.

5 Hinc liquet & sequit primo loco, nō posse appellari ab officiali ad Episcopū, q eum cōstituit, qa nullus est gradus inter illos distinctus, sed vnus tm̄, ut vna sedes, vnū tribunal Episcopi & eius officialis, ad se ipsū nō pōt puocari, d.c.Romana, de app.in sex.c.2.de cōsuet.in 6.Rota dec.371.in nouis.incipit.si Episc.qa ēt Episc.tenet de officio uicarii & officialis sui, nisi postq̄ sciuerit, purgauerit illud, ut tractat Rota dec.278.in nouis.incipit.si Vicar. Et hoc obtinet in officiali generali & principali, non aūt in foraneo, q a foranei officiales, q in certa parte diœcesis, vel ad certos actus cōstituunt, hnt iurisdictionē & potestatem delegatā, & ab illis appellat ad constituentem, vt à delegatis Episcopi. Innoc.&

Hostiens-

Hostiens. ad d.c. Romana, de offi. ord. in sex. gl. ad Clem. 2. aduerbu, Foraneo. de rescript. & ita appellatur ab officiali Foraneo tali ad ipsum Episc. uel officialē eius, nisi aliter consuetudine caueatur, ut omisso medio appellaret ad Episc. Franc. Marcus in to. 1. decis. Delphinalium decis. 419. nu. 8. & 13.

Atque ideo si prouocetur à collatione beneficij facta à capitulo, cui accessit Episcopus tanquā prælatus, non deuoluitur ad Episcopū, sed ad Archiepiscopum. Contra si ibi Episcopus interueniret non tanquam prælatus, sed tanquam Canonicus, c. appellationis. 11. de appell. in sexto facit text. in c. postulastis. 15. de concess. pbend. lib. 3. tit. 8. ubi qñ beneficium pertinet ad collationem capituli & Archiepiscopi simul, si intra tps Lateranensis cōcilii sex mensiū, ut habetur in c. 2. de concessio. preb. cū simili, & nō fuerit collatum à capitulo, nō deuoluitur collatio ad Archiepiscopum, nec ab Archiepiscopo ad capitulum, quemadmodum fuerit, si separatim deberent conferre, sed ad superiorem. Si tñ Archiepis. non ut prælatus, sed tanquam Canonicus ius haberet conferendi cum capitulo, collatio ex negligentia capituli trāsit ad Archiepiscopum, nisi is dolose egisset, ne intra tempus debitum fuisset facta collatio, ne ex dolo suo lucretur, contra iura. l. ne ex dolo, de dolo malo. ff. cum similibus.

Præsumitur † autem regulariter quod prælatus interfuerit capitulo tanquam prælatus, & non tanquā unus ex Canonicis, nisi aliud appareat, ut ait, gl. ad d. c. à collatione, ad uerbum prælatus Apparere autē prælatum adesse capitulo tanquā Canonicum, & nō tanquam prælatum addit, quando se

det & subscribit post Arch: vel aliũ qui ibidẽ p̃sit c.Et contra,si sedeat in 1. loco, & primus subscribat,apparere eũ ibidem esse tanq̃ Episc. & caput. Quia hæc tribuunt Episc.tanq̃ Episc.c.si.17. dist.Vt gñaliter q maior est ordine, p̃fertur alijs in loco & portione c.statuimus.15.de maiorit.& obed.li. 1.ti. 33.facit l.1.& 2.de albo scriben.lib.50.ff.tit.3. Pōt & hoc iuuari ex Vlp.in l.1.§.solẽt,& seq.qñ appellãdũ sit,li.49.ff.tit 4.Solent,inqt,plerunq; p̃sides remittere ad ordinem nominatum,ut Caium Seium creent Magistratũ,uel alius quis,honos uel munus in eum conferatur. Vtrum igitur tunc appellandũ est,cũ ordo decretum interposuit an verò à remissione q̃ præses fecerit appellatio sit interponenda? Et magis est,ut tunc sit appellandũ, cum ordo decreuerit.Magis.n.consiliũ pręses dedisse vr̃ quis sit creandus, quam ipse constituisse, deniq; ipse erit appellandus,non autem ab eo prouocandum. Sed etsi præses in ordine fuerit. (vt fieri assolet.) cum ab ordine crearetur quis, ipse erit prouocandus, quasi ab ordine, non ab ipso fiat appellatio.

7 Secundo † sequitur ex regula appellandi gradatim,quod si quis simpliciter appellet, non expresso ad quem , appellatio nihilominus ualeat & censeatur appellasse ad proximũ superiorem,ut tradit Speculator,tit.de appell.§. nunc tractemus versi. quid si dicat.& post illũ Iohannes Faber ad l. præcipimus,(de appellatio.Iason ad l.Romæ §.Seia.n. 9.de verb.oblig.Iohann. Andreas ad c.ut debitus, de appel.quamuis Iason ut ait ibi Panorm. dubitat sed malè secundum Alex.Ratio autem,quia in generali sermone ordo iuris iudicatẽ insertus, argum.

l.Gallus

l.Gallus §.quidā recte,& ibi gl.deliber. & posthu. & l.talem.51.in pri.de hæred.inst.ff.Quinimo iste modus appellādi simpliciter est tutior necessarius dicēdo solū appello,quia forsan possit errari in appellādo superiore certò,qui esset incōpetens.Bal. ad l.cū ꝓponas de bonis auth.iu.possi.& receptus modus simplex appellandi,appello,ut dixisse, ita satis fit.l.2.de appe.ff.Adde ꝙ genus ꝙ nō potest nisi in una specie uerificari,non inducit incertitudinē per regulam l.2.de li.& posthu.l.28.ff.ti.2.& ibi Ias.l. fundus qui locatus.24.de fundo instructo li.23.ff.titu.7.

Certū autē est,quis sit Iudex superior immediatus ad quē appellādū est, quod proculdubio uerū ait esse Ias.ad d.§.Seia.nu.11.iure ciuil. ubi certus superior immediatus est,sed iure pontificio, cum ad plures possit appellari ad Papam, ad legatum, & alios:tandem tñ n. 12. ait uerum,ut etiā in iure Canonico talis ualeat appellatio simplex, per uerbum appello,& citat eius sentētiæ,alios authores quanquam in contrariū fundamenta alia allegat usq; num.18.

Hæc latius examinat,& distinguit Speculator, li.2.par.3.ti.de app.§.4.n.16.17. 18. 19. 20. Vide ibi,& Alex. cons. 101. incip. uiso processu. num. 2.uolum.2.& Bartholomæ.Brixiens.quæst.Dominicali.52.Sic, & concluditur, & disputatur decis. Rotæ 209.incip.Appell.alternatim.in nouis. & uide Francisc. Marcum in decisi. Delphin.tomo 1. decis.270.

In Gallia tamen à capitalibus iudicis à damnatione capitis,exilii perpetui,quæstionis fustigatio-

nis pœnæ seu multæ honorariæ, & à prehensione corporis, liberũ est appellare omisso medio ad senatũ, & in prehẽsione seu captione corporali electio est prouocandi, uel ad proximũ superiorẽ uel ad senatum, ex cõstitutione regia anni. 1539. & 1541. Quare à simpliciter appellante requirendum ad quẽ iudicem appelletur simpliciter.

8 Tertio infertur, † quod si omisso gradu medio, & proximo, ad maiorẽ prouocetur, fiat per illũ appellationis remissio ad inferiorẽ l. imper. 21. de appell. ff. §. sit tibi quoq; tertium studium, de mandatis principũ, Nouella 17. c. 3. ibi. Si uero te non adierit ad regiã presũpserit uenire ciuitatẽ, & remittemns. Cũ omni corectione. Ita obseruari ĩ praxi Gallicana tradit Massuer. tit. de app. 27. statuit & Carolus. 5. rex Galliæ ar. 12. 1358. & Iohãnes, 1. anno. 1364. Itẽ Carolus. 7. ar. 9. & alii, ut diximus paulo ante hoc cap. n. 3. ut si quando subditi regũ appellẽt à curiis iurisdictionalium Dominorũ ad curiam supremam, uel aliam curiã regiam, omisso medio curia, & alii iudices regii statim sine dilatione remittant causã appellationis ad Iudicẽ mediũ, qui poterat, & debebat cognoscere de dicta causa appellationis, si id fieri requiratur, ab aliqua partium litigantiũ, possit tamen Senatus retinere si sibi ita expedire uideatur tales causas iudicandas onerãdo super hac re consciẽtias senatorum.

Et praxis est ut si quando quis appellauerit ad Principem uel mediatè superiorẽ, aduersarius debeat, ut dicũt, anticipare id est, præuenire, & appellare ad proximũ superiorem. Et tunc qui appellatur ad maiorem superiorem, tenetur cõparere co

ram

rā superiori immediato ad uocationem eius iudicis inferioris; saltem allegaturus suā appellationē alioquin tanquam contumax condemnabitur, nisi inferior superior immediatus certò cognouerit, ad audientiam summi pontificis appellasse, per c. si duobus, de appellatio.

Cap. III.

Casus quidam in quibus, omisso medio appellatur ad superiorem.

SVMMARIA.

1 *Appellatio omisso medio ualet ad superiorem, si ibi non opponatur omissio medii. ibi ratio.*

2 *Si ambo litigantes ab eadē sentētia appellent, unus ad Papam omisso medio, alter ad mediū, quomodo sit regulanda appellatio.*

3 *Appellatione facta alternatiuè, aut ad Papam aut ad Archiepiscopum, quomodo electio faciēda sit.*

4 *Iure pontificio undecunque potest appellari ad Papam.*

5 *Roma quippe commune habetur omnium forum, & omnium patria.*

6 *Et hoc etiam dicitur priuilegium Ecclesiæ Romanæ.*

7 *Quia, & ab omnibus potest per simplicē querelam adiri Papa, tamen melius dicitur eum facturū, si reiiciat ad medios iudices appellationes, ut statuit etiam Imperator de appellationibus ad se omisso medio factis.*

8 *Recepta tamen consuetudo, quæ est omisso medio appellari ad superiorem.*

9 Sed

9 *Sed etsi Archiepiscopus litiget cum subdito Episcopi in Episcopali foro, non fit appellatio ad Archiepiscopale.*
10 *Quare non fit appellatio ad proximũ immediatum si is non possit iudicare.*
11 *Vel uoluerit iudicare aut eius intersit.*
12 *Si delegatus omnem causam subdelegauit, ad eum à subdelegato non appellatur.*
13 *Item ab officiali ad episcopum non appellatur.*
14 *Si appellatur omisso medio, & non opponatur exceptio medii omissi ualebunt tamen acta.*
15 *Scholasticus omisso medio ad Parlamẽtũ appellat.*
16 *Item, & miserabiles personæ.*
17 *Et exempti à iudice proximo.*
18 *Maiores etiam causæ referendæ sunt ad sedem Apostolicam.*
Quæ sint ciuiles maiores docetur ibidem.
19 *In Gallia à deleto executore per rescriptũ appellatur ad Parlamentum.*
20 *Causæ quæ omisso medio ad Cameram imperialem admittunt appellationem.*
21 *In Gallia ab abusu, & in aliis quibusdam appellatur ad curiam supremam omisso medio.*

1 EXceptiones † uidentur aliquot iustæ, ex quibus ad superiorẽ omisso medio ualet app. & prior colligitur ex gl. ad c. dilecti filii. 66. ad uerba post Huiusmodi, de app. dum ait gradatim quidẽ app. esse iure nẽpe ciuili, sed secũdũ rõnes si omittatᷓ medius, & nõ opponatᷓ hæc exceptio. Corã ipso superiore mediato ad quẽ ꝓuocatũ omisso medio, ualet Im. l. Imp. atq; ibid. Host. & Ioh. And. glossator.

tor. Et Philip. Franc. ad Rubr. 2. de appel. sequũtur. Quanquam Innocent. & Archidiac. repugnent. ad c. si delegatus, de offic. delega. in sex. & Rusæus in tract. præeminentiæ Archiepisc.

In Gallia res est expedita ex allegatis cõstitutionib. Caro. 5. ar. 12. & Carol. 7. ar. ubi tantum remissionem faciendam ad medium dr̃, si litigantes requirant, & fiat remissio cũ expensis appellantũ, nisi ut quidã dicunt à iudice non regio ad curiã appellatũ esset, ut tunc sine expensis fiat remissio, sicut iudicauit Senatus Parisiens. 8. Februarij 1512. refert Rebuffus tract. de appell. ar. 2. gl. unica nu. 3. tom. 3. Comment. in Constitutiones regias.

Ratio autem istis efficaciæ superioris, Quia litigantes uideantur consensisse iudicem superiorem & eius iurisdictionem approbasse sponte corã eo litigãtes, ut notat Imola ad l. Imperatores, de app. ff. Archid. ad dictum c. si delegatus. Guido Papę q. 221. nu. 5. & postea dicemus hoc. c. nu. 14.

2 Quod † si ab eodem articulo ambo litigantes appellarent, sed vnus ad Papam vel principem uel superiorem mediatũ, alius ad proximiorẽ immediatum, tunc qui uocatus est coram maiore supremo debet comparere, saltem dicturus de sua appellatione, si primò uocetur iuxta c. si duob. 7. & ibi Panorm. nu. 2. 3. & 20. de appellat.

3 At † si alternatiuè dictũ sit, appello ab Episcopo ad Archiepiscopũ uel Papam, tenebit appellatio, dummodo appellans ligat intra certum tẽpus infra quod debuit appellare. Pan. in pract. c. 111. citat notata ad c. in alternatiuis, de reg. iur. in sex. Qđ si qs ab inferiore Episcopi appellet ad Episc. vel Archiepi-

chiepiscopũ, ualet appellatio ad Episcopũ & non Archiepiscopum omisso medio, & ita utile per inutile non uitiatur. ut per dict. regulã iuris in sex. utile notat Panorm. dicto c. 11. nu. 11. in praxi.

Ordinarij autẽ iuris censetur pro 2. exceptione iure pontificio, ut possit vndecunq; ad summũ Põtificem appellari omisso medio, propter plenitudinẽ potestatis. Ita Sixtus Papa epistola 2. omnib. Ecclesiæ rectorib. Si quis vestrum pulsatus, fuerit in aliqua aduersitate, licenter hanc sanctã & Apostolicã sedem appellet, & ad ipsam tanquam ad caput suffugiũ habeat. refert Gratia. in ca. 4. si quis vestrũ 2. q. 6. idẽ in c. omnes Episcopi 5. ca. 2. q. 6. quod & extendunt ad legatũ summi Põtificis, ut possit ad eum appellari, omisso medio in prouincia sibi decreta, ut tradit Iason ad l. qui Romæ. §. Seia, nu. 11. de uerb. oblig. per c. ad Romanam in 1. 2. q. 6. & in c. 1. & c. quod translationẽ, de offic. leg. sed expressè in c. 1. de offic. leg. Quanquam non liceat in Gallia ad quencunque omisso medio appellare, nec ad legatum, nec ad Patriarcham, ut dixi 9. §. 1. de friuol. appell. in cõcord. Gallicanis. & §. nec ad quẽcunq; de causis in pragmat. sanctio.

Ratio tamen, cur licuit ad summum Pontificem vndecunque appellare est, quod Roma, commune omnium Forum, c. fi. de foro comp.

5 Roma † quippe cõis patria, c. Roma, ad municipal. ff. de l. leg. in orbe Romano, 17. de stat. hom. ff. §. fi. ut liberti de cætero aureo nõ egeãt annulo. nouell. 78. ibi. n. ex constitutione Antonini, q in orbe Romano sunt, ciues effecti fuerunt Romani, quod Rutilius Numatianus de Antonino refert.

Fecisti

Fecisti patriam diuisibus gentibus unam,
Profuit iniustis te dominante capi.
Dumq; offers uictis propria consortia iuris.
Vrbem fecisti quæ prius orbis erat.

Ideò appellatione facta omissio medio, ad summũ Pontificem, pôt procedi coram eo ex consensu, Cle. vnic. de caus. posseß. & proprietat. li. 2. tit. 3.

Atque† priuilegium hoc rursus dicitur Ecclesiæ 6 Romanæ ex sacris canonibus, ut iudicia totius Ecclesiæ ad eã referri iubeãt, c. arguta sapientia 13. & c. 17. ideo 2. q. 6. Potest tamẽ etiam omisso, vt dixi, medio, appellari ad legatum de latere, vt notat in c. 1. de offi. leg. & similiter ad Patriarcham ut notãt Hostiens. Innoc. & Panorm. ad c. antiqua, de priuil. & gl. ad c. renouantis 22. dist. Specula. in tit. de appellat. §. nunc tractemus. vers. sed nunquid, in fine. quicquid in contrarium dicant Iohann. Andreas & Anton. ad d. c. antiqua.

Potest† & summus Pontifex per simplicem sup- 7 plicationem, ab omnibus adiri & inuocari. Cũ omnium sit Iudex ordinarius ca. cuncta per mundum 9. q. 3. c. per Principem. eo. Quamuis non admittãt leges ciuiles, ut omisso medio appelletur Imperator D. L. Imperator. de app. In quo laudauit Imperatorem Speculator d. §. nunc tractemus, de appel. quod non permittat in prẽiudicium ordinariorum inferiorum iudicũ, ad se appellare omissis medijs, sed remittat ad Iudicem competentem. Et Panor. ad c. antiqua, de priuilegiis, dixit quoq; benefacturũ Papã, si tales appellationes ad se omissis mediis factas reijceret & remitteret. Sic etiã parceret expensis, vexationibus litigantium, & iurisdictiones

sua

sua authoritate, distributas, sanctissime cõseruaret, & confusionem in republica, quę ex inordinatione litiũ oritur, tolleret, litiũq; esset facilior & breuior finis. Etenim ordo confunditur si sua cuiq; iurisd.nõ seruatur, c.peruenit.19.in fine.11.q.1.qui tñ conseruari à summo Põtifice, vt ibidem dicitur, debet. Et properandum est, vt li es claritate terminentur. l. properãdũ.C.de iud.c.finis litibus.de dolo & contuma. Quod fiet si sũmus Põtifex, q pluribus & grauioribus negotijs implicitus est, pp quæ remorarentur singulariũ personarũ quotidianæ lites. Easdem lites inferioribus iudicãdas relinquat, exẽplo Moysis, qui litibus præposuit iudices, grauiorib. negotijs sibi reseruatis. Exod.cap.18.

Et proinde in cõcilio Basiliẽsi, vt & refert inprag. sanctione.ti.de causis.statutũ est, ne ad quẽcũq; et ad papã, omisso medio appellaretur, ut dixi. & ibidem gl.ad §.1.ad verbum finiantur.eius tituli.

8 Adferuntur† & casus per glossam ad d.pragmaticam sanctionem excepti, & per Socinũ regu.23.de quibus, vt ordinẽ exceptionũ prosequamur, ꝓ tertia exceptione erit, si consuetudo sit in cõtrariũ, ꝙ omisso medio appellari possit, vt in c.Ro.Ecc.3.& ab Archidiacono, de app.ubi ex cõsuetudine põt appellari ab Archidiacono Episcopi ad Archiepiscopũ, ordinario iure tñ ad Episcopũ. Idẽ dicẽdum est de alijs inferioribus, vt notat glossa ad c. dilecti 66.ad verbum HVIVSMODI de appe.probat & c.significantibus.pen.de noui operis nunciatio.& c.referente.7.de præb.quo loci & gl.ad verbum appellarit, idẽ notat.& ait se scire, quod Archiepiscopus Remensis talibus consuetudinibus vtatur. Quod si

exceptio

exceptio omissi medii opponatur, ubi non est consuetudo omittendi, nempe corā maiore superiore, non ualebunt coram illo gesta, ut notat dicta glossa c.dilecti, ut notat Reb.ad §.1.de friol.appellatio in concordatis.

Notandum hic nō posse quidem præscribi ne appelletur ad Principem, quia ad hoc supremam iurisdictionem pertinet, teste Baldo, in auth. quos actiones, in fine, de sacrosanct. Eccles. Sed bene pōt præscribi ne appelletur ad alium inferiorem, puta ad Bailinum uel Episcopum, quia hoc non pertinet ad superiorem iurisdictionē, sed ad inferiorē, probatur.c.uenientes.10.de iureiur. Fel.ad c.cum non liceat.n.10.de præscriptio. notat expresse Reb.tractatu.de appellat.articulo 1.gloss.2.num.& 10.

In praxi tamen seruatur, ne priuilegium tale prosit, si non fuerit confirmatum, ut censuit Senatus Parisiensis anno 1515.die ultima Ianuar. notat Rebuffus tractat. de appellation.art.2.glossa una, numero 16.

Quarto† Si Archiepiscopus litigat cum subdito sub suffraganei Episcopi, corā eodem suffraganeo, non appellabitur ad eundem Archiepiscopū, ne sit in sua causa Iudex, sed ad primatem, propter regulam tituli, ne qs in sua causa iudicet .L.Iulianus, de iud.ff.l.quo iurisdictioni præest.10.de iurisd.omn. iudic.ff.pro quinta exceptione ab appellatione gradatim facienda adiicitur. 9

Si† medius Iudex proximior superior, ad quem appellandum esset, iudicare nō possit, tunc olim ad ad maiorem omisso medio appellari posse dicunt, ut si medium submotus sit, uel sit hæreticus, uel 10

excom-

excommunicatus aut suspensus,c.si is cui,de of.de l.in sex.Vel si melius esset in loca pestifero, ubi ius nō redderetur.Bal.ad l.1.§.si quis,de appel.ff.Paria enim censentur,non esse,& inutiliter esse l.fi. & ibi glossa.ad l.Fabiam de plagiar.C.

Nec præstat impedimentum, quod de iure non sortitur,effectum c.non præstant,de reg.iur.in sex. cū similibus ibi nota.Idē si Iudex medius esset mortuus,aut aliter inhabilis,Soc.in reg.23.d.c.si is cui.

11 Pari modo,†Si superior proximus Archiepiscopus puta,noluerit interpositā à sede episcopali admittere appellationem,appellatur ad Synodū metropolitanam,c.si metropolitanus 6.q.4.Vel ad Patriarcham proxime sequentem. Idem si medius superior palam & apertè ius negaret postulāti aut si propter in capacitatem uel aliter, nō posset iudicare, tūc eo posthabito liceret appellare medii ipsius iudicis superiorem,ut ait Pano. ad dictū c. dilecti, de appel. Veluti si superior Iudex causæ, cōuictus & cōfessus notoriè esset de crimine.Et ita iudicatū fuisse etiam in Camera imperiali, Spirensi senatui Nemetū,mense Ianuario,1551.& sexto Calend.Iunii 1554. refert Minsyngerus, centuria prima obseru.67.

Sic & à suo Iudice,quia nō potest habere iustitiæ complemētum,appellari potest ad superiorem immediatum, siue sit in clericis siue Laicis, in §.1.de friuol.appel.& ibi Reb.in concordat.

Quod si immediatus superior nō posset haberi, & impedimētum sit modico tempore duraturum, expectandus est,argumento l.si longius,de iud.ff. alias poterit ꝓsequi corā superiore impediti l.pen. de uaca.

de vaca.munerú.ff.Bar.in l.1.§.si quis col.fi. de ap.

Septima exceptio,†quando Iudex ordinarius re- 12 cusatus,omnẽ causam delegarit,à delegato non appellatur ad Iudicem delegantem,sed ad eius superiorẽ immediatum,quia cum is recusatus, non debet facere medium,c.placuit 2.q.6.gl.in d.cap.si is cui,de offic.deleg.in sex.

Idem si delegatus totam causam subdelegauit, ad eum non appellatur,c.super quæstionem §.porro.de offic.deleg.L.1.§.ab eo,quis & a quo appe.ff.

Pariter quando concurrunt iurisdictiones, delegata & sub delegata,tunc ad delegãtem nõ ad sub delegantem appellatur,d.c.super quæstionem. §.si verò c.si duo,de offic.deleg.in sex.

Octauò,†propter inconuenientiam & vnitatem 13 fori non appellatur ab officiali.Episcopi ap Episcopum,sed ad superiorem alium Archiepiscopum,c. 2.de consuetud.in sex. vt in prima illatione dictũ, ꝙ de alijs iurisdictionibus similib. intelligi par est.

9.Si†appellatur omisso medio,nec coram supe- 14 riore ad quem appellatum est,non proponatur hęc exceptio omissi medii,ultra ea q̃ antè diximus nu. 1.huius capitis,ualẽt acta coram eodem c. dilecti, & ibi interpretes.de app.quod & docuimus constitutionibus Caroli.5.& 7.expressum,& remissionem fieri debere per curiam supremam,ad quã appellatum est,ad omissum medium inferiorem , si petitũ sit à litigantibus.Nam & ex cõsensu potest litigari coram Iudice non suo.l.1.& 2.de iud.ff.Nec officiũ iudicis datr nisi petẽtibus.L.dias cautioni 4. §. hoc aũt iudiciũ de dãno infecto. ff.l.fi.C. de fideicom. libert.L.1.§.si Magistratus,de Mag.conuen i.ff.

Poteſt tamen in Gallia ſenatus ad quem omiſſo medio appellatũ eſt, ex cauſa retinere negotiũ ad ipſum per appellationem deuolutum, ut dicitur in conſtitutione Caroli.7.art.9.de appellatione.

15 Pro decima exceptione† tradũt ſcholaſticos à cõſeruatore poſſe ad curiam ſupremã omiſſo medio appellare, uel ad papam, uel ad Regem. Sic enim eis obtulit Imperator in cõſtit.habita.ne filius pro part. C.Rebuffus in priuilegio ſcholaſticorum.164.

16 11.Idipſum †obtinere in miſerabilibus perſonis tradit I.Bar.tract.de Gabellis.par.7.q.27.Rebuffus tractatu de ſententiis prouiſionalibus art.vlt..gl.ff. n.32.ubi tractat quę ſint iſtæ miſerabiles perſonæ. poteſt enim adiri Princeps immediatè à talibus perſonis l.vnica quando Imperator inter pupillos & uiduas C.Bertach.tract.de Gabel.in 7.par.q.27.

17 12.Facit† etiam exemptio iudicum & prælatorum, ut amiſſo ordinario medio appelletur ad ſummum Pontificem uel Principem, quibus propter exemptionẽ ab ordinariis immediatè ſubiiciunt exempti. Quo caſu à ſede Apoſtolica ad q̃ appellatur, ſolet per reſcriptum cauſa appellationis cõmitti cognoſcẽda ad finẽ vſq; litis incluſiue, in partib. ſeu locis litigantium niſi pp defectum iuſtitię, aut iuſtũ metum, etiam in partibus & cõuicinis (de quibus legitimo docnmẽto prius appareat.) Cauſa ſit, meritò apud ſedem Apoſtolicam retinenda, vt placuit conſilio Baſilienſi, ſicut refert pragmatica ſanctio, titulo de cauſis §.ſi verò quiſpiam. Alioquin, .n.cauſa iure ordinario cõmittenda eſt examinãda per ſummum Pontificem.ad quem appellatum eſt, neq; ſolet examinari in curia Romana ſed fit com-

miſſio

missio iuxta formam c.statutum de rescript.in sex. vt delegeť cōstituto in dignitate,aut canonico Ecclesiæ cathedralis & iuxta c.qua fronte,de appellationib.& c.9.literas,de in integrū restitutione. Ita Philipp.Frāc.ad c.sæpe.col.9.uersu quærit. & ad c. Nicolaus de app.tradit,ꝓuinciales causas à quibus ad sūmum Pōtificē ꝓuocatio facta est, regulariter ad curiam Romanam non deuolui, sed illas in prouincijs committēdas esse,quia onerosum nimis ac durum uideatur,quempiam reuocari à propriis laribus,& longius multis laboribus & sumptibus trahi,ut etiam Rota tradit dec.38.fuit dubitatum. in additionib.& dec.385.si appelletur.in fine nouis.

Sed & †maiores causæ 13. reseruandæ sunt sedi Apostolicæ,& referendæ per appellationem ca. ut debitus honor.59.in fine,de app.c.maiores,de Baptis.c.quamuis.de electio. 8

Quæ porrò sint istæ causæ maiores reseruatæ,traditur in c.quod translationem.de offi.leg.ubi glossa,ad uerba reseruata huic sedi,& in c. quoties 17. dist.Rota dec.33.fuit dubitatum,in nouis, de app.

Dicuntur præsertim istæ maiores,ubi de fide & eius accessionibus fit controuersia, item ubi esset causa de electione,postulatione,prouisione,dignitatis,personatus officio,canonicatu.prabēda, uel alia beneficialis causa,de decimis,de matrimonio, usuris,vel aliàs spiritualis, ꝙ in ea periculū animæ uersaretur.Et hę causæ per appellationē legitimam ad Romanā curiam deuolui solent,seruata forma, ut dixi,c.1.de electi.in sex.& cler.cām.eo.ti. nēpe ꝙ emittať appellationi præsentia appellati, uel absente facta intimeť ꝓcuratori eius,uel ad domū,&

si domus lōgè distat, in Ecclesia Cathedrali & diœcesi sub qua beneficium litigiosum est, secundum Cassia. in dec. 1. de appella. Vel si propter appellati potentiam non possit tutò fieri intimatio, tunc in loco aliquo publico, ubi multitudo conuenerit populi, solenniter more edicti publici fiat intimatio, fiatq; ibi lectio appellationis & affixio, ita vt verisimiliter ad notitiam appellati peruenire possit. Cle. 1. de iud. Rota dec. 8. de dolo & contum. in nouis. Octauianus Vvestrius lib. 3. introductionis in aulæ Romanæ actiones. c. 6. nu. 3. & 4. ita appellatio intimata deuoluit cām ac se cū negotiū ipsū principale, ad Romanam curiam. d. Cle. causam Rota decis. 139. incip. in cā beneficiali de app. in nouis, ētsi sit mala & minimè iusta appellatio. Rota dec. 704. inc. dic quod citatio, de app. n. 1. in antiq. Poteritque altera pars ad curiam veniens, alia etiam contumare & absente, emissam appellationem in Romana curia, & in ipsa audientia contradictarum prosequi, seruatis tamen temporibus, dicto c. statuimus, de electio. in sex. nēpe ꝙ pars quæ prosequi voluerit, iter accipiat intra mēsē à die intimationis, & postquam peruenerit ad curiam, aliam partē non comparētē expectauerit ꝑ viginti dies, & alia iuxta notata ad d. Cle. causam, & d. c. statuimus, exequatur.

19 Decimoquartò † in Gallia, si appellatur à Iudice delegato ꝑ rescriptū, uel à qualibet executione cōcessa per rescriptū, ad curiā appellādū est senatus, vt cēsuit senatus Parisi. 1531. die 15. Aprilis, & refert, Imbertus. li. 2. institutionū forēsiū §. & qm̄, sed & à subdelegato, à delegato à Rege appellatur ad Regē, vel ad curiā supremā, etiam ad subdelegantem,

tem, ut censuit senatus Parisien. 17. Iulii. 1533.

Item si quis apellet à Iudice mediato, qui cognoscit ratione literarum dictarum, & debitis, uel aliarum, ad senatum appellatur, ut statuit senatus Parisiensis, anno 1522. die 17 Iulii. Rebuffus tract. de appell. ar. 2. gl. vnica, nu. 19.

Decimoquinto. † In ordinatione Cameræ imperialis ponitur casus, tit. 29. Appellatio nulla, inqt Imperator Carol. 4. à nostro imperiali iudicio Cameræ recipiatur, quæ non gradatim facta sit, & proximiorẽ Iudicẽ habeat. Nisi proximus inferior Iudex appellanti manifestè iustitiam denegasset, aut causæ coniunctus esset, aliâsue ex legitimis rationibus Iudex esse nõ possit aut uellet. tractat Mynsingerus centuria 3. obseruatio. 55. ubi citat duo iudicia Cameræ, quib. recepta fuit appellatio omisso medio, qa medius esset suspectus litiganti, & cõiũctus esset causæ, vnũ anni 1551. mense Ianuario, in causa Iohannis Loitz. appellante à Iudice coloniæ ad Spiram, omisso medio suspecto, Electoris Brandeburgensis suspecti ad Cameram, contra Iacobũ Kruten. Aliud in causa Vvallstrimii cõtra Pentelin & ducem Cliuensem diei 27. Maii. ann. 1554.

16. In † Gallia appellatur ad curiam supremam omisso medio, tanquam ab abusu, ut dictum per arrestum Parisiis. 15. Aprilis 1534.

Dicemus suo loco de hac appell. tanq̃ ab abusu.

In criminalibus quoque in quibus agitur de pœna corporali, fit appellatio ad superiorem omisso medio ex constitutione regia 1534.

A præposito Parisiẽsi, senescallis regijs, sine medio solet ad curias supremas prouocari; colligit ex

ordinatione Iohannis 1.regis Franc.anni 1364.tam quam olim à præsidibus prouinciarum.

CAP. IIII.

De Appellatione à Iudice seculari ad Ecclesiasticum Iudicem, num recipiatur & quando.

SVMMARIA.

1 *Appellandum an Iudice seculari ad secularem proximum.*
2 *In quibusdam tamen à temporali ad Ecclesiasticũ, cui subiicitur secularis; appellatur.*
3 *Vt, ratione Feudi.*
4 *Hodie tamen in Gallia appellatur ad secularẽ, sicut nec à Iudice Ecclesiastico appellatur ad secularẽ.*
5 *Quia potestates sunt distinctæ.*
6 *Quare in Episcopatibus qui habent comitatus & principatus, inspicimus an habeat in feudo superiorem uel non.*

QVIA anteà dictũ est appellationẽ fieri debere ad superiorem proximũ eiusdẽ potestatis, aut secularis aut Ecclesiasticæ, nunc constituemus regulam latius examinandam. 1 †Appellationẽ faciendam esse à Iudice seculari ad secularẽ superiorẽ, nõ ad ecclesiasticum, quando agitur de temporalibus. Pan.ad c.licet 10.n.9.de foro cõpet. ubi licet, inquit, Iudice ordinario negligente, possit miserabilis persona adire Iudicẽ Ecclesiasticum, non põt tamen appellari de iudice seculari ad Ecclesiasticũ, sed ad proximum superiorem, quia gradatim appellatio est facienda c. anteriorum, 2.q.6.

Rursum

Rursum Panorm. ad c. cum Iohannes Eremita de fide instr. & ad ca. 1. de probatio, laicus, inquit, nô potest regulariter appellare ad Pap. nisi quãdo Iudex à quo appellat non recognoscere superiorẽ in tẽporalibus. Et utrobiq; Panor. & ad c. nouit, de iud. tradit summũ Pontificem habere quidẽ potestatem in temporalia, habitu, sed in executione, ratione suæ generalis potestatis spiritualis, de qua Bonifacius in c. unã sanctã de maior. & obed. in extra cõm. & in c. nouit. 13. in princ. de iud. Nõ putet, inquit, sum. põtif. aliquis, qđ iurisd. illustris Reg. Frã. pturbare aut imminuere intẽdamus, & Greg. 9. in c. 2. de priu. li. 5. ti. 33. sicut in iudiciis laicorũ turbare priuilegia nolumus, ita eis piudicãtib. nobis, uolumus moderata authoritate resistere. uiolẽtos laicos coarcere non contra legẽ est agere, sed legi facere subsidium. Et Ale. 3. in c. cãm. quæ inter. R. S. qui filii sint legitimi li. 4. ti. 18. Nos attendentes ꝙ ad regem pertinet non ad Eccl. de talib. possessionib. iudicare, nẽpe hæreditaris, ne uideamur iuri regis Anglorum detrahere, qui ipsarum iudicium asserit ad se pertinere: fraternitati uestræ mandamus, quatenus regi possessionum iudicium relinquentes, de causa principali uidelicet, utrũ mater prædictaR. de legitimo si matrimonio nata, plenius cognoscatis, & cãm huiusmodi (matrimonii inquam) terminetis. idem in c. latet. 5. eo. tit.

Quare, & subordinati in potestate spirituali, nõ debent se immiscere iurisdictioni tẽporali, cũ eos oporteat cõuenire, nec dissidere tãquã mẽbra cũ capite, c. nosse uolumus. 23. & seq. celeritatẽ de cõsec. dis. 3. c. nolite. 11. dis. c. cũ nõ liceat, de præscr.

De hinc certum est clericos secularibus negotiis se numiscere non debere, rit.ne.cler.vel mona. Pos sunt tamen de temporalibus se numiscere, in quantum ad pietatē & causam pauperum, & peregrinorū ptinet, ut in l.1.C.de l pisc.audi.c.1.de emptio lib.3.titu.13.sed non ratione iurisdict. temporalis.

Tertio facit expressè C.si duobus 9.§.1.de appe. cuius uerba. Deniq; ꝙ quæris, inquit Ale.3. si à ciuili Iudice ante iudiciū vel post, ad nrām audientiā fuerit appellatū, an huiusmodi appellatio teneat? tenet quidem in his q sunt nrę iurisd. subiecti, in alijs uerò, etsi de cōsuetudine Ecclesiæ teneat, secundum iuris rigorem credimus non tenere.

2 Potest † tamen in quibusdam valere appellatio à Iudice temporali ad Ecclesiasticum.

1. Si ille Iudex Ecclesiasticus, puta, Episc. Archiepisc. Papa, habeant tēporalia, & iurisdictionē temporalē puta, comitatū, ducatū vel principatum, aut feudatarios Ecc. suæ, uel sibi ratione proprij beneficij uel patrimonij aliùnde uel acqsitione subditos.

Ita in c.si duobus.9.§.fi.de appellat. Valet appellatio ad Papam, à iudicibus secularibus iurisdictioni eius temporali subiectis. Et in c.venientes, ad sedem.19.de iureiu. appellationes ueniunt ad Papam sine ullo impedimento, etiam non obstante contrario iuramento, à consulibus & populo Tridentino, qui erat iurisdictionis temporalis summi Pontif. & ibi gl. ad verbum interposita, ista ciuitas, inquit, Tudertina subest domino Papæ, quo ad iurisd. temporalem, & ideo tenent appellationes ad Papam factæ, alias non c.si duobus de appellatio.

Ita in c.verum.7.de foro compet. quando feudum tempo-

temporale est de proprietate Ecclesiæ, cognitio controuersiæ illius est Episcopi, quod si non sit de eius proprietate relinquitur Imperatori, idem in c. extransmissa nobis, circa finem eo.ti.

Sic† Panor. ad c. licet ex suscepto nu. 15. de foro comp. ait, quod in illo ca. de iure etiam poterat appellari à Iudice laico, ad Episcopum Vercellẽsem, quod Episcopus esset dominus ciuitatis, quam tenebat in feudũ ab Imperat. & addit, sic distingue, qđ aut ad Episcopũ appellet rõne feudi secularis, & puto ꝙ non poterat appellari ad Papã; nec omisso medio nec gradatim, sed appellari ad dñm feudi mediatũ, c. ex transmissa, de foro comp. & quod ibi notat. & in c. cæterum, de iud. aut rõne superioritatis, ꝙ sibi purè fuit collata ciuitas in tẽporalib. & poterit appellari ad Papã, ẽt omisso medio; quia idem in illa iurisdictione, quod in alia Ecclesiastica arg. c. Rom. §. debet, de appel. in 6. & in c. dilectus, de præbend. & c. unic. de iure patro. in 6 aut rõne consuetudinis tm̃, & tunc puto, quod de Episcopo bene poterit appellari ad Papam, quia regulariter est appellãdum ad superiorem iudicis tribunalis, c. si duobus, de appel. Sed Episc. omisso, puto, quod non pôssit appellari ad Papa ratione suprascripta.

Est & adhuc textus expressus in c. Rom. 3. §. debet. de appel. in 6. cuius uerba; Debet autem ad eos scilicet Archiepiscopos & Episcopos præfatæ prouinciæ, super causis in quibus temporale causam exercent, nisi forte de consuetudine aut priuilegio siue iure alio sit appellandum ad alium appellari.

Habent quippe prælati Ecclesiarum etiam iurisdictionem temporalem annexam, quã, cum per se

non

non possunt exercere,aliis exercedã delegare pos sunt,metu irregularitatis cessante c.n.ne cleri.uel Mona.secul.negot.se immisceant.in 6.

Et Speculator in li.2.part.3.ti.de appellationib. §.4.nunc tractemus,nume.12.Illud, hodie, inquid,certũ est,quod si appelletur id temporalibus ab Episcopo,appellatur ad Archiepiscopũ, & non ad regẽ uel comitẽ,à quo illa tenentur,ut extra de appellat.c.Romana.§.debet autẽ,de foro cõpet.c. Licet,ibi ad nostrã,&c.& de delic.puer.c.2.ubi de hoc.Nisi aliud obtineat de antiqua, & præscripta cõsuetudine,ut ibi.& c.fi.de cõsuetud.in 6.uel de aliquo iure speciali, sicut de iure feudali, ut extra de maio.& obed.c.solitę,ubi de hoc,& gl.ad uerb. suscipiunt,& de foro cõpet.ex trãsmissa & c.uerũ.

4 Sed†in regno Franciæ non audiuntur hodie prælati prædicta iura allegãtes.Hactenus ille Dixit,& Bar.ad l.1.si quis in appellatione,de appellat. nec à Iudice temporali Episcopi,ad Iudicem Ecclesiasticum appellari posse.Sic etiã,& Maiuerius tradit titu.de appellatio.§.22.in praxi.item,inquit,à Iudice Ecclesiastico non est appellandum ad Iudicẽ secularem,nec è cõtra nec etiam appellandũ est à Iudice tẽporali domini Episcopi, ad Iudicẽ ecclesiasticum,ut notat Bart.ad l.1.§.si quis in appellatione.de appell.ff.& c.solitæ de maiori. & obed. Cõtra facit.c.Romana.§.debet autẽ, de appe.in 6. Sed non seruatur, inquit.

5 Quia†istæ potestates distinctæ sunt omnino,& iurisdictiones tẽporales,& ecclesiasticæ,neq; in una gestum,in alia habet auctoritatẽ rei iudicatę c. at si clerici,de iudic.imperium 10.dist.

Tamen

Tamen †Bart.ad d.§.si quis in appellatione nu. 14.d.l.1.de appell.proponit quęstionem, pone, inquit, ꝙ aliqs Episcopus uel alius clericus nō agnoscit superiorē ut Episcopus, sed ut comes alicuius comitatus, & vt textus in c.Romana,§.debet autē de appell.in 6. quod superiorem Iudicem ecclesiasticū, quod tangit Innocent. ad c.sol tæ, de maior. & obedient.& Speculator tit.de appell.§. nunc tractemus uersi.penultim.Veritas tamen est, quod si illa dignitas comitatus est incorporata in patrimonium Ecclesiæ liberæ, nec pro illa dignitate recognoscit dominum temporalē, quod appellatur ad forum ecclesiasticū d.c.Romano, si uerò recognoscit dominū temporalē, ut quia haberet in feudū, tunc ad aliū appellaretur, quia & homagiū pro tēporalib. à præpositis Ecclesiæ præstari debet ijs, à quib. pendent temporalia c.1.§.uerbū, de statu regulariū lib.3.in sex.tit.16.Ita si clericus factus Iudex fuisset ciuitatis, appellaret ab eo ad superiorē illius ciuitatis. Quia in illis exēplis non iudicat Episcopus ut Episc. sed ut rector talis ciuitatis. Quanquā etiā Episcopus in annexo comitatu episcopatui si aliquid agat debeat sigillare vt Episcopus, ut dicunt Dd. ad c.inter dilectos, de fide instrumen.

Quemadmodum ēt si rex iudicet in aliquo comitatu, quem ab alio recognoscit tanquā comes, appellatur ad superiorem ipsius in quantum comes, non ad superiorem in quantum rex, Bar.ad d.§.si quis in appell.nu.15.& citat l. si quando, C. de appell.& in additio Roman.consi.422.

Sic intelligendū quod scribit Pano.quæst.6.quod quando Episcopus iudicat ratione feudi secularis,

appella-

appellatur non ad Archiepiscopum,sed ad Dominum feudi, licet secularem , & ita tenet Innocent. & communiter Dd.ad c.cæterũ, de iud. Et postea latius capite vel regula in sequenti.

CAP V.

De appellatione à Iudice Ecclesiastico ad secularem.

SVMMARIA.

1 *A Iudice Ecclesiastico non appellatur ad secularem regulariter.*

2 *Excipiuntur casus, in quibus secularis Iudex de reb. & personis cognoscere potest Ecclesiasticis, quorum aliqui recensentur.*

3 *A delegato tamen Ecclesiastico per Principem ad eundem Principem appellatur.*

4 *Et si appelletur ab Episcopo tanquam comite appellatur ad Principem vel eius curiam.*

5 *Tempore Iustiniani appellationes ab Episcopo ad iudicem ciuilem receptæ,quod postea abrogatum.*

1 QVemadmodũ † admonuimus à Iudice seculari regularitur nõ posse appellari ad Ecclesiasticũ;sic cõtra à Iudice Ecclesiastico non põt appellari ad secularem , quia sunt in diuerso genere, & non subordinantur potestates,quod pertinet ad temporalia,ut etiam notat Innocen.ad c. si duob. de appellat.

Nam primum de personis Ecclesiasticis , laici non cognoscunt,& si cognoscant,perinde est,ac si non cognouissent c.at si clerici,de iudic. 2

Minus agnoſcere poſſunt ſeculares de ſpirituali bus rebus c.2.c.cum non ab homine 10. de iud.c. 1.& 2.de foro compet.

2 Exceptis†quibuſdam caſibus in quibus poteſt Iu dex ſecularis cognoſcere de pſonis & rebus Eccle ſiaſticis,quorum aliquos notat Speculator li.2.par. 1.rub.de competent.iud.aditione.§.1. n. 2.gl.ad c. principes 20.ad verb. prĩcipes 23.q.5.affert 20.ca ſus.Chaſſaneus in comment.ad conſuet. Burgund. tit.*des iuſtices* §. 5.ad verba,*s'il n'a grace* à nume.48. uſq; ad n.93.& à n.192.uſq; ad n.204.Plures etiam afferuntur caſus deciſi.per arreſta parlamentorum Franciæ per Iohannem Paponum li.1.Rhapſ. arreſto.tit.5.*de la iuriſd. temporele ſur perſonnes & choſes Eccleſiaſtiques*, & titu.6.*des caſes quels en de roge au priuilege clerical.*

Vt ſi clericus conueniat coram laico laicum,quia actor ſequitur forum rei c.cum ſit generale, & c. ſi quis cler.de foro compet.c.15.experientię 11.q.1.

Si incorrigibilis clericus, relinquatur depoſitus vel exauctoratus & de gradu deiectus brachio ſecu lari,ut in c.cum non ab homine 10.de iud.cap.noui mus,de uerb.ſignific.c.ad falſariorum,de falſis.ca. excommunicamus,c.ad abolendam §.1.de hæretico.c.ſi quis ſacerdotum 11.q.1.c.eos qui 32.diſt.ca. de liguribus.23.q.5.de degradationis ſolennitate. in c.degradatio,de pœn.in ſex.concilium Trident. ſeſſ.13.c.4.c.1.de hæretic.in ſex.

Si tributũ petatur ab Eccleſia,c.cõueniet.23.q.8.

Si quid Eccleſia uel eius prælatus ex bonis cõceſ ſis à patronis defraudet alienando vel dilapidãdo, patronus poteſt conqueri apud Epiſcopum , & ſi Epiſco-

Episcopus contemnat subuenire apud Archiepisco pum: si autem metropolitanus talia gerat, regijs au ribus intimare nō debet differre, c. filiis. 31. 16. q. 7. ex consil. Toleta. 9. c. 1. nempe ut eos corrigat, cum per ecclesiasticum iudicem cogi non possint.

Inuocatur & auctoritas & potestas secularis aduersus & ecclesticas personas, quæ sententiis prælatorum nolunt satisfacere uel obtemperare, in cōsil. Carthag. 3. c. 38. & in Africano c. 15. in cap. petimus 19. 11. quæst. 1. c. nec licuit 4. in fine. 17. dist.

3 Potest† & debet etiam appellari ab Episcopo de legato à principe, pro cognitione causæ ad ipsum principem, non ad papam, Bald. ad auth. si quis litigantium C. de Episc. audien. Vidēdus Geminia. ad c. Romana §. debet. de app. in 6. n. 312. facit c. in Archiepiscopatu, de raptor.

4 Si† appellatur ab Episcopo tanquā à comite, non appellatur ad pontificem, sed ad superiorē comitatus, paul. Castr. ad l. si qñ, de appe. n. 2. Gail. lib. 1. de pace pub. c. 8. n. 9. Quia & de iure communi priuilegium fori clericis concessum, non habet locum in bonis feudalibus. quia coram Iudice laico, seu paribus curiæ vel domino conueniuntur. c. ex transmissa, & c. uerum, de foro cōp. c. cæterum, de iudicijs.

Et communis sententia est, ecclesiasticos ratione regalium & feudorum temporalium obedientiam secularibus, à quibus talia regalia & feudalia recognoscūt, pstare debere: forumq; seculare sortiri. c. si Episcopus, ibi, perceptionē regia, & ibi gloss. 18. dist. c. cum parati, & ibi gl. in uerb. in legatione, & ibi panorm. n. 8. de appel. textus in. c. nimis, de iur. iuran. Guid. Pap. consil. 72. nu. 5. incipien. principa

lia

lia dubi.Hieron. Schurff.conf.72.n.2.incip.pro cla riori.facit gl. ad c.solitę,ad uer.suscipiunt, de maior & obedien.Car.ad c.Rom.§. debet,de appellationib.in 6.

Obseruādū tamen est Iustiniani Cæsaris tempore,appellationes ab Episcopis receptas esse ad Iudicem ciuilē uel temporalem locorum,ut liquet ex c.21.sen.§.si quis cōtra aliquē clericum, nouellæ.123.tit.de sanctissimis Episcopis, unde sumpta est auth.si quis litigantium,de Episco.audient. In quibus cautum est. ut si quis aliquem clericū aut Monachum,aut alias personas ecclesiasticas corā Iudice ecclesiastico & Episcopo conueniat, & sententiam excipiat,à qua intra decem dies possit ad ciuilem Iudicem appellare, qui sñiam examinet, quam si probauerit,non liceat iterum appellare,si uero contrariam protulerit, liceat ordinario iure institu re & persequi appellationem. 5

Quia eo tempore poterat etiam clericus cōsentire in Iudicem secularem & renunciare proprio ecclesiastico,per l.pen.C.de pact.l. si quis in conscribendo,l.cum clericos 25.l. omnes, qui 33. de Episcop.& cleric.C.

Quod postea emendatum,& prohibitū,ne alibi conuenirentur,quam coram Iudice proprio ecclesiastico,statuimus,De Episcop.& cler.cap. si diligenti, capit.significasti, 18. de for.compet.li.2. titu.2.

CAP. VI.

De appellationibus tanquam ab abusu curiarum & personarum Ecclesiasticarum.

SVMMARIA

1 *In Gallia a tribunali Ecclesiastico appellari potest ad curiam supremam, tanquam a notorio abusu.*
2 *Abusus quid?*
3 *Appellatur vero tanquam ab abusu, si laicus citetur a Iudice Ecclesiast co in realibus & alia materia, de qua non possit cognoscere.*
4 *Si quid fiat per personas Ecclesiasticas contra sacra decreta, concilia, concordata, constitutiones regni.*
5 *Si in possessionem realem mittant benificiarium se op ponente contradictore possessore.*
6 *Si uelint cognoscere de officio æditui.*
7 *Si quis exequatur prouisiones; gratias, dispensationes summi Pontificis contra ius commune.*
8 *Aut contra ius quęsitum tertio.*
9 *Aut contra regulam de uerisimili notitia.*
10 *Aut contra auctoritatem regiam, & priuilegia regni.*
11 *Aut si contra exactorem regum insurgant.*
12 *Si pacem uiolent, ut in Germaniæ Camera imperiali.*
13 *Ratio potestatis istius regiæ contra abusus Ecclesiasticorum, quia & muneri regio conueniat, defende re Ecclesiastica dogmata.*
14 *Item quod per concordata ita iniungatur regi Galliæ a summo Pontifice.*

15 *Cum*

15 *Cũ & Papa possit subiicere laicis in certis clericos.*
16 *Sunt & alia multa expresse priuilegia concessa regi Franciæ per sacra cõcilia & summos pontifices, quibus innixi iuxta illa de personis & causis cognoscunt Ecclesiasticis, quæ non fuerunt reuocata imo nec reuocari posse quidam contendunt.*
17 *Quibus refelluntur obiectiones, ab ignaris priuilegiorum, regibus Franciæ factorum, & in* 18. *&* 19. *&* 20.
21 *Rex Galliæ cognoscens de abusu nel eius curiæ nõ iudicat, sed compellit Eccelesiasticos seruare decreta in iudicando.*
22 *In Germania etiam, quæ pacis sunt seruanda a prælatis erunt.*
23 *Sunt & in Gallia tãtum certi casus, in quibus tantũ curia suprema cognoscit & recipit appellationes ab Ecclesiasticis tanquam a notorio abusu, in aliis minime.*

CAeterum† in Gallia licet apppellare a tribunali Ecclesiastico ad curiã supremam seu parlamentũ, in causa, ut dicunt. notorii abusus iudicis ecclesiastici. Sic tradit Rebuf. to. 3. comment. in constit. regias, trac. de appellationib. tanquã ab abusu vidẽdus de istis appellationib. Aegidius Magister in decisio. tit. *des appellations comme d'abus.* Imber. li. 2. inst. c. 3. & Enchiridio in princ. Papon. li. 19. arrestor. tit. 2. Chopinus lib. 2. de sac. Poloti. 4. 1

Abusus † in malam partem ut plerunq; accipitur pro malo seu non permisso usu, l. plenũ. §. 1. de usu & habitat. ff. c. nõnulli, de rescript. c. in Archiepiscopatu, de raptori. c. ex parte de consuetud. c. lex 2. §. cum ergo 36. quæst. 1. 2

In Gallia abusus iudicis ecclesiastici uel alterius est quando quis palā & notoriè sacrosancti decretis, ordinationibus, priuilegiisq; Galliæ, malæ utitur uel uiolat eadem.

3 1. Si† laicus citetur à Iudice ecclesiastico in realibus uel alia materia, de qua procurator & aduocati regii dicunt, ecclesiasticum non posse cognoscere. Tunc enim praxis est, ut impetrentur literæ à Iudice regio, per quas inhibet̄ sub magnis pœnis iudici ecclesiastico, ne cognoscat: & parti etiam præcipitur, ne prosequatur eam causam cora Iudice ecclesiastico, sub pœna in litteris comprehensa, demum citatur pars per easdem literas corā laico Iudice, ad certam diē, ad audiēdum ampliores fieri sibi inhibitiones Reb. in d.trac.de appel.tanquam ab abusu, arti.1.gloss. 1.num. 7.& tract. de citatio.

Et generaliter si quid fiat à prælatis in præiudiciū iurisdictionis regiæ uel laicorum, uel e contra ordinationes regias uel senatusconsulta. Licere enim sibi Princeps putat & eius iudices iurisdictionem suam etiam iudicio pœnali defendere.l. 1. si quis ius dicenti non obtēp. Guillel.Bened. in rep. c.Raynutius, ad uer.si absque 2. de fideicom. substitutio.n.47.de testam.

Et ita Iudex secularis clericis inhibet, ut in l.cōsulta ducalia. 23. C.de test.quo loci ꝓhibet Imperator clericis, ne se de insinuatione testamentorū & cōtractuū immisceāt, duplici rōne. 1.quia absurdū est, si ꝓmiscuis actibus rerū turbent̄ officia, & alii creditū alius subtrahat; ꝙ & dictū ī l. nemo de assessori.C.l.quisq;s, §.fi.de post. Altera, quod hoc maxime oprobriū est clericis, si peritos se uelint

discepta-

disceptationum esse forensium, d.l.consulta. & l.re petita, C.de Episc.& cler.facit, c.1.ne cleric.uel mo nach.secul.negot.se immisc.

Secundò † per appellationem ab abusu reformantur in Gallia per curias supremas, q̃ fiunt à p̃sonis ecclesiasticis cõtra sancta decreta summoru põtifi cum, & cõcordata Gallicana inter regem Frãcíscũ 1.& sũmum Pontificem Leonẽ 10.facta, vel cõtra sacra concilia recepta, potissimum cõtra concilium Basiliense, in quo receptum est, veluti si quis uelit omisso medio ad Papã appellare, vel Iudex à Papa delegatus velit in prima instãtia cognoscere cõtra id quod placuit, in tit.de friuol.appe.in concordat. Guill. Bened.in repet.c.Raynutius, ad verb.& uxo rem 427.de testam.vel si q̃s velit contra tit. de cau sis in concordat.regnicolã extra regnũ uel suã diœ cesim per rescriptum sum.pontif.trahere. Aufrer. in stylo parla.arresto.259.& 269. 4

Ita recepta fuit appellatio canonici ab statuto fa cta à capilulo contra sancta decreta ad curiam Pari siensem. Hęc si cognoscat in causa appellationis ma teriam esse spiritualem, remittit causam ad Iudicẽ ecclesiasticum, notat arrestum Papæ li.19.Rhapso. Arrestor.ti.2. arrest.2.& iterum arrest.10.eius titu li refert receptã fuisse à curia suprema appellatio- nem ab inquisitore hęreticæ prauitatis, quod regni colam citasset, ut extra suam diœcesim, coram illo compareret. Eò quod hæc formula est contra decre ta pontificũ, iudicatum Paris. anno 1551.die 8.Iunii.

Refert † & Papus arrest.13.eo.tit.executorem bul læ prouisionis beneficij in ea delegatum posse qui dẽ prouisum mittere in possessionẽ realẽ beneficii, 5

si nullum inueniat cõtradictorē, sed si inueniat aliquem, qui se dicat possessorem, nõ debere progredi admissionem realem in possessionũ, sed tantummodo debere eum in possessionē verbaliter, aliter abuteretur & reciperetur appellatio tãquam ab abusu interiecta ab eo fuisset per realem aliam possessionem à sua deiectus, vt fuit iudicatum Parisiis 19. Februarij 1529.

Cuius ratio, quia hoc est contra decreta Pontificum, quibus non debet quis mitti in possessionem realem, etiam si iustum titulum habet alio realiter possidente, nisi prius iudicetur, c. licet Episcopus, 28. de præbend. in sex. li. 3. ti. 4.

6 Fuisse† etiam, idem Papus eo. li. art. 14. iudicatũ in eadem curia Parisiens. 2. decemb. 1539. refert, q Episcopus non potest sine abusu se intromittere de creatione iuramento, & officio æditui, vocamus *marguillier & luminier*, Ecclesiæ parochialis, eo q id pertineat ad parochianos, & Iudicem laicum: aliter appellari rectè tanquam ab abusu.

7 Tradit† etiam in arresto 3. dicti tituli Papus, quod quamuis ex resolutione Canonistarũ summus Pontifex habeat dispositionē liberã beneficiorũ, ut de illis secũdm vel cõtra ius facere possit, vt ait Fel. ad c. ad audiētiã n. 2. de rescrip, Decius cõsil. 141. & per tex. c. 2. de pręb. in 6. c. ꝓposuit, de cõcessio. pbẽd.

Tamen hoc nõ est receptũ in Frcãiá, ubi per curias supremas, ꝓuisiones, homologationes, dispensationes & aliæ gratię contra ius cõcessæ annulãtur & reducuntur ad ius commune per uiam appellationis, tanquam abusu. Quia sæpè tales gratiæ emanarunt á sede sine discussione, & obtinentur vel p obre-

obreptionem, uel per importunitatẽ vel subreptionem, quæ non acciderent, si cã cognita concederẽtur, per c. nisi essent viri prouidi, de præbend.

Curant enim & inuigilant curiæ supremæ, ne, quantum assequi possint, ius commune lædatur.

Exemplum. Si papa uellet facere beneficium hereditariũ cum consensu eorum quorum interest.

Si vellet concedere pensionem super beneficio electiuo, siue consensu regis, qui est patronus.

Si vellet comprobare constitutionem pensionis inter duos compermutãtes, aut per vnum, quæ excederet tertiam partem fructuum, in præiudicium successorum.

Si uellet concedere renuncianti reseruationem aut regressum.

Aut dissimulare pactum simoniacum.

Aut alia à iure exorbitantia concedere.

In quibus dẽt appellari tanquã ab abusu. Nempe ad magnum consiliũ regis, si res respiciat beneficia electiua: aut ad alias curias supremas in aliis. d. arrest. 3. li. 19. arrest. ti. 2. Qđ non fit ad imminutionem potestatis pontificalis, sed in odium subditorum, qui ausi fuerint talia rescripta per obreptionem uel subreptionem, ut præsumitur, impetrare.

Aliud † exemplum, si duob. contulerit summus pontifex idem beneficium, & ita ius quæsitum sit primo, & postea obtineatur à summo Pontifice declaratio, quod intelligat ius secundo acquiri: non habeẽ ratio illius declarationis & non obstante ea iudicari dẽt pro primo: alioquin potest appellari, quia cõtra regulam 16. cancellariæ, de non tollendo iure alteri quæsito, censentur inconsulto ema-

8

nasse tales literæ,& secūdum regulam ita iudicatū in magno consilio Papus li.3.arresto.tit.3.art. 1.

9 Sis † etiam in titulo 4.arrest.1.li.3. scribit,regulam Cancellariæ 24.de verisimili notitia, fuisse in curijs supremis Galliarum registratam & receptā pro lege certa & irreuocabili,vsque adeo,ut cōtra illam dispensationes summi pontificis non admittantur:ut neq; admitteretur abrogatio, quæ ab eo fieri possit,quia quotidie ea seruetur tanquam lex, & non tanquam regula Cancellariæ Romanæ, per notata per gl.c.in primis 2.q.2.& gl. ad l. anniuersariæ,de collatio.donat.lib.10.C.

10 Item † tanquam de notario abusu dicunt curiam supremam cognoscere, quando quis uenit contra auctoritatē regiā, ut si in hoc regno comes Palatinus à Papa creatus, legitimet in temporalib. uel creet notarios in eisdē temporalibus.Tunc.n.poterit ab ista legitimatione uel creatione, appellari ut ab abusu,ut ait Guillel.Bened.ad c. Raynutius, ad verb.& vxorem,nu.197.& seq.de testament.Et sic prolatū arrestum contra Iohannem Manardum, qui creauerat notarios in temporalib. & legitimauerat,per quod curia abusiuè processum cēsuit, & ista facta nulla declarauit,inhibuitq; ei,ne amplius in hoc regno potestate ea vteretur, condemnando est ad restituendas pecunias, quas receperat vtque notarij creati & legitimati ab eo deferrāt literas penes curiā,ut refert Aufreroius in stylo parla.arresto 251.Rebuff.tract.de app.tanquā ab abusu ar. 1.gl.1.n.8.Siquidē in hoc uideretur præiudiciū fieri potestati regiæ, q̃ non recognoscit in tēporalib. superiorē Papā. c.p venerabilē,qui filij sint legiti.

Neque

Neque sũmorũ pontificũ intentio eſt, uelle iura regnorum, & leges eorũ, in temporalibus quæ nõ reſiſtunt fidei, uiolare: quia, & ab omnibus ſeruari mãdarũt, in c. de c. 9. cũ trib. ſeq. 10. di. c. no. de iu.

Extat† & ordinatio regis Franciæ ann. 1445. 19. Iunii, iubens ne cognitio exactionis ſubſidiorũ impoſitorum à rege, quę fit per electus, & per æquatores, & eorum commiſſos ſeu ſubdelegatos, uſurpetur à iudicibus regiis uel dominicalibus, ſpiritualibus, uel eccleſiaſticis, & ſi quãdo tentauerint uocare corã conſenatoribus aut iudicibus eccleſiaſticis exactores, apparitores, & quæſtores ſubſidiorũ, tallearum auxiliorũ, & gabellarum, etiam adhibita ſentẽtia excommunicationis, cogãtur ipſemet annullare ꝓceſſus, & cẽſuras eccleſiaſticas reuocare auctoritate generaliũ iudiciũ auxiliorũ, qui ſedent cum ſuprema iuriſc. compellant illos obedire per priuationẽ officiorũ, & captionẽ bonorũ tẽporaliũ 11

Hac† etiam de cauſa in conſtitutionib. ordinationis Cameræ imperialis, & cõſtitutione pacis publicæ Caroli. 5. c. 23. Imperator monet pręlatos, ut eccleſiaſticas perſonas pacis uiolatrices ad requiſitionẽ læſorũ puniant alioquin minatur ſe illis in neceſitatibus præſidiũ ac patrociniũ denegaturũ, & priuat eos omni imperii gratia ac tuitione oĩ. 12

Videtur firmari hæc poteſtas regia circa appellationẽ ab uſu notorio eccleſiaſticorum, primũ ꝙ Princeps ſecularis uideẽ obligatus ad defenſionẽ dignitatũ, & can. ſacroſanctorũ eccleſiaſticorũ, & diſciplinæ eccleſiaſticæ, & iuris põtificii: & iõ manu regia teneaẽ compellere abutentes ea poteſtate, q̃ a ipſis hoc cõcedit ab Eccleſia, ut poſſint agere c. 13

principes 23.q.5.& propriũ regnum,est facere iustitiam,& iudicium,cap.regum.23.q.5.

Neque ideo quod princeps aut eius nomine curia suprema,cognoscant de appellatione ab abusu cognoscere dicunt de causis fori ecclesiastici, sed de abusu.Nã quod pertinet ad causam,si ea sit spirituales,remmittunt tractãdam ad forũ ecclesiasticũ.Pari modo ĩ iure ciuili,& ex permissione Imperatoris Episcopis data potestas erat, ut postquam contẽdentes adiissent Iudicem prouinciæ pro obtinẽda iustitia,& fuerit illis denegata,posset adiri à litigantibus, ut compellerent eum Iudicẽ ad iustitiã,& si læsi ab eo essẽt,reformarẽt,in nouel.86. ut differẽtes iudices audire.&c.c.1. & 4.§.si tamẽ.

14 Sed† & in causis clericorũ,& in abusu cõtra cõcordata.Princeps Galliæ,& eius curiæ,nomine,& mandato eius cognoscunt ex potestate concessa à summo Pontifice Leone 10.ut habetur in tit. finali concordatorum de protectione concordatorum, ibi,maiestati tuæ,& pro tempore existenti Francorum regi,in uirtute sanctę obedientiæ,quod per te uel alium seu alios in dignitate Ecclesiastica constitutos,easdem literas, ac omnia, & singula in eiusdem contenta,quando,& quoties opus foret publicari,& inuiolabiter obseruari faceret,mãdauimus.

15 Neq;†dubitatur,quin Papa possit subiicere clericos unius terrę,ciuitatis,aut dięcesis,iurisdictioni laicorum in aliquo,casu,ut in ca. ubi periculũ,§. præterea de electio.in Cardi.in repeti.c.perpẽdimus,colu.7.uer. oppono ad eandẽ lecturã, de senten.excõmunic.Felinus in c. fi. de maiori & obed.

Sic in c.Prætor.32.dist.Papa cõmmisi causas ali

quorum clericorũ ſimoniacorum ducibus duobus laicis dando eis poteſtatem deponẽdi eos; Et in c. Mennam. 2. q. 5. commiſit cognitionem cauſæ clericorum reginæ Franciæ. Facit c. ſolitæ, de maior. & obed. cap. uerum, de foro compet.

Sicut, & Martinus ſummus Põtifex ad ſuplicationem Caroli. 7. regis cõceſſit proprio diplomate regi Franciæ, & eius regis iudicibus, poteſtatẽ cognoſcẽdi de poſſeſſione beneficiorũ eccleſiaſticorũ inter perſonas eccleſiaſticas, quod tranſcripſit & examinat Guido Papæus, dec. 1. & 552. n. 8. Facit c. 17. clericũ nullus. q. 1. Clericum nullus præſumat apud ſecularem Iudicẽ Epiſcopo non permittente, pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit non reſpõdeat uel proponat, & ibi notat. uerba Epiſcopo nõ pmittẽte, ut cõtra poſſit eo permittẽte, quia & poteſt Põtifex ſeu Papa laico causã delegare, c. illud, 10. q. 3.

Poteſt, & Epiſcopus multo magis, cum Pontifex inuocare brachium ſeculare ſeu publicum auxiliũ non ad præiudicandum, ſed potius ad ea quæ Deo ſunt placita proſequendũ c. 1. de officio ordinat. li. 1. ti. 31. cap quoniam. 14. eo. cap. 2. de maledi. & iudicium ſeculare, cap. princeps. 23, q. 5. c. cum ad uerum. 96. diſt. cap. nec licuit, 17. diſtinct.

Vna poteſtas eccleſiaſtica per aliam iuuatur c. uentum eſt. 1. q. 1. cap. petimus 11. q. 1. c. de liguribus. 23. q. 5. Poteſt ſummus Pontifex ſpiritualia concedere laicis ut ius eligendi cap. nobis fuit. de iura patron. & alia in cap. Mennam, 2. q. 5.

Sunt† alia plura priuilegia cõceſſa à ſacroſanctis conſiliis, & ſummis pontificibus regno Francorum populisq. eius, ob beneficia per illos collata in ſedẽ 16

Apoſto

Apostolicam.Cuius etiam dispositionem commissam habuerunt antiquitus.c.Hadrianus Pap.22.& seq.in Synodo.63.dist.

Et proinde mirandum nō est, si multa cōcedantur regibus,& magistratibus regis circa personas ecclesiasticas,quę aliis regis,& populis prohibita sunt.

Neq; etiam inuenitur cōstitutio pōtificia, quæ priuilegia,& potestatē consuetam huic regno adimat,imo contra expressę confirmatur in c.per uenerabilem,qui filii sint legit.

Et cum Bonifacius 8.uoluisset eam imminuere per decretalem, unam sanctam, de maior. & obed.in extrauagantibus commun.

Ea retractata uel explicata fuit per clementem 5.in cap.meruit.2. de priuileg.5.in extrauag.commun.in qua dictum,regem Francorum, non obstante,illa decretali,firma, & illibata habere iura, quæ ante illam habebat.

Notauit,&Guillel.Bened. ad ca.Raynutius, ad uerb.si absq; liberis.2. de substitu.fideicom.n.42. de testam.non posse Papam priuilegia regni in ordinationib. descripta, & incorporata p regem uel eius iussu reuocare.Sicuti nec imperatorē legem canonizatam,id est,aliquem Papam approbatam & inter canones insertam,nt licet tollatur per Imperatorē postea, tamen adhuc in foro seruetur canonico.ut ait Gerardus de petra sācta,singula.28. Rebuff.in tractat.nominatio.quæ.5.nu.17.facit, & gl.ad l.unicā,ad uerb. anniuersariæ de collatio.donati.li.10.C.ti.28.Nota, inquit,quod hæc lex consuetudine approbata non tollitur rescripto,sic neç

per

per aliam legem, ut notatur secundum quosdam, ex lege 3. quæ sit longa consuetudo.

Ex † quib. sopiuntur obiectiones, quæ ab igno- 17 rantibus iura Gallica & priuilegia regni, solent fieri.

Primum enim dicunt, quod hoc est contra naturalem rationẽ, vt appelletur à clericis ad laicos & ab illis iudicentur, quia appellatio ad maiorem fieri debet, ut diximus, & inferior nõ iudicat superiorem c. cũ inferior, & c. solitę, de maior. & obedien. & naturaliter inferiora seruiunt superioribus non contra. l. 1. §. sicut, & ibi gl. de aqua pluuia arcẽd. ff. Et clerici sunt maioris dignitatis laicis ẽt principibus, c. 1. in fine 17. distinct. c. duo sunt 12. q. 1. c. quis dubitet. 96. distinct. Nec ualet consuetudo, ut inferior habeat iurisdictionem in superiorem, ca. inferior, & ibi præposit. 21. dist.

Secundò † quod ordo humanę politię confundi- 18 tur, si sua cuiq; iurisdictio non seruatur. c. peruenit 11. q. 1. propria cuique iurisdictio seruanda c. nouit, de iudic. & diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Tertiò † quod in casibus non permissis vsurpan- 19 tes iurisdictionem ecclesiasticam, uel eam impedientes excommunicantur. in bella in cœna Domini Romæ lecta. & in c. 2. de foro compet. c. decernimus. 2. c. quanto 3. de iudic.

Sed † hæc verissima sunt; at locum non habẽt in 20 regnio Franciæ ratione priuilegiorũ ex causa concessorum à summis pontificib. & sacrosanctis conciliis. Et diximus in confesso esse, summum pontificem posse disponere de iurisdictione clericorum

de iure

de iure positiuo,super quod est c.proposuit.de cō cess.præbend.

Et quia potuit summus pontifex & consiliũ Lateranense in d.Can.Adrianus & alibi, & voluit priuilegia,regib. & populo Galliæ uel Francorũ supra alios concedere,nō sunt arguendi qui illis utātur. vt l.Gracchus, C. de adulter.neq; iustè prohiberi possint,nisi cã aliqua esset,qua ptiuarētur leg timè quo minus utantur. Et si qui sint,qui propter abusum abutantur concessis, priuilegium quidem in sua persona merentur amittere, c.priuilegium 63. sub. 11.q.3.cum similibus ibi notatis.

Sed quia regibus & populo concessa sunt, & dignitati & causæ;factum indignorum nō debet præiudicare successoribus alijs in dignitate. Vt factũ Vasalli delinquentis adimit quidem ei feudum si delinquat,at non adimit alijs,qui ex cōcessione antiqui feudi in feudo post ipsum vocantur. §.item si clericus,de c.Corradi.lib.3.feud.tit.40.

Priuilegia perpetua esse debent,quando nō sunt psonalia c.1.& 2.25.q.2.c.decet,de reg. iur.in sex. Tum quia fuerunt concessa à summis pontificibus nō subditis in tēporalibus,ut in c.per uenerabilē, qui filij sint legit. & per consequens sunt irrenocabilia,iuxta notata per Innocent.in c.nouit.de iud. Tum quia transierunt in contractum uel quasi per concordata,unde est irreuocabilis & ita expresse respondit Panorm.cons.61.nu.1.vol.2.

Sic & priuilegia seruanda ad vnguē, iuxta tenorem eorum templariis concessa, & locis eorum antequam ea haberent,rescripsit Alex.3.in ca. porro 7.de priuileg.li.5.tit.33.vt excedere ea contra nō

licet,

liset, c. cū & plantare 3. c. recepimus 8. c. pet. eo. ti.
Sed† & Princeps Galliæ agnoscens de appellatio- 21
nibus tāquam ab abusu, nō iudicat; sed manu regia
compellit sacrosancta decreta ab abutentib. custo
diri. Et in auxilium canonū & ecclesiasticę iurisdi-
ctionis sua auctoritate principes seculares leges
cōcedere possūt, c. si in adiutoriū 7. & sequen. quo
niam, 10. dist. Sed neque senatus & parlamenta ex
laicis solum constant; sed etiam ex clericis.

Quæ† etiam pertinent ad pacem publicam, edi-
ctum etiam de ea promulgatum in Germania à Ca- 22
rolo 5. seruanda sunt, & pertinent non tantum ad
personas seculares, sed etiam ad Ecclesiasticas pso
nas, maximè quæ ratione dignitatis regalium &
feudorum imperialium immediate Cæsari & impe
rio subiectæ sunt; ideo & citatio ad Cameram impe
rialem cōtra ecclesiasticas personas de fracta pace
fit, & probato delicto condemnantur, sed non eo
modo quo seculares, id est banni pœna, sed solum-
modò regalibus & priuilegijs imperij sentētia de
claratoria priuantur. Gaillus li. 1. de pace pub. c. 1.
n. 12. alioquin Imperator non habet ob delictum re
gulariter iurisdictionē in psonas ecclesiasticas nisi
rōne regaliū & beneficiorū seculariū. c. nimis, de iu
iur. Et criminis cognitio & pæna corporalis ad fo-
rū ecclesiasticū ptinet. c. at si clerici, c. cū non ab ho
mine, de iud. c. Christianis gratū 12. & seqq. 11. q. 1. 23
Sunt† ergò certi casus, in quibus tanquam ab abu
su uel ordinario iure uel per appellationem, curia
secularis & senatus cognoscit ex prædictis rationi-
bus, in aliis minimè. Quinimò in appellationibus
et interpositis per personas ecclesiasticas tāquam

ab a-

ab abusu,in causis disciplinę & correctionis,aut pu rè personalibus,non connexis realitati,placuit;eas non habere effectum suspensiuum,sed non obstantibus illis iudices ecclesiasticos procedere contra easdem personas ecclesiasticas, ut habetur in constitutione Francisci primi,anni 1539.art.5.

Atque per constitutionem anni 1542.abusus ap pellatio tantum recepta fuit pro conseruatione Ec clesiæ Gallicanæ,sanctorum decretorum, & iurisdi ctionis regiæ.Et Carolus 9.constitutione edita 18. Aprilis anno 1571.statuit,ne appellationes tāquā ab abusu admittantur,in aliis casibus , quam pro comprehensis in regijs constitutionibus, & si fiant non habere effectum suspensiuum, iurisdictionis à quo,sed tantum deuolutiuum. Idem & statutum in ordinationibus comitiorum Blesensium,ab Hen rico 3.anno 1579.art.59.

Et proinde etiam dictæ regiæ cōstitutiones acer rimè vindicant temerè appellantes tanquam ab abuso,etiamsi deserantur nec sustineantur,ord.Fran cis.an.1539.art.6.& 7.Cautumq; ut appellationes tanquam ab abusu, ueniant immediate ad curiam supremam,edicto Francisci 1.anni 1535. c.1.art.30. Item uetitum Cancellariis,sigillare literas appel lationis tanquam ab abusu, priusquam referantur & examinentur,an abusum contineant,edicto Henrici 3.anno 1579.art.59.& anni 1580.artic.1.

CAP.

CAP. VII.

De appellationibus à Iudicibus laico & ecclesiastico, simul iudicantibus.

SVMMARIA

1 *Iudicantibus simul laico & ecclesiastico, Bartolus existimat appellandum ad superiorem, ecclesiasticum.*
2 *Ratio.*
3 *Coniunctio communicat priuilegium.*
4 *Quia ad diuersos gradus causa non appellatur.*
5 *distinctio tamen adhibetur ratione committētis vtrisq; iudicium, & ratione causæ commissæ.*

SEd † quid si Iudex seculari & ecclesiasticus ex aliqua causa simul iudicauerint, ad quē appellabitur? 1

Respondet Bar. ad §. siqs in appel. n. 13. legis 1. de appell. appellari ad Iudicem superiorem ecclesiasticum.

Ratio † quia non potest appellari ad laicum, ubi de ecclesiastica persona agit, quæ etiā uolens non possit se subiicere hodie iudicio seculari. c. si diligēti, de foro comp. quanquam iure ciuili posset. l. si quis in conscribendo C. de Pact. & c. de Episc. & cleric. E. Iudex tamen laicus potest se ecclesiastico subiicere, proxime citatis legibus. 2

Ita † coniunctus non illustris illusti iudici in iudicando, nō mutat ius, quo minus appelletur ad eum, ad quem appellaretur si solus iudicasset illu- 3

strisq;

ſtris,quamuis ſi ſolus iudicaſſet nõ illuſtris, in alio foro tractãda eſſet quæſtio appellationis l.præcipimus 32.§.eodem obſeruanda C.de appell.

Sic magis nobile,& priuilegiatum trahit ad ſe minus nobile, & communicat ſuum priuilegium non priuilegiato ratione cõmunionis.l.ſi communem,quemad.ſeruit.amittant.

4 Appellari†autem pro eadem cauſa ad diuerſos nequit,ne continentia cauſæ diuidat,contra.l. nulli C.de iud.l.2.de quibus rebus ad eund. iud. eat. ff. Hanc Bartholi ſententiam ſequuntur Bar. ipſe, Bal.Salic.ad d.§.eodem obſeru.Alex. in conſ. 12. incip.uiſo proceſſu n.1.& 2.uol.6.Felin.ad c. cum ex officii,de appell.

5 Exiſtimarem†tamen hic animaduertendum ex cuius principis auctoritate iudicẽt iſti coniũctim iudices, an ſummi põtificis,an laici.quia ad eũ appellandũ puto,ut a delagato ad delegantẽ,ut in c. in archiepiſcopat.de raptorib.Sic ſi à curia ſuprema delegẽtur duo cõmiſſarii ſenatores,unus eccleſiaſticus, alius laicus;arbit. ab illis appellãdũ ad curiam, in qua etiam ſedent clerici cum laicis iudices.

Simili modo arbitror inſpiciendam eſſe quæſtionẽ& cauſam,de qua clericus & laicus cognoſcũt quia ſi eã omnino ſit curiæ laicæ,ut ſi feudalis etiã ab Eccleſia pendens.tamen deuoluitur appellatio ad dominũ laicum,a quo feudũ mouetur, cui nec Eccleſia ſola uel eius Iudex præiudicare poteſt in appellatione,ut docuimus ſupra hoc eodem libro c.5.addenda & eã,quæ in ſequẽti dicemus capite.

CAP. VIII.

Ad quem appelletur, a Iudice delegato, uel dato.

SVMMARIA.

1 *Delegatus quis dicatur.*
2 *Subdelegatus quis dicatur.*
3 *Quis possit delegare.*
4 *A quo delegatus possit subdelegare, ut si a Principe.*
5 *Si ab aliis delegatus sit, nam in his ratio est diuersitatis pro subdelegatione.*
6 *Duo consideranda, quæ faciunt potestatem delegandi.*
7 *Delegatus ad uniuersitatem causarum, quare in una illarum possit subdegare.*
8 *A delegato vel Iudice dato appellatur.*
9 *Appellatur a Iudice delegato ad delegantem, à dato ad dantem.*
10 *A subdelegato a delegato ad uniuersitatem causarum non appellatur ad subdelegante, sed ad primum delegantem: alioquin a subdelegato appellatur ad subdelegantem.*
11 *Appellatio commissariorum Cæsaris, qui in duplici sunt specie, ex praxi Cameræ imperialis ad quem fiat.*
12 *A subdelegato ad iudicandas causas suspicionis delegati, appellatur ad primum delegantem.*
13 *A subdelegato in totam causam a delegato summi Pontificis appellatur ad summum Pontificem delegantem primum.*

14 *Appellatio ab executore sententiæ fit ad eum, qui iudicauit, et ibi distinctio.*

1 QVæstio, † ad quem à delegato Iudice appelletur, distinctione eget præcedente. Et ideo obseruandū est, delegatum & subdelegatū à diuersis pendere, diuersam maiorem aut minorē potestatem habētibus. Delegatus à Principe quidā est, alius à Iudice, alius subdelegatus à delegaro.

Delegatus dicitur is, qui ex alterius cōmissione alicuius causæ recipit iudicialē cognitionem c. super quęstionum 27.§.1.& §.eius de officio deleg.& l.1.§.fin.de offic.eius cui mand.est iurisd.ff.

2 Subdelegatus † vero is est, cui à iā delegato causæ delegatæ quidam articulus, uel ipsa causa cōmittitur. Dicitur tamē propriæ, cui cōmittitur aliquis tm̄ articulus, auditor, ut in d.c. super quæstionum, §.verum, & §.quem uero.

3 Delegat † Princeps, delegat & ordinarius Magistratus, cap.super quęstionem.de offic.deleg.c.pastoralis, 11.de offic.ordin.li.1.tit.31.c.dilecti filii. in 1.de appell. Quia de iurisdictione ordinaria est iudicis dandi licentia in causis suæ iurisdictionis. li.1.& l.solet 16.l.more 5.de iurisd.omn.iud.ff.l.in causarum, qui pro sua iurisd.iud.dare dariúe posse li.3.ti.4.C.nisi natura causę uel alia ratio delegationem impediat, ut in l.1.de off.eius cui mand.est iurisd.ff.& in l.nec quicquam, §.ubi decretum, de officio pro cons.

Delegant porro Magistratus quædam propter causarum fori sui multitudinem, uel ob occupationes publicas l.2.de pedan.iud.li.3.C.ti.3.l.more maiorum, de iurisd.omn.iud.ff.cum similibus. So-

lent

lent autem isti sibi reseruare sentẽtiam, reliqua aut pleraq; recuperatoribus, uocant delegatos aut cõmissarios, cõmittere, l. 3. C. de pedaneis iu. nisi forsan cã sit criminalis, quæ quamuis à Principe possit delegari, c. illud 23. q. 4. l. 3. §. itẽ Diuus, de test. ff. tñ delegari nequit à Iudice, ut notat gl. ad d. c. super quæstionum §. ꝙ si delegatus, ad uerb. alij delegare. l. de offi. eius cui mãd. est iuris. ff. Et notat Bar. alios casus, qui delegari non possint à Iudice, in l. 1. q. s & à quo appellet. in ff. Sicuti iure ciuili Iudex appellationis nihil potest delegare, auth. ad hæc de iud. C. iure canonum contra, ut in c. pastoralis. 11. de off. ordin. & d. c. super quæstionum.

Notandum tamen in Gallia propter pragmaticam sanctionem ut tradit gl. ad §. 1. de causis, ad verb. finiant, in pragm. sanct. ex cõsilio recepto Papa nõ põt iudices delegare etiã in partibus in prima instantia, si distent loca ultra quatuor dietas à curia Romana in prima instãtia, quia hoc fieret in præiudicium ordinariorum, coram quibus contendentes conueniendi sunt, per consilium in quo abrogatum est. c. fi. de foro compe. ubi ab omni parte orbis quis cõueniri poterat in curia Romana, neq; etiam omisso medio, nisi in iurisdictionibus exemptis, ab ordinario, & causis maioribus, q̃ sedi Apostolice soli reseruantur, appellari potest ad Papam, d. §. 1. de causis, & §. & ne sub umbra, nisi pp de fectũ iustitiæ & ob metum, ne impediretur in partib. decisio, causa esset in curia Romana retinenda ut ibidem dicitur. & notat Franc. Marc. to. 1. dec. delphin. alium, dec. 243. n. 4.

Delegatus à Principe subdelegare põt, & prin-

cipiū & me lia negocij sibi cōmissi, uel aliquid ex articulis eius d.c. super quæstionum, & c. fina li, de offic. deleg. l. à Iudice 5. c. de iud. lib. 3. C. tit. 1. veluti si ex debilitate uel alia graui causa impeditus sit Iudex à Papa delegatus, potest uices suas idoneis personis committere c. 3. eo. tit. de offi. delegat.

Ita legatus pro regenda ꝓuincia à summo Pōtifice datus, iurisdictionē mādat & sub deleg. c. fin. de offi. leg. li. 1. Et si duobus ēt committatur cā iudicanda à summo pōtifice, quāuis nō apponat in delegatione clausula, vt alter sine alte ꝓcedat in ea, nihilominus alter ex ipsis, suo coniudici uel alteri cuipiā poterit suas uices in eadē cōmittere c. quāuis, seruus 6. eo. tit. vbi excipiuntur causæ quædam.

5 Ab aliis† quā à principe seculari uel ecclesiastico delegati, subdelegare nō possūt, d. l. à Iudice 5. C. de iud. l. fi. de off. eius cui mād. eius iur. li. 1. ff. ti. 21.

Ratio diuersitatis, quia delegatus à principe, Magistratus quodammodo est, & habet apparitores, executores & assessores, exemplo magistratuū, q̄ cæteri delegati non habent, ut colligitur ex §. illud ēt, tit. vt defuncti seu fun. cor. nō iniurient. nouell. 60. ibi, Illud ēt rectè se habere perspeximus, non permittere (sicut Zenonis piæ memoriæ dicit constitutio, & nostra quoq;) consiliarios iudicum ipsos p se causas audire, quæ apud administratores aut datos à nobis iudices, agitantur. Idem in Auth. ad hæc, c. de iudiciis, ibi, delegatus autem omninò p se litem una cum consiliariis examinet. Et dicitur delegatus à principe imaginem principalis disceptationis accipere, in l. eos etiam 16. de tempor. ap.

Alia ratio ex uerbis l. more maiorum. 5. de iurisd.

omni.

omn.iud. ff. More maiorũ ita cõparatum est, ut is demum iurisdictionẽ mandare possit, qui eã suo iure, nõ alieno beneficio haberet. Qui autem mandatã iurisdictionem suscepit, nihil propriũ habet, sed & eius qui mandauit iurisdictione utitur l. solet 16. eo. tit. l. 1. §. qui mandatã, de offi. eius cui mand. est iurisd. vt si prętor. ẽt sit is, qui mandatã iurisdictionẽ exequitur, non tñ pro suo imperio agit, sed eius cuius mandatu ius dicit, quoties partib. eius fungitur, vt respondit Iulianus iuriscons. in l. et si prętor eo. tit. de offi. eius cui mand. est iurisd. Neq; ẽt qui ita mandatã hẽt iurisdictionem, dr̃ habere proprio iure: neq; ẽt eam ei lex defert; sed lex cõfirmat mãdatam. Paul. in l. & quia, de iurisd. omn. iudic.

In quibus † duo considerantur, quæ faciunt potestatem delegandi vel iudicis dandi: Primũ, si qs suo proprio nomine iurisdictionem quam delegat, habeat: Alterum, si lex cõfirmat iurisdictionem eius, quamuis ab alio habeat. Et ita primo modo Magistratus delegãt: Altero & deleg. & legati à Principe subdelegant q̃a lex confirmat eorũ potestatẽ. Item legati proconsulis subdelegant id est, & iudices dant, quia lex ita eis permittit. l. legatus 12. de offi. procõs. li. 1. ff. tit. 16. Legatus, inqt Paulus iurisconf. mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius hẽt, & in l. sæpe audiui Cæsarẽ. 8. de offi. præsid. li. 1. ff. tit. 18. Sæpè audiui, inquit, Cæsarẽ nostrũ dicentẽ hac rescriptione, eum, qui prouinciæ preest, adire pôt, non imponi necessitatem proconsuli vel legato eius, uel præsidi prouinciæ suscipiendæ cognitionis, sed eum æstimare debere & cognoscere, an Iudicem dare debeat. Alioquin primo modo, leg

tus Iudicem dare, nec delegare posset. Nã, ut scribit Pōponius in l. legati, 13. de offi. proconſ. & leg. ff. legati procōſulis nihil propriū habēt, nisi à proconsule eis mandata fuerit iurisdictio. Proinde concessione facta à proconsule, & mandata eius iurisdictione lex illis hanc defert potestatem, ut expreſsè ait Paulus in l. cū prætor 12. §. 1. de iud. li. 5. ff. tit. 1. dū respōdit, Iudicem dare possunt. quibus hoc lege, uel cōstitutione, uel senatuſcōsulto cōceditur. Lege, sicut ꝓcōsuli. Is quoq; cui mādata est iurisdictio, Iudicem dare potest, ut sunt legati procōsulū.

Item ii, quibus id more concessum est, propter uim imperii, sicuti præfectus urbi, cęterique Romæ Magistratus.

Quinque species potestatis iudicandi breuibus verbis exponuntur ab Vlpiano in l. pen. de iud. ff. qui neque iurisdictioni præest, (ecce primā) neq; à Principe potestate aliqua præditus est (ecce secūdā de delegato principis,) neq; ab eo qui ius dādi Iudicem habet, datus est (ecce tertiā) neq; ex compromisso sūptus (ecce quartā de arbitro) neque ex aliqua lege confirmatus est (ecce quintam in delegato à legato proconsulis) Iudex esse non potuit.

Nec est recurrēdum ad specialem casum delegati à legato proconsulis, sicuti dicebat Speculator lib. 1. parti, 1. tit. de Iudice delegat. §. 2. nu. 2.

Hoc dicas, inquit, speciale, quod legatus proconsulis deleget, cum alioquin delegatus ab alio quā à Principe non deleget. Nam ratio aliunde quā à iure speciali, ex his quæ dixi, colligi pōt. Si enim respicias mādatā iurisdictionē à proconsule legatis, legati ꝓcōsulis nihil proprii habebūt; si uerò man-

datam

datã & confirmatam à lege propriam habebũt, & ideo iure cõmendat iudices. Sic propriam iurisdictionẽ legatis suis dare proconsules, dicitur in l. 3. de off. eius cui mãdat. iuris. ff. Vbi Macer iuriscõs. refert uerba Epistolæ Braduæ proconsuli Africæ p Imperatorem Seuerum, & Antoninũ, cũ propriã iurisdictionem, inquiunt, legatis tuis dederis, cõsequens est, ut etiam de suspectis tutoribus, possint cognoscere. Quare Bald. & Iaso. ad d. l. à Iudice, C. de iudic. summi põtificis legatos Cardinales, aiũt, posse iudices dare, cũ habeant in ea prouincia, quã susceperunt administrandam, proconsulum dignitatem, c. 2. de offic. legat. in sex.

Probatur† etiam, ut delegatus à Magistratu ad uniuersitatẽ causarum possit ad aliquã ex his subdelegare, ut in l. 1. §. ab eo, quis, & à quo appellet. ff. Quia delegatus ad uniuersitatem causarũ, ad instar est ordinarii Magistratus, ut ait glo. ad c. cum cãm, ad uerba à principe delegatus, de app. & gl. ut doct. ad l. Pomponius. alias incipit, si uni, de iureiura. ff. in l. & quia, de iurisd. om. iud. ff. declarat Bal. ad l. si ut proponis, in 1. quomodo, & quãdo Iudex. C. & in l. à iudice. C. de iud. Alex. cons. 12. inc. uisso processu, n. 5. uol. 6. Itẽ in d. L. 1. §. ab eo, qs, & à quo app. ff. non cã sed iurisdictio dicit delegata. 7

Solet, & iurisdictio ex integro mãdari, quod fit, quando omnis cognitio negotii mãdatur; ut quando mandant Magistratus, ut aliquem innocentẽ liberent. Sed hoc genus mandati extraordinarium, Vlp. in solent. 6. de offi. procon. ff. Et hoc est, quod ait d. c. super quæstionũ. §. porro, de offic. delegat. Interdum delegatum à Principe tranferre in aliã

eo intelligendū putat Hostiensis §.illo custodiēdo & §.illu ,de iudic.collocat.

Idem quādo tota iurisdictio unius causæ à delegato est subdelegato cōmissa nam non ad subdelegantem,sed ad primum delegantem appellatur,omisso medio delegato,c.super quæstionū.§.porro, & §.si uero,de offi.dele.& l.unica,qui pro sua iurisdict. iud.dare darice poss.li.3.C.ti.4.Item etiam si sum.pōtif. delegauerit tres iudices;& duo ex illis subdelegauerint non in totum etiam(quia si in totū minor est difficultas per d.§. porro) uices suas, ipsiq; subdelegati cum delegato tertio,ī causa processerint delegāta; si appellatur ab ipsis,nōn ad cōdelegatos sed ad primum delegātem tantūmodo appellari debebit.cap.si duo ex tribus, 3.de offic. & pot.iudic.delegat.in sex.

Quod si appelletur à subdelegato , cui non est comissa causæ tota iurisdictio,à subdelegato fit ad subdelegantē appellatio,si is delegetur à principe d.l.1.& si.quis,& à quo appellet. Et quoties aliquid subdelegans reseruabit sibi ex causa subdelegata subdelegando,tunc à subdelegato ad subdelegātē prouocatur,in c.si delegatus, 7.de off.& pot.iudi. deleg.lib.1.sexti tit.18.

Si princeps temporalis delegi causæ cognitionē Episcopo uel alteri personæ ecclesiſticæ , appellat ab eo delegato ad secularem Principem nō ad ecclesiasticum ut sup.diximus per ca in Archiepiscopatu,de raptor.

Idipsum puto si comittatur causa cognoscēda à principe uel Magistratu ecclesiastico, laico , ut ab eo delegetur,appellet ecclesiasticus nō secularis.

In Gallia, ut antè diximus, à delegatis à Prīcipe ad curias supremas appellatur, sicuti in delphinatu si princips delegasset causā baillino uel uice baillino appellabatur ad curiam parlamenti delphinalē, Franciscus Marcus to. 1. decisionū delph. decis. 420. n. 12. quando uidelicet princeps committit iudicibus inferioribus.

11 Quod † pertinet uerò ad praxin Cameræ imperialis, duæ species constituuntur commissariorum (sunt enim aliqui, qui ad instantiam partiū etiam priuatorum hominum, per meram delegationem Cæsaris dantur.

Sunt alii, qui ex uigore ordinationis secundum priuilegium primæ instantiæ, puta *der austrangt* nomen cōsiliarii dātur, ut in 2. parte ordinationis Cameræ li. 4. quomodo & corā quo Iudice, p̄lati comites, Barones, domini, nobiles, electores, principes & similes in ius uocēt, ubi dantur commissarij illis Cæsaris uigore ordinationis à quibus appellat̄ ad Cameram imperialem, d. 2. pa. ordinat. ti. 6. Sed dubium fuit, num ab alijs Cæsareijs delegatis primis appel. ad Camerā possit, & fuit uario mō iudicatū. Nam in causa *Haller*, cōtra *Leipzig* die. 25. Aug. anni 1567. in puncto deuolutionis causæ appellationis à comissaris à Cæsare delegatis, causa in Camera, non obstantibus in competentiæ exceptionibus, retenta fuit, & decreti sunt processus in causa.

Conclusum tamen in contrarium alias fuit, & declaratum appellationem quæ per ordinationem fit à commissariis secundum priuilegium primæ instantiæ, non pertinere ad meram delegationem

factam per Cæsarem,& ideo ab eius delegatis ad delegantem ipsum Cæsarem appellandum. secundum dispositionem iuris,quod à delegato ad delegantem,uel eius successorem in officio appellandum est,per l.præcipimus.§.hæc si appellatio, C. de appel.& ibi Salic.nu.4.l.unica c.qui pro sua iurisd.& ibi gl.fi.cap.super quæstionum.§.porro, & §.fi.de offic.& potest.iud.deleg.Et ideo anno Domini 1565. die 18.August. in Camera processus denegati fuerunt in causa Michaelis Bosch.contra Iohannem Perfert.

Proinde in tanto dubio quidam existimarunt Cameram, cum Cæsarem ex eiusdem maiestatis uoluntate & contractu statuum Imperii.Concurrere quoad iustitiæ administrationem,cum & Imperator soleat causam appellationis ad se delatam à suis commissarijs seu delegatis vnà cum actis & factis coram commissariis primæ instantiæ producti s,ad Cameram imperialem remittere.Gail.li.1. obseru.pract.obseru.121.

Quando † subdelegatur quispiam à delegato, 12 tanquam arbitro ad iudicandas causas propositas recusationis contra delegatum,ut in cap. suspicionis de offi.deleg.ad ipsum appellabitur ad quē ab ipso delegato appellaretur.l.apertissimi §. fi. & l.fi.in fine.C.de iudiciis.Pari modi delegato Iudice à Papa &, propositis recusationibus arbitri dati sunt,ab aliis appellatur ad Papam,c.ab arbitris 11. de offic.delegat.in sex.

Ita si Iudex ordinarius ut officialis, recusatus causam alicui delegat appellatur, ab eo delegato non ad ordinarium seu Episcopum,sed ad Archiepisco-

piscopũ omisso medio c.si quis cõtra, de foro cõp Quia cum ordinarius sit recusatus, non dicitur facere mediũ.argum.c.placuit.2.q.6.secundum Vincentium licet B.notet contrarium ad d.c. si qs cõtra.facit resolutio Bonifacij 8.in c.si ab subdelegato 14.de offic.& potest iud.deleg.in sex. Si à subdelegato, cui delegatus non in totum commiserat vices suas, ex eo fuerit appellandũ, q exceptionẽ cõtam se propositam non admiserit, quod non posset cognoscere, eò quod antequam per ipsum delegatũ in aliquo procesũ esset, delegatus mortuus fuisset, non ad delegatũ, quia negatur iurisdictionẽ habere, sed ad delegantem appellandum esset. Idem que in aliis casibus, in quibus delegatus iurisdictionem habere negatur.

13 Pari † ratione, si is cui causa à summo Pontifice fuerat delegata, subdelegauerit non in totum uices suas alicui: à subdelegato huiusmodi, si delegatum ipsum excõmunicari, aut de medio tolli cõtingat, impedimento tali durante, ad sedem Apostolicam appellandum est, neq; expectandum est, ut delegatus absoluatur, uel alius in locum mortui subrogetur. Quia posset præiudicari litigantibus, si plus debito lis prorogaretur. Bonifac.8.c.si is cui causa 10. eo.tit.de off.delegat.in sex.

14 Appellationes † interpositæ ab executore sententię, fiunt ad eũ, qui iudicauit, maximè si ipse excessit exequẽdo.l.arbiter, q satisd.cogãt.ff. & sic fuit iudicatũ à senatu Parisiensi 27.Ian.1533.p Episcopo de Bellouisa, contra iudicem regium. Aliter autem dicendum, si dictus executor non excederet, & sequatur mandum sibi datum in scriptis.

Nam

Nam tunc appellandus est à mandato seu commissione, & ab eo quod inde sequutum est, ad superiorem, non ad committentem seu delegãtem, qa tunc ab eo delegante procedit executio, & non ab executore, c. si a delegato, in sex. Et ita censuit & declarauit etiam senatus Parisiensis, 22. Nouemb. 1540. ut refert Papus lib. 19. Rhapsod. arrest. tit. 1. arresto. 14.

CAP. IX.

De diuersæ religionis iudicibus.

SVMMARIA.

1. *A Iudice Christiano ad non Christianum appellandum non est*
2. *Nisi si quando Catholicus degeret sub Principe infideli.*

1 NON licet appellare Christiano à Iudice Christiano, ad Iudicem alterius fidei, quod si fecerit, excommunicatur. c. catholicus. 32. 2. q. 6. ex concil. Carthaginens. 4. c. 7.

Eo pertinet reprehensio D. Pauli 1. Cor. 6. quæ fit duplici ratione litigãtium. Prior, quia hoc nõ fit ex charitate: dein, quod apud infideles litigarent. Audet, inquit, aliqs uestrũ habens negotiũ aduersus alterũ, iudicari apud iniquos & nõ apud sãctos ad verecũdiã vestrã dico. Sic nõ est ĩter vos sapiẽs quisquã, q possit iudicare inter fratrẽ suũ? sed frater cũ fratre iudicio cõtẽdit, & hoc apud infideles? Iam quidẽ omnino delictum est in uobis, ꝙ iudicia hẽtis inter vos. Quare nõ magis iniuriã accipitis?

qua-

3 *Vt in iure pontificio diuersis in locis declaratur arbitrium irritum.*

4 *Curia suprema non aditur pro retractanda sententia arbitri, nisi de ea aliter curia tractare posset.*

APpellans†ab arbitrio, poteſt,ut dicunt pragmaticī,releuare appellationem ſuam corã Iudice immediato loci,uel coram ſeneſcharcho, nec fiet remiſſio cauſæ appellationis ad Iudicem immediatum,nec in reſcripto. ut ait Maſuerius in praxi tit.de arbitris §.4.item appellans. 1

Quamuis†enim,ut diximus,in appellatione ſententię arbitralis appellare non liceat ab arbitris ex cõpromiſſo acceptis , iure ciuili,& debeat eorum ſnĩæ ſtari,ſicut docuimus & diſtinximus & proba. c.a iudicibus 2.q.6.l.diem proferre.§.ſtari,de recept.arb.ff.tamen arbitrium põt per ſuperiorem retractari,ut in c.2.de arb.li.1.ti.42.& per exceptionẽ doli,in l.non diſtinguimus,§.cum quidam,de recep.arb.ff.ueluti in c.cum tempore 5. eo. tit. ſi arbitrium latum fuerit cõtra priuilegia conceſſa a ſede Apoſtolica,& contra libertatẽ monaſterij, cum ad id non potuerit qui uoluit compromittere.Atq; in ſumma,ſi arbitrium contineat euidẽtem iniquitatem,poterit ex officio iudicis rectractari. Exẽpli cauſa, ſi uelit poſt rẽ iudicatam aſſumptus arbiter eam per arbitrium reuocare,c.expoſita 11.de arb. vbi Panor. 2

Ita†& decernitur irritum arbitrium in cap. fin. de rer.permutat.li.3.ti.19.quo placuerat, ut ſi præpoſitus Albanẽſis obtineret decem millia ſolidorũ regaliũ a rege vngariæ,concedi monaſterio S.Martini 3

tini de Panonia,monasterium a decimarũ petitione cessaret, eoque Simonia contineret, cum non possint temporalia cũ spiritualibus permutari. Sic in ca.examinata 7.de confir.utili uel inut.lib.2.ti.30.arbitrium irritum sit & inane,quod contra formam iuris & compromissi latum fuerit. Neq; etiã ulla lex aut superior posset sustinere actum cũ peccato ca.fin.de pręscr.neq; sententia transit in rem iudicatam ratione peccati imminentis,ut in ca.lator 7.de sent.& re iud.lib.2.tit.27.si sit lata contra matrimonium & proinde quandocunque constiterit de eius errore,reuocabitur.

4 In† constitutione Iohannis I. eius nominis regis Francorũ anni 1364.dicitur appellatio a sententia arbitrorum siue amicabilium compositorum,ad arbitrium boni uiri,& additur non licere ad curiam supremam appellare pro bono uiro, nisi causa alioquin ibi tractari posset.

Cap. XI.

De quorundam aliorum iudicum Romanorum appellationibus,in iure obiter notatis.

SVMMARIA.

1 *A Comite orientis, a profecto Augustali appellabitur ad amplissimam potestatem.*

2 *A rationali ad præfectum prætorio.*

3 *Ex alits prouinciis & insulis ad moderatores generales definitos.*

4 *A ducibus ad præfectum prætorio.*

5 *A delegato principis ad quæstorem Palatij.*
6 *Ex prouinciis quibusdam ad præfectum urbis.*

A Comite † orientis & a præfecto Augustali & vicariis appellatur l. 2. de his q. per met. iud. de appel. li. 7. C. ti. 67. ad amplissimam potestatem, nõ autem ad Imperatorẽ, l. addictos 29. de appel. li. 7. C. ti. 62. Amplissima illa potestas dicit uir illustris, præfectus prætorio comitatus principis; uel uir illustris sacri Palatii, ad quos appellat a prædictis & à proconsulibus, l. præcipimus 32. eo. tit. C. 1

Appellatur † & præfectus prætorio à rationali vel procuratore Cæsaris, glossa iũcta l. cum post 26. de appell. Vbi & textus ait, in modica causa, hunc præfectum prætorio posse delegare eã causam appellationis cognoscendam rectori prouinciæ, loci cuius litigantes sunt distinguitur & modica quantitas à maiori sũma in l. in offerẽdis 35. eo ti. de app. 2

Ex † prouincia Lycaoniæ, prætor Lycaoniç appellabat, uidenda Nouel. 35. de prætore Lycaoniç. 3

Ex ꝓuincia Caria, Mysia, Scythia, Cypro, Cicladib. insulis, appellabatur earum præfectus seu quæstor, In nouel. 41. de quæstoribus. id est præfectis insularum.

Extractu Lybiæ appellabatur præfectus Augustalis, ex asiana diœcesi seu administratione; appellabãtur uiri spectabiles. quib. specialiter Princeps appellationes commiserat.

Extractu orientali appellabatur comes orientis §. illud etiam & sequentibus, de appell. nouel. 23.

Aliquando † etiam à ducibus illustribus appellabatur ad prçfectum prçtorio. l. prçcipimus §. ꝙ si a 4

Duce C.de appel.postea uero statutum, ut appellaretur apud uirum sublimissimum Magistrũ officiorum, nec non quæstorem sacri Palatii, communi audientia proposita. l. si quando duciano iudicio 38. de appellar.C.

5 Ab† eo cui Princeps delegauit causã cognoscẽdam, si quidẽ nõ sit illustris, prouocatio fit ad quæstorem sacri Palatii & præfectum prætorio: si uerò illustris sit, cui delegata est; uel si cũ duobus sit delegata, alter illustris sit, alter non sit, ad Principem fit prouocatio in d.l.præcipimus §.huic celeberrime. Si quidem ab illustri & magnifico Iudice appellatur Princeps, dicta l.præcipimus, §.sane illustriũ.

6 Cum† appellatio facta erat per Bythiniam, Paphlagoniam, Lydiam. Hellespontum, insulas etiam ac Phrygiam salutarem, Europam ac Rhodopem, & Hemũ montẽ, ad præfecturæ urbis iudiciũ sacrum appellatio pertinebat l.cũ appellatio 24.de ap. C.

Cap. XII.
De appellationibus à iudicialibus legati summi Pontificis.

SVMMARIA.

1 *Legati summi Pontificis magna auctoritas.*
2 *Tres species legatorum summi Pontificis*
Ad legatos ex prouincia põt appellari per cursum.
Legatus non se intromittit de appellatione facta ad Papam.
3 *Non appellatur ab illis ob plenam potestatem.*
4 *Quia ad illos appellatur in prouincia.*
5 *Quia & multa alia maiora illis priuilegia conferuntur.*

6 *Reuo-*

6 *Reuocant etiam indulgentias concessas à Papa; cognoscunt de bellis inter principes.*
7 *Frustra appellatur ab illis ad summum Pontificem, qui rata eorum iudicia habere debet.*
8 *Contraria autem affertur sententia & posse ab illis appellari docetur iuribus.*
9 *Item quia proconsulibus Romanis æquiparãtur, à quibus erat prouocatio.*
10 *Dein quia censentur ordinarii; & ab ordinariis prouocatur.*
11 *Docetur & retractata iure sententia legati.*
12 *Nemo debet decipi auctoritate principis.*
13 *A delegato summi Pontificis appellatur.*
14 *Affertur conciliatio sententiarum, vt si excedat legatis adiri possit per querelã summus Pontifex.*
15 *Quemadmodum actus Patriarcharum rescinduntur hac uia a summo Pontifice.*
16 *Non possunt legati excedere mandata legationis.*
17 *In Gallia etiam ab illorum factis ad curiam supremam appellatur, tanquam ab abusu, ubi appellatio locum habet.*

MAGNA † est auctoritas legati Pontificis maximi, de qua & eius potestate tractat ab interpretibus in titulis iuris Pontificii, de officio legati, in decretalibus & sext. & ab Speculatore li. 1. part. 1. tit. de legato. A nobis li. 47. syntag. c. 32. n. 21. & li. 5. partitionum iuris Pontificij: tit. 3. copiose. 1

Tanta in summa est eius potestas in sibi cõcessis casibus, ut uices principis seu pontificis gerat, ut docuimus in prædictis partitionibus li. 5. tit. 3. c. 2. Johannes de Sylua, in tractatu beneficiorum. 2. parte. quæst. 3.

Potestas tamen eius restringitur per mandati li teras, à quibus pendet, c. porro, de priuile. l. unica de mandat. princip. C.

2 Suntque tres species legatorum summi pontificis, quæ habent inæqualem auctoritatem: quia alij maiorem, alii minorem habent. Sunt legati à latere Cardinales. Sunt legati missi, uel non Cardinales: sunt legati nati. c. 1. de offic. legati in sext.

Maioris auctoritatis sunt legati de latere Cardinales, veluti officij summi pōtificis coadiutores. c. per uenerabilem, §. rationib. qui filij sint legitimi. c. 1. §. fi. de offic. Lega. in sex. li. 1. tit. 15. c. volentes 8. c. excommunicatus 9. de offic. lega. li. 1. decretal.

De potestate legati à latere in concursu ordinariorum, & ut possit aditi per uiam querelā & de appellatione ad eum, vide tomo 1. dec. delphinalium Frācīscū Marci dec. 341. 342. 343. 344. 345. & 351.

Legati missi sunt illi non Cardinales, quibus prouincia administranda committitur, minoris auctoritatis, vt ex prędictis iurib. quorū & alij minores, qui & nuncij Papæ dicuntur, ad certam causam deputati.

Nati verò dicuntur illi; qui ratione Ecclesiarum seu Episcopatus uel Archiepiscopatus, habent etiā legationis potestatem, qualis est Cantuariensis & Eboracensis Episcopus, & alii de quibus egimus pdictis citatis locis, & nō est præsentis instituti longius agere, cùm tantum de appellatione ab illis proposita sit quæstio.

Ad legatos de latere appellari potest etiam omisso medio in puincia illis decreta, secūdū glossam & communiter ibi Doctores, de offi. legati. Nec ob

ſtat gloſſa ad c.poſt translationem,de officio lega. quæ enumerat caſus reſeruatos Papæ,& inter illos quod ad ſolum Papam omiſſo medio appelletur. p c.ſi quis ueſtrum,c.omnis,c.ad Romanam 2.q.6.c. Metropolitanū 2.q.7.c.ſi duob.de appel.Nā exclu ſio illa cenſetur ordinariorū,non autem de legato, qui gerit vices Papæ,quē non cenſetur Papa exclu dere,ut ſecundum Panormit.ad c.1.de offic.deleg.

Quare & ſecundum pragmaticā ſanctionem po teſt appellari ad legatum de latere omiſſis medijs. Quia eſt ordinarius in prouincia ſibi decreta c. 2. de offi.leg.in ſex.& cōcurrit cū alijs ordinarijs ſuę ptouinciæ, Epiſcopus Patriarchis , & primatib. & aliis ordinariis,gl.ad c.1.§.& ne ſub vmbra ver.quē cūq; de cauſis in prag.ſanct.Et poſſunt eſſe in uno loco plures ordinarii iudices l.1.de offi.proconſ.ff. l.ſi uni de re iud.inter quos eſt locus præuētioni ut ibi ponit,& in c.cū plures de offi.iu.deleg. in ſex. proinde cū cōcurrat legatus cū Archiepiſcopis & Epiſcopis prouinciæ ſuæ, nec poteſt dici immedia tus ſuperior.Refert hæc omnia Frāciſcus Marcus in 1.to.deciſionū delphinal.deciſ.343. Additur & in deciſione 344. legatū de latere habere hodie iu riſdictionē ſuper exēptos per c. ſi Abbatē de ele- ctio.in 6.c.1.de verb.ſig.in 6.gl.& Dd.ad c.1.de of fic.del.Speculat.tit.de leg.§.ſupereſt videre. uerſi. ſed nunq.d.Vnde poterit & ab illis appellari ad le gatū de latere ſecūd.gl.ad c.cupiēs de elect. ī ſex. in prin.& gl.1.d.c.1.§.ſi uero de cauſ.ī prag.ſāctio. Licet ſe nō poſſit intromittere de appell. facta ad papā, ſine ſpeciali mandato ſecundū gl.ibi per ca. ꝑ translationem & c.cuſtodiſti,de offic.legati.

3 Nû † aũt appellare à legatis liceat? Et prima fronte uidetur, non licere, propter eorum auctoritatẽ, de qua cũm ratione in c.2.de offi.leg.in sex. Legatos inquit Clemens 4. quibus in certis prouincijs committitur legationis officium, vt ibidẽ euellant & dissipent, ædificent atq; plantent: prouinciarũ sibi commissarũ ad instar proconsulum, cæterorũq; præsidũ, quibus certæ sunt decreta: prouinciæ moderandæ ordinarios reputantes: præsenti declaramus edicto, cõmissum tibi a predecessore nostro legationis officiũ, nequaq̃ p ipsius obitũ expirasse.

Ex quib. uerbis notatur plena potestas, ibi, euellãt, dissipent & ædificẽt. Sed posset tolli hæc rõ, nõ ideo minus appellari, cũ & ab ordinarijs appellẽtur, & à proconsulib. l. à proconsulibus, de app. C.

4 Secundo. † Ad legatos in prouincia, per uiã ordinariã & per appellationem peruenitur, in c. 1. de offi.leg. Sed tolli posset quod ẽt ab Archiepiscopis ad quos appellatur, possit appellari c. 1. de appell.

5 Tertiò. † Cui conceditur quod plus est & multò magis ꝙ minus. Vlpian. in l. non dẽt cui quod plus 22. de reg. iur. ff. c. cui licet, eo. tit. in sex. cum simil. ibi notatis. At legatus summi põtificis, potest legẽ & statuta ꝑpetua in sua prouincia uel sibi delegata cõdere, c. nemini de offi.leg. c.1. de locat. Põt interpretari mandatũ summi Pontificis c. 1. de postula. præla. Ergo poterit iudicare inter priuatos sine appellatione, & legẽ ita priuatam illis dicere, quę inter illos locũ habeat, vt in l. 2. C. de legib. Plus. n. est generalem legem concedere, quàm singularem.

6 Quartò. † Legatus Patriarcha reuocat etiam ex causa indulgentias Papæ & prædecessorum suorũ,

ut in

ut in c.pen. de cler. non resciden. nempe de Papæ licētia. Et potest se obiicere bellis & se immiscere, & cognoscere, de causa, quę est inter duos reges, ut ca. nouit. §. 1. de iudic.

Quinto, † Paria sũt, aliquid esse, & inutiliter esse l. fi. ad l. Flauia, de Plagiariis. C. l. quoties, qui satis. cogn. ff. At si appellatio à legatis fieret deberet ad summũ Pontificem dirigi uerum id fiet iuutiliter, quia pap. seruare debet, quæ fiũt per ipsius legatũ, perinde ac si id se fecisset, ar. l. 1. in prin. de off. pro cur. Cæsaris. ff. c. proposuit, de clerico, ex com. ministr. li. 5. ti. 27. c. nouit, de appell. c. quæ. de causa 9. 2. q. 5. c. dilectus, de filiis presbyt. ita non est de intentione papæ, lites per suum legatum sopitas suscitare ca. exposita, de in integr. restit. 7

Credere enim debet principes, eũ, qui ob singularẽ industriã, explorata eius fide, & grauitate ad huius officii magnitudinẽ adhibetur, non aliter iudicaturum esse pro sapiētia ac luce dignitatis suę, quã ipse foret iudicaturus iuxta l. uni. de off. pręf. prætor. ff. c. super literis, de rescrip. c. nouit. de off. leg. Et notat. gloss. ad c. quæ de causa, ad uer. quicquid, quod idẽ honor legato, qui papæ, est exhibẽdus c. fi. 93. dist. & ibi Iohannes, ego dico, inquit, quod legatus domini Papæ, omnia põt, nisi reseruata summo Põtifici, in c. nuper. de sent. excomm. & c. quod translationem, de officio legat.

Gerunt uices domini Pa. c. 1. de offi. leg. c. 1. 94. dist. Et ideo qui processum eorũ impedit, euitatur tãquam excõmunicatus; & cum plures offendat, à pluribus debet argui. c. 2. 94. dist. Neque, inquit, sum. pontif. in d. c. 1. de eius actibus dubitare possu

nius, cui Deo auxiliante totum nostræ Ecclesiæ no
scimur patrocinium commisisse.

Potest legatus in prouincia sibi decreta facere cõsilium prouinciale, Doctores ad c.quod translationem, de offic.legat.quod tamen negat, nisi habeat speciale mãdatũ.gl.ad c.Regula. 2. §. porro, ad uerb.legato 3.dist.ita neque generale, neque etiam posse prouinciale facere consilium. nam & hoc dicitur esse ius summi pontificis.in principio. 17.dist.& c.regula 2.& seq.eadem.17.dist.

8 In contrarium† inueniuntur iura, per quæ appellatum fuisse à legato dicitur ad summum pontificem.ut in c.1.de appellat.Alexander 3.recipit appellationem ab Oxoniensi Archiepiscopo Apostolicæ sedis legato, quod póst appellationem ordinatione facta ut attentatoriam irritam facit.

Sed ibi non iudicaret tanquam legatus. Imo, & aditus ibi fuit Papa, per querimoniam contra sententiam Archiepiscopi.

2. In c.licet Tranenses Canonici 5.de off. legat. lib.1. tit. 30.aditur summus Pontifex contra sententiam legati cognoscentis postquam remisisset causam ad summũ Pontificem. Sed ibi nihil de appellatione quia iam remissa erat causa, & summus põtifex alia uia quã p appellationẽ adiri poterat.

9 3. Aequiparantur† legati Cardinales procõsulibus Romanis, missis ad regẽdas ꝓuincias, & aliis præsulibus prouinciarum.c.2.de offi.legat. in sex.

At ab illis appellari poterat l.à procõsulibus.C. de appellat. Solutio, sed maior potestas datur legatis a summo pontifice, differunt quia procõsul, & præsides prouinciarum cum definitione temporis

mitte-

mittebatur l.qui iurisdictioni de iurisd.om.iu.ff.l. Senatusconf. de offi.præfi.ff.cum simili.& communiter annui mittebantur.Isti uerò legati sine definitione temporis,& proinde perpetui censentur, per l.iuris peritos, de excusat.

4.legati † in prouincia sibi decreta habent iuris- 10 dictionem ordinariam c.2.de offic.legat.in sext.& ut ordinarii possunt adiri per querimoniā.c.1.de offic.lega.ubi de hoc.Ab ordinariis autem potest appellari,nisi speciali causa prohibeat,ut dictum. Sol. Sed legati possunt, & tanquam ordinari per querimoniā,& ultra tanquā legati adiri, ut supremi iudices,ut fit in curia suprema ī qbusdā causis.

5.Est † c.cum causa 8.de sententia,& re iud.ubi 11 appellatio recipitur à legato sedis Apostolicæ, ad summū Pontificem, & eius sententia retractatur.

6.Et nemo † debet circumscribi sub prætextu 12 principalis auctoritatis l.1.C. de his,qui ueniam ætat.impetra.li.2.C.ti.45.neque iniuriarū occasio inde nasci debet l.meminerint.C.unde ui.

7.Potest † & à delegato principis,ut dictum est, 13 appellari.Talis autem sum.Pontificis legatus.Defendit Franciscus Marcus tomo.1.dec.delph.dec. 345.esse ueritatē,quod à sententia legati de latere appellatur ad Papam,per c.cum causa,de re iud.c. Raynal.c.Rayn.de test.c.ad petitionem de accus. & hoc tenere Speculatorem.tit.de leg.§.superest illud,& glo.in §.si uero, de causis,in prag.sanctio.

Putarem † ego uerissimum esse,de iure nō uale- 14 re appellationē factā à legato misso uel de latere, si sequatur tenorem suæ legationis;sed si excedat, posse.ut in c.3.& 4.de offi.leg.adiri principem Papam.

pam,& non per uiam appellationis, & de facto ap pellari posse tantum,sed non deferri appellationi nisi forsá postea Pa. deuolutione facta inhibuerit.

Ita si excedat uel iniquè iudicet,posse p querimoniam,ut dicunt, adiri summum Pontificem,ut in cap.licet,de offic.le.& c.10.Ideo huic sacę sedi 2.quæst.6.Satius enim est,erubescere legatū,& ita retractari eius malè iudicatum; quam sedem Apostolicam notari,quod iniustam eius sententiam ap probauerit per c. nisi 3.de auct.& usu Palii.libr.1. tit.8.Sed & legatus Papæ potest recusari,ca.licet, de officio legati gl.ad c.ualde.94.dist.ad uerbum dubitare.

15 Sic†ipsemet Patriarcha Antiochenus suspenditur per summum Pōtificem à collatione beneficiorum,quod ausus fuisse transferre Episcopum ab vna in aliam Ecclesiam,in consulto,summo Pōtifice in c.1.de translatione Episc.li.1.ti.7.Eo ꝙ illa pertineat ad solum Pontif.summum,in ca.3.& 4.eo.& non ad ipsum etiam legatum, in c.quod translationem,de offic.lega.

Et multa prohibentur legato,de quibus se non potest intromittere:ut non potest se impedire de causa etiam delegata alicui specialiter à Papa,c. studuisti,c.nisi specialis,de offic.leg.

16 Non potest†in summa iurisdictionem suam extendere ultra sibi concessum c.uenerabilem.34.de electio.c.si Abbatem 36.§.fi.de elect.in sex.& ita ex uirtute,& tenore literarum pēdet eius potestas ideo inspicienda,ca.porro,7.de priuileg.l.unic.C. de mand.princi.nec habetur fides sine literis consignatis.cap.fin.97.dist.

Cosmas

Cosmas Guiniier. ad §.verũ,ad verb.subiecto, de causis,in pragm.sanctio.per illum textum ait,si appellatur,inquit,à legato, appellandum est ad Papam eum qui eum legauit, quia est superior immediatus per c.licet,de offic.lega.

Legato.n. Papæ nullus est superior prçter Papã.

Et regulariter à delegato Papæ ad Papam & de legãtẽ est appellandũ,in c.studuisti,de offic.legat. l.1.qs & a quo appell.ff.l.prçcipimus.C. de appell. §.si quis contra aliquem, de sanctiss. Episc. In nouell.l.à iudice C.de iudic.c.super quçstionũ,§. porro,de offi.deleg.c.si à subdelegato.eo.tit.in sex.

In Gallia,† si abutãtur legati potestate,uel cõtra 17 sacra decreta,uel priuilegia regia vel cõstitutiones eius,statuant, appellatur ab illis ad curiam supremam parlamenti,tanquam ab abusu.

In consilio ẽt Tridentino sess.24.c.20.de reform. statuitur, causas omnes quomodocunq; ad forum Ecclesiasticum pertinentes, ẽt beneficiales sint,in prima instantia corã ordinaris tantum locorum cognosci & terminari. Et postea,post pauca addit. Legati quoq; ẽt de latere,nuncij gubernatores Ecclesiastici, aut alij quarũcunq; facultatũ uigore,nõ solũ Episcopos in p̃dictis causis impedire,aut aliquo modo eorum iurisdictiis prçripere,aut turbare nõ præsumant:sed nec ẽt cõtra clericos, aliasue p̃sonas Ecclesiasticas nisi Episc. prius requisito, eoq; negligente,p̃cedãt: alias eorũ p̃cessus, ordinationesuè,nullius momẽti sint,atq; ad dãni satisfactionẽ partibus illati,teneant. Facit decisio delphinal. 351.n.to.1.decisi.Franc.Marci, ubi legatus de latere non põt aduocare ad se causam motã seu mouẽdam

dam coram Iudice inferiore competenti,quamuis possit adiri per concursum ordinariorũ.Nam quando qs habet multos iudices optiõ datur actori, ut notat gl.in l.fi.C.ubi in rẽ actio exerc.deb. & in c. dilect.,de foro compet.c.statutũ,& §. cũ verò.de rescript.in sex.nec pariter cogere põt actorem ad litigandũ coram se c.peruenit 11. q. 1. secundum Panor. ad ca.1. de offic.leg.§.superest,in princip.

Cap. XIII.

De appellatione à rectore vniuersitatis scolasticorum, ad quem fiat.

SVMMARIA.

1 *Iudices scholasticorum,ex priuilegio plures.*
2 *Priuilegia Academiarum hodie ex vsu recepto considerantur.*
3 *Appellant scholastici à iudicibus suis diuerso modo ad superiorem, vt distinguitur, quemadmodum a conseruatoribus.*

1 HANC † quæstionem fuse explanat Panor. in quæstionum lib.q.6.incip.Gãdulphus, pro qua significantius dicemus, in primis scholasticos priuilegiatæ Academię habere iudices, Episcopũ, doctorẽ & potestatẽ,nempe loci Toparcham, per auth.habita,ne filius pro patre C. per §. pen.& ibi gl.in verbo,Professores,in proœmio ff. glos. ad l.si quis in conscribendo,ad verb.licere de pact. C.

Atque Speculator lib.1.par.2.tit.de reo.§.nu.5. Itẽ, inquit,scholaris respondebit vel sub magistro

siue

ſiue laico, ſiue clerico, uel ſub iuſtitiario ſeu poteſtate loci, uel ſub Epiſcopo, ſub quo maluerit, ut in proęmio. ff. §. & hæc oĩa, & ſeq. & l. habita, ne filius pro patre C. Licet ſcholaſtici Bononiæ, quo ad quęſtiones criminales, priuilegio renũciauerint, aliqñ ſup quibus corã iudicibus poteſtatis reſpondent. Eligendo tamen unũ, quis uidetur alijs renũciare. arg. 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur expreſſe, extra de iud. c. 1. ubi de pluribus iud. Iohannes tamen Andreæ in additionibus ad ſpeculatorem arguit illam renunciationem ut inualidam, de qua etiam meminit Accur. ad d. l. habita. Quia renunciatio facta nõ fuit ab Academia ut corpus uel collegium. per non vſum autem perdi non potuit. Secundum Cynum ad d. l habita, & remittit ad l. 1. & 2. de ſeruitut.

Ex tribus iſtis quilibet habet iuriſdictionem inſolidum gl. in c. ut officium in verb. ſeparatim de hęret. in 6.

Baldus ad l. 1. prope finem, & ibi Paul. Caſt. exiſtimant & præſupponunt, quod iudices ſcholarium ſint, Epiſcopus, rector & poteſtas. Alius Horatius Lucius in tract. de priuil. ſchol. priuil. 64. numerat. 4. Epiſcopum, Doctorem, Rectorem & poteſtatem Item Barthol. ad auth. habita. nume. 5. & ibi Bald. nu. 26. & 32. Aufrer. in additio. Cappellæ Tholoſ. q. 169.

Sed † in his non immorabor nunc, & cum & priuilegia & conſuetudines & iuriſdictiones Academiarũ, regantur pro ut vſus & principum volũtas difinierat, ſintque conſeruatores priuilegiorũ, vt plerunque per principem ſummum pontificem, & per principes ſeculares conſtituti, quib. Academia 2

tum

rum negotia augentur uel minuuntur priuilegio, de appellatione id ipsum dicendum.

3 Verũ quod pertinet ad obseruata per interpretes, Specul. li. 2. parti. 3. tit. de execut. sententiæ, §. 2. n. 12. ait, q à sñia Rectoris, uel Magistri possit appellari ad defensorem ciuitatis, sicut appellatur à sñia Episcopi, quia parificatur Episcopo, ut C. de professoribus & medicis. l. medicos. quod uerum, inquit, est, si litigatores sint laici; si uerò clerici ad Episcopũ, secundũ Iulianum; Tu dic, inquit, q lex illa habita, non habet locum indistinctè in clericis

Horatius Lucius in priuilegio 72. scholasticorũ, ait, posse scholasticos appellare omissis medijs ad Imperatorẽ, eò q Imperator in d. aut. habita, dicat & offerat speciali gr̃a se scholasticos defensurũ ab omni iniuria: allegat auctores similis sñiæ Lucius.

Et Rebuffus ait, in comment. ad concordat. ad ti. de friuolis appellationib. in 2. regula & 3. fallẽtia. posse ab scholaribus appellari ad Papã, regem, uel curiã supremã, p locis ubi degũt. Idẽ dixit in priuilegio scholastico. 164. & probari p d. auth. habita, & ibi Bald. Et sic se alias obtinuisse eodẽ refert Rebuffus. Vnde censuit senatus Parisiẽsis, à cõseruatoribus regiis, ad parlamentũ esse appellãdũ, die 3. Iunii 1509. Et qñ summus Pontifex uel Princeps dicũt, in speciali protectione eorũ pertinere Academiam, uidẽtur à iurisdictione ordinaria exemisse c. si Papa, de priuil. sic Papa cognouit de Magistro priuato magistratibus ab Academia Parisiẽsi, in c. ex literis 11. de const. lib. 1. tit. 2. Hãc sententiã admittit etiam Panor. in quæst. 6. nu. 12. & infert, quod in terris non recognoscentibus imperiũ, poterit

terit appellari ad dominū seu dños illius ciuitatis, cū illi sint loco imperatoris in illis locis, iuxta nota ta p Bar. ad l. infamā, de pub. iud. ff. & l. hostes, de captiuis, & l. uni. c. ne qs in sua caus. iud. Addit insu per ꝙ non ualet statutum, ne liceret appellare, quā tumcunque fuerit confirmatum per ciuitatem, ubi cunque appellādum est ad Episcopum, quia in præ iudicium superioris Ecclesiastici, non potuit statu tum de hoc disponere per c. uenientes, de iure iur.

Quia nec ipsa ciuitas potuisset statuere, ne posse appellari, in præiudicium superioris, ad quem de iu re fuerat appellandū, d. c. ueniētes, & Bar. ad l. omnes populi, de iust. & iur. uers. iuxta p̃missa q̃ro.

CAP. XIV.
De appellatione facta ad minorem Iudicem.

SVMMARIVM

1 *De appellatione facta ad minorem.*

ERror† interuenire potest in appellando, uel ap pelando maiorem mediatum, hoc est, qui ha bet sub se medium, ad quē appellare oportuit uel appellando parem, uel appellando minorem, l. 1. §. si quis in prouocatione, de appella. ff. 1

Si appellatur ad maiorem quam oporteat, ualet appellatio, non quidem ut simpliciter dicat̄ ualere omisso medio, ut antea docuimus, nisi in casibus exceptis, nam corā illo maiori generaliter agi non pōt, sed remittitur causa ad inferiorem gradū l. 1. §. si quis, & l. imperatores, 21. de appell. Valet ergo quod pertinet ad priuationem potestatis iudicis a quo, quia iusta appellatio est ex eius parte. Sed ra-

tione

tione iudicis superioris non est recepta,& si quis p sequeretur appellationem coram Iudice in competenti, persecutio esset nulla. Ita quod appellatio ad maioré facta teneat, prout ad minoré reiicitur, hoc est ex potestate legis q statuit,non ex facto appellantis,ut ad eum,ad quem in ueritate debuit appellari deuoluatur appellatio.

Quod si ad minoré nominatim appellauerit,uel ad parem,ei nocebit error.d.§.si quis.Laborant interpretes in ratione reddenda diuersitatis,& ratio est cómunis, quia qui ad maioré appellat, cēsetur & uelle appellare ad mediū superiorem iudicātis: quia qui uoluit quod plus est,censetur & uoluisse, quod non tantum,ut l.cum furti,de iurisd.óm.iud. ff.l.si is cui,quemad.serui.amittat.ff.Vnde ad maiorem appellando,ex suo consensu uidetur ad proximum etiam uoluisse medium appellare.

At quando quis appellat ad minorem,non ita uidetur uoluisse.

Adde quod quādo appellatur ad maiorem omisso medio potest aliqua ratione ualere appellatio,& deuoluit ita negotium ad ipsum maiorē, uel ut remittat ad mediatum, uel ut ex certa causa,de qua antea dictum est, etiam omisso medio cognoscat.

At quādo quis ad inferiorem iudicis iudicātis à quo appellatur,uel ad parem appellat nullo modo potest defendi illa appellatio,quia,ut dictū est, in finitione & alibi inferior,non potest cognoscere de facto superioris,c.cum inferior,de maior.& obe.ideo si putauit appellare ad maiorem Iudicē, & appellauerit ad inferiorem error facit,ut non obstāte appellatione, sententia a qua appellatum est,

tran-

transeat in rem iudicatam. Hostiens. in summa §. 4.

Cap. XV.
De appellatione facta ad non suum Iudicem.

SUMMARIA.

1 *Appellatio ad iudicem non suum non ualet.*
2 *Quia nullus est maior defectus quam iurisdictionis.*

QVAE † dicta sunt de appellatione inualida ad 1 Iudicẽ minorem, eadem uidentur obtinere in appellatione releuata corã Iudice nõ suo, ut cadat appellans a sua causa. Verba Massuerii, cum exemplo sunt in pract. ti. de app. §. 27. Item, inquit, si ille qui debebat releuare causã appellationis in Assisiis Alzonij eam reuelauit ad Assisias Nonnetæ, cadit a causa sua, & declarabit appellatio deserta; secus si releuasset ad Assisias Rionii, cũ ibi sit caput totius ducatus, sed partibus appellatis hoc petentibus sit remissio ad Assisias Alyonii, & appellans cõdemnabitur in expensis. Et hoc uerum si procedãt Assisiæ Rionii; secus econtra, etsi appellati obtinuerint, comparuit in Assisiis Alzonij, & facit in arg. l. 1. §. si quis in appel. de appellationibus. ff. Hæc ibi Mansuer.

Nullus † est maior defectus, quam iurisdictionis 2 & paria sunt Iudicem non prouocatum uel prouocatum aut aditum inutiliter, quia nulla esset eius sententia ob defectum potestatis. l. 2. & fi. si a non cõpetente Iudice iud. esse dicat. li. 7. C. ti. 48. l. fi. de

iurifd.om.iud.ff.l.2.de iud.ff.l.fi.C.de except.l.ne que,qui dare tutores poſi.C.l.1.C.de iuriſ.om.iud.

Dein quia dictum eſt,parem aut minorem Iudicem non poſſe emendare factum paris aut ſuperioris multo magis dicendum eſt,alienũ & extraneũ, non poſſe factu alterius extranei iudicis emẽdare. & poſſe illi obiicere,quod Hebræi rogantes obiecerunt Moyſi,qui illos volebat ad concordiam reuocare;quis conſtituit te Iudicem & Principem inter nos?Exodi c.2.Et cum uoluerunt decem tribus Iſrael excutere iugum Roboanni regis,dixerũt,quæ nobis pars in Dauid,uel quæ hæreditas in filio Iſa. 3.Reg.12.

Cap. XVI.

De appellationibus extra iudicialibus ad quos fiant.

SVMMARIA.

1 *Appellatur ab extra iudicialibus ad eum ad quem cauſæ loci dirigntur.*
2 *Si quis grauetur a Principe ad quem appelletur.*

1 APPELLATVR † ab actib.extraiudicialibus,proinde ac à iudicialibus ad eũ ad quẽ cauſæ loci diriguntur,l.1.§.ſolent,qñ app.ſit.atq; Innoc.ad c.cum ſuper,n.5.in fi.de ſent.& re iud.ordinarium Iudicem non appellationis,ad eundem, quando à granamine extraiudiciali appellandum eſt.

In Camera imperiali non recipiuntur appellationes extrajudiciales aduerſus ipſos,in quos Camera nõ hẽt immediate iuriſd.ſicut.n.nõ poſsũt teſtari,ſic nec poteſt ab illis ad curiã appellari arg.c.cũ ſit Romana,de app.Minſynger.centur.4.obſer.43.

Panormitan. ad c. dilecti filii, num. 7. de appell. dicit perpetuo notandum, quod extra iudiciũ non possum appellare, nisi ad illum superiorem quem possum adire per uiam querelæ, citra communem appellationem: eo quod appellatio extraiudicialis nihil aliud, qnam quædam prouocatio ad causam, uimque conuentionis habet, d. c. cũ sit Romana, §. si uerò de app. gl. ad c. concertationi, ad uerb. grauatum, eo. tit. in sexto. Pan. ad c. cum inter, n. 17. de exceptio. & ad c. dilecti, n. 4. de maior. & obed.

Quando†itaq; subditus, uel alius à Principe grauatur in aliquo extraiudicialiter, appellatur.

Sed si Princeps aliquem grauauit tanquã Iudex ordinarius alicuius loci ad alterius partis instãtiã appellatur ab eo ad superiorem nempe Cameram c. cõcertationi, de app. in sex. c. bonæ memorię, eo. tit. ap. Gre. intra decẽ dies d. c. cõcertationi. Aliter appellatio est deserta, vt iudicialis, Cl. sicut de ap.

Quod si Princeps grauet aliquem tãquam pars, in Germania; puta si quis cum Principe negotium habeat, & ei Princeps grauamen inferat, appellatio non pertinet ad Cameram, sed grauatus si uult, debet Principem in prima instãtia coram suo Iudice conuenire, hoc est, coram iudicibus ordinationis iuxta 2. partem ordinationis Cameræ tit. 4. ubi de commissarijs nouem principum agitur, tractat latius Andreas Gaillius lib. 1. obseru. 120.

Cap. XVII.

An, si Iudex à quo appellatum est, postea factus fuerit Iudex eius sedis ad quem appellatum est, possit de ea causa appellationis cognoscere.

SVMMARIA.

1 *Iudice, à quo appellatum est, perueniente ad sedem iudicis ad quē, ante causa appellationis cognoscere possit, affirmatiua primum fulcitur; quia nō mutatur iudicium appellationis mutato Iudice.*
2 *Nec debeat inspici, qualis fuerit.*
3 *Quia publica auctoritas eluit suspicionem.*
4 *Item quia alieno facto causa deterior cuiusquam fieri non debeat.*
5 *Per l. iudicium soluitur.*
6 *Quia non uetatur.*
7 *Quia nō remanet Iudex à quo in eo statu quo erat.*
8 *Contraria sententia.*
9 *Quia ab eodem ad eundem non fit appellatio.*
10 *Quia Iudex officio functus semel non iudicat iterum.*
11 *Citatur textus expressus.*
12 *Semel reiectus testis, iterum reiici potest.*
13 *Conciliantur sententiæ.*

1 HANC† quæstionem examinat Pileus Modicēsis, in quęstione iuridica 124. & Bartholomęus Brixiensis, in quæstione dominicali. 54.

Pro parte affirmatiua, quod possit cognoscere de causa tanquam iudex appellationis, de qua antea cognouit tanquam Iudex ordinarius, adduci q̄dam rationes possunt. Primum quia si Archiepiscopus uel superior, cui successit in officio & iurisdictione uiueret, posset proculdubio de causa cognoscere. Ergo & ipse qui in eius locum succedis eodem iure utet. l. q in ius, de reg. iuris. ff. & mortuo Iudice, q eum iudicare oportuerat, idem eū qui subditus est sequi oportet, Paul. l. mortuo 60. de iud. ff. nec muta

tione

tione iudicis seu subrogatione alterius in eius locum, mutatur iudicium, ut respondet Alphenus in l. proponebatur 76. de iud. ff.

2. Non debet † inspici qualis fuerit olim persona, sed quę nunc est, c. ferrum, 50. distinct. l. si seruus, in fi. de adimen. lega. ff. 2

3. Dignitas † seu potestas publica facit, ut etiam filius, Iudex sit in cā patris, l. in priuatis, de iud. ff. 3

4. Omnib. † modis proconsul curat, ne cuiusuis cā deterior fiat alieno facto l. 1. de alien. iud. mutan. c. fact. lib. 4 tit. 7. ff. c. si Episcopum 16. q. 6. 4

Et proinde sedis maioris dignitas nō potest mi nui sua auctoritate, facto eius qui ad eam uocatur. Potius enim habenda ratio dignitati altioris quam ꝑsonarū, argum. l. itē in princip. quod cuiusq; uniuers. nom. ff. & tanquā alia ꝑsona in superiori sede cōstitutus cognoscit potius, quam cū esset in inferiori, unde ad eundē non uidetur facta appellatio, ut in c. a collatione 11. de app. in sex. appellatur ab Episcopo, qui fuit in capitulo tanquam canonicus, ad eundem Episcopum tanquam superiorem.

5. Et † finitur iudicium, quando datus Iudex su scipit imperium eius, q iudicare iussit, l. iudicium soluitur 58. de iud. ff. 5

6. Nullo † iure id uetatur ergo permissum cense tur, arg. l. mutus §. 1. de procurat. ff. 6

7. Quod † dicitur recursum nō debere fieri cau sæ ad eum, à quo appellatum est, in ca. 2. de app. in sex c. fi. de consuet. in sex. Intelligi debet conditione tacita, si in eodem statu permāserit, l. cum quis, de solutio. ff. l. si post datum, de procur. 7

Pro † contraria sententia afferri possunt aliæ ra- 8

tiones,ut nō possit tractari causa appellationis, coram eodem Iudice qui iudicauit, quamuis sedem appellationis postea susceperit.

9 Primum † à Iudice ipso ad eundē Iudicē nō ualet appellatio d.c.2.de app.in sex.c.fi.de consuet. in sex.nec ab eodem Iudice cā ad eundem recurrere dēt l.eos qui,C.de app. & consideratur eius ꝑsone uel factū: & uerisimile est,nolle suā sniam corrigere eundē,ut sit ita suspectus semꝑ ubicunq; sedeat pro eadem causa,ut in simili l.fi.de assesso.C.

Quia nimirum erubescenda sententiæ uariatio, in l.fi.C.de mod.multa.

Suspecti aūt iudices caueri & declinari possunt in l.apertissimi C.de iud.l.si pariter,de libe.cauf.c. quia suspecti 3.q. 5. Vt & ꝗ aduocatus & cōsultor fuit,ut suspectus reijcitur. c. postremo, de appell.

10 2.Iudex † semel officio functus de causa iudicare non potest iterum l.Iudex posteaquam, de re iudic.ff.c.in literis,in fi.de offic.deleg.

11 3.Pro hoc† uidetur expressus textus in c.adhęc si in una 6. de appell. ubi si in una causa à Iudice appellauerim, possum in alia coram eodem conueniri,nisi personam eius recusauerim.

12 4. Quia † potest recusari & reijci testis à me, quem alias reieci in alia causa.l.producti,de testament.ff.& 4.q.3.c.placuit,§.item in criminali.

13 Pro † conuenientia opinionum Pileus Modicensis prædicta quæst.124.existimat posse hunc superiorem de causa appellationis cognoscere; melius tamen facturum,si deleget alii cognoscendam Bartholo Brixiensis pro delegatione etiam concludit. Vterq; allegat lib.prætor.de iuris.dist.omn.iud.ff.

alioquin

alioquin posse, ut suspectū, recusari. facit c. si quis contra, de foro compet.

Eius sentētiæ fuit gl. ad d. ca. adhæc. 6. ad uerb. tanquam suspectum, de appellat. Sicut, inquit, Episcopus uel iudex, tunc delegat causam alijs, quando tanquam suspectus recusatur, c. peruenit 11. q. 1. ca. cum speciali, de appellation. & c. si quis cōtra clericum, de foro compet. Eiusdem sententiæ est Speculator lib. 2. part. 3. titu. de appellat. §. 4. n. 21.

Quod tamen forsan reciperet exceptionē, si Iudex hic à quo appellatū est fuerat tāquam pars in causa appellationis citata, & in superiori sede postea ipse fuerit in locum alterius subrogatus solus, hoc est, cum quo non sint cōsiliarii secū iudicātes. Sed certè nec in hoc casu obtinet quando iā appellatio interposita est, & postea electus esset ad illā superiorē sedē. Nam uere expedit in illa causa recusationē proponere, & uel dari alios iudices, uel nō datis appellare rursus ad alium proximum superiorem.

CAP. XVIII
De appellationibus in Gallia, ad quos superiores deuoluantur.

SVMMARIA.

1 *In Gallia à iudicis dominis ad quos appelletur.*
2 *In criminalibus quādo ad curiam supremam omisso medio appellatur.*
3 6. *In ciuilibus gradatim fiunt appellationes.*
4 *A iudice delegato a curia pro executione arresti ad illam appellatur.*
5 *Appellationes ab abusu ad supremā tātū curiā fiunt.*
7 *A iudicis electorum uel per æquatorū appellatur ad*

 curiam.

curiam generalium auxiliorum.

8 *A camera computorum ad Cancellarium Franciæ.*

9 *A magistris aquarum,& syluarum, ad marmoream tabulam Parisiensem.*

10 *A magistris portuum,ad tribunal generale.*

11 *A iudiciis perfectiorum monetalium ad curiam monetalium appellatur.*

1 A Iudicibus †dominorum iurisdictionalem in Gallia appellationes fiunt aliquando ad superiores feudi dominos,ut ad Barones,Comites, Duces,& ab illis ad curias supremas.Interdum à iurisdictionibus dominicalibus ad iudices regios ordinarios,uel ad senarchos seu baillinos,uel præsidiales,ratione consuetudinis uel constitutionis regiæ Henrici 2.anni.1551.art.33.

2 . Per † constitutioné regiam Francisci 1.publicatã anno 1539.ar.163.omnes appellationes in causis criminalibus cuiuscunque essent generis,& omniũ iudicum,sortiebantur forum curiæ supremæ, omisso medio. postea alia constitutione,an. 1542. potestas illa appellandi restricta fuit.

Appellationes à sentẽtijs,& iudiciis torturę,exilii,multæ honorariæ , aut alterius pœna corporalis immediate releuantur uel fiũt ad curiã supremam parlamenti referri iudicis à quo,per constitutionẽ Franc.1.regis an.1536.art.22.& dictam an.1539. ar.163.& rursũ in publicatione edicti.an.1542.in curia Parisiẽsi eodem anno fuit declaratum quoq; omnes appellantes ab incarceratione aut longa detẽtione,aut à denegatione iustitiæ habere optionẽ releuandi seu appellandi,uel ad curiam parlamẽti

omisso

omisso medio, uel ad proximum medium, ut refert Papus lib.19. Rhapsod. arrest. tit. 1. art. 2.

Ab aliis† autem sententiis causarum ciuilium interlocutoriis uel diffinitiuis, appellationes ab inferioribus fiunt ad iudices ordinarios; à quibus appellatur ad curiam supremam immediatè, ex constitutione. Franc. 1. anni 1536. art. 22. & anni 1542. 3

Quando †curia suprema committit uel delegat aliquā causam ex certis rationibus inferiori iudici, si ab eo appelletur, ad curiam est appellādū, ut ab omni executione arrestorum ex constitutione Frācisci 1. anni 1535. cap. 1. art. 32. 4

Appellationes† tanquam ab abusu, directo sortiuntur forum curiæ supremæ, ex constitutione Francisci. 1. anni 1535. c. 1. art. 30. 5

A sententiis† iudicū regiorum, aut Vasallorum regiorum fieri debent ad superiores iudices tēporales seu seculares, non ad alios, ex constitutione Francisci 1. anni 1535. c. 16. art. 31. 6

Sūt† p æquatores uocamus in Gallia, *Les esleus*, quorum officium, & industria electa distribuenda imposita onera regno talliarū, per ciuitates, & pagos, eaque de causa committūt delegationes, & locationes exactionis faciēdæ tributorum, & auxiliorum petitorum per regem à populo, ut iudicatum arresto curiæ supremæ Parisiorum, 27. Febr. 1570. Et iudicant de controuersiis, & litibus huiusmodi exactionis. Si quis uelit appellare ab his præ æquatoribus uel electis, prouocabuntur generales auxiliorū dicti, *Les Generaux des aides*, apud quos oportet releuare appellationem intra unum mensem, alioquin decidit à sua appellatione, & dēt multas 7

20. li-

20.librarum Parisiẽsium.Poterit tamẽ renunciare appellationi emissæ appellans intra 8.dies soluendo pro multa 60. solidos Parisienses; & si prosequatur appellationem, in qua dictum fuerit eum malè,apellasse debebit multam 20. librarum Parisiens.non maiorem,ex constitutione Caroli.7.anni 1435.ar.269.Idipsum statutum constitutione anno 1452.art.306.alias.21.

8 A Camera†rationalium seu computorum,appellatio sit ad Cancellarium Franciæ, & non ad curiam parlamenti;is autem de ea iudicat uocatis in consilium cõsiliarijs eius curiæ quibusdam,ut post multas cõcertationes dictum in senatu Parisiensi. 25.Nonuemb.1401.ut refert Iohannes Lucius, in placitis curiæ.& eum post.Iohan.Papus,li. 19.arrestorum tit.1.arresto.15.

Appellationes † magistrorum aquarũ, & syluarũ dicũt *maistres des caues, & foretz*;dirigũtur,aut, ut dicunt,releuãtur ad tabulam marmoream aulæ palatij Parisiensis, corã magno Magistro, aut eius locum tenente;& ab eo perueniunt ad curiam supremam Parisiensem, ex constitutione Caroli. 6. anni 1542.ar.6.Francisc.1.anni 1515.ar.86.& anni 1534.& anni 1535. & anni 1540.ar.9.& an.1544. artic.4.& 5.Et Henrici.2.anni 1558.

10 A sententijs†loca tenentium particularium magistrorum portum,seu traiectorum,appellatur ad tribunal magnum, uocant *le bureau general*, magistrorum portuũ,per constitutionem Henrici secundi an.1551.ar.11.Et à sententiis horum magistrorum seu uicariorum generalium,appellatur ad curias parlamentorum,ex constitutione Frãcis.1.anni 1542.

ni 1542. ar. 3. & Henrici 2. anni 1549. ar. 10. & anni 1551. art. 14.

A sententijs † præpositũ seu præfectorũ monetalium, appellatur ad curiam monetalium *à la cour des monoyes*, ex cõstitutione Henrici 2. anni 1555. ar. 8. Henrici 3. anni 1577. A generali curia monetaliũ, quæ sedet Lutetiæ, appellatur ad curiam parlamẽti Paris. ex constit. Francisci 1. anni 1540. ar. 55. 11

DE APPELLATIONIBVS.

LIBER QVINTVS.

De his qui appellare possunt.

CAP I.

Omnes appellare posse, qui non expresse prohibeatur.

SVMMARIA.

1 *Omnis oppressus appellare potest à sententia contra se uel contra alium lata.*
2 *Ita & tertius alius quam litigans appellat.*
3 *Et is cuius interest, propter connexitatem causæ.*
4 *Distinguitur tamen tertius à consortibus litis.*
5 *Potest quis appellare pro se & sibi adhærentibus.*
6 *Possunt actor & reus litigantes simul ab eadem sententia appellare, & nu. unius appellatio alteri nõ appellanti sit communis & in quo.*
7 *Multis modis interesse potest alicuius non fuisse ita factum uel iudicatum ut fuit, ut quia homo fuit cõdemnatus, & ideo pro eo appellat.*

9 *Quan-*

8 *Quanquam in ciuilibus sine mandato eius non possit.*

9 *Sine mandato quis admittitur ad defensionem possessionis inuasæ absentis.*

10 *Et nomine dominorum pro seruis illorum damnatis.*

11 *Vt negotiorum gestores,tutores,curatores,pro absentibus & minoribus,quia illorum interest.*

12 *Procurator pro alio appellat.*

13 *Sed num procurator lite iudicata teneatur prouocare & appellationem prosequi,disputatur.*

14 *Appellat.sine mãdato filius familias patris nomine.*

15 *Et pater materue pro condemnatis absentibus filius.*

16 *appellat & pater, filio in causa libertatis damnato, etiam eo inuito.*

17 *Quando appellatur nomine alieno, is cuius nomine appellatur, debet ratum habere intra decem dies.*

18 *Ratum autem haberi nequit,nisi eius nomine fuerit appellatum.*

19 *Excommunicatus potest appellare.*

20 *Tertius,qui pro suo intereße appellat prius debet de suo intereße docere.*

21 *Requiritur & insuper ut illud ius tertii non sit omnino separatum a iure principalium litigantium,aliter opus esset nouo processu.*

22 *Debet autem Tertius dum scit agi de suo interesse interuenire,alioquin per patientiam sibii uiam præcluderet.*

23 *Appellat Episcopus sine speciali mandato pro ciuitate sua.*

24 *Dominus pro subditis.*

25 *Capitulum pro causa Episcopi sui interdum.*

26 *Dum-*

26 Dummodo prædictorum intersit. non autem si tantum intersit ciuitatis subditi aut Episcopi. Et ibi quando domini possunt pro iniuriis subditorũ uel seruorum experiri, uel pater pro iniuria filii.

GENERALIS† REGVLA IN QVAESTIONE, I quis appellare possit, ponitur; Vt omnis oppressus & cuius interest, appellare possit: Hi quorũ non interest, contra nõ audiantur. c. omnis oppressus c. & ideo 2. q. 6. c. ut debitus honor, de app. l. 1. de app. recip. ff. c. non solent 2. q. 6. c. cum inter R. iuniorem. §. nos attendentes, de elect. c. sent. fin. vt pendente nihil innou. in sex.

Siue contra appellantem lata sit expressè sententia, ut dicto c. & ideo, & c. non solent. 2. q. 6.

Siue cõtra alium. Nam & potest appellare is, qui putat sua interesse talem sententiam non sortiri effectum. l. 4. §. alio condemnato, de app. ff. l. 2. quando appelland. sit. lib. 49. tit. 4.

Sic Martianus in l. à sententia 5. de app. ff. exempla affert, à sñia, inquit, inter alios dicta, appellari nõ põt, nisi ex iusta cã, veluti si quis in cohęredum pręiudiciũ se cõdẽnari patitur, vel similẽ huic causam, quãuis & sine appellatione & tutus est cohæres. Itẽ fideiussores ꝓ eo, ꝓ quo interuenerũt. Igitẽ & vẽditoris fideiussor emptore victo, appellabit, licet emptor & vẽditor acquiescãt. Item legatarii ibidẽ appellare possunt, hærede instituto victo ab eo, qui de inofficioso egerat. Item appel. & qui in fraudem sui appellationem factam dicit.

Et Vlpianus etiã in l. si perlusorio 14. eo. tit. Si per lusorio iudicio actum sit, appellari licere, respõdit, & si inter coniunctas personas in necem legatario

rum

rum & libertatum actum fuerit. Idem in l. si suspecta 29. de inoffic. testam. ff.

2 In c. cum super 17. de sent. & re iudicata. lib. 2. ti. 27. Episcopus Onetēsis, admittit appellās à sententia lata pro Episcopo Auriensi, contra monasterium celiæ nouæ, & eius statum, si sua interesset. Et ibid. Panor. notat nu. 1. pro summario, quod ab eadem sentētia potest appellare, nedum reus victus, sed etiā tertius cuius interest: & poterit sententia, quo ad reum nihil de iure suo docentem, cōfirmari respectū uerò tertij rationabiliter appellātis, infirmari. Et postea n. 4. nota, inquit, ꝙ quando in eadem causa plures appellant & prosequuntur, victoria unius, qui de iure suo docuit, non prodest alteri nihil rationabiliter proponenti, & sic limitari c. vna sententia 73. de app. & l. si qui separatim, de appel. ff. Et rursum n. 7. ad dictum c. cum sup, notat, tertium posse prosequi appellationem per reum principalem interpositam, etiamsi ipse per se non appellauerit, quinimo si iste reus principalis transigeret cū actore, quod nihilominus iste tertius posset, per se appellationem prosequi, & non potest reus ille per suam transactionem impedire, quo minus tertius ille appellationem pro iure suo prosequatur. Nec mirum. Sicuti enim tertius potest pro suo interesse assistere liti & illam promouere, l. si suspecta, de inoffi. testam. ff. d. l. si plusorio, de app. ff. l. sępè 63. & ibi. prolixè. Alex. de re iud. ff. auth. nūc si hæres, de litigios. C. c. cū sup, de sent. & re iu. Ita assistere pōt causę appellationis, & ēt eā ꝓmouere, reo principali desistēte. facit, l. à snīa, §. idē rescripsit. cū seq. de ap. ff. tract. & Gail. li. 1. obser. 70.

Viden-

Vidēdus porro Felinus ad c.ſuper eo,in princ.de offic.deleg.quæ priuilegio habet tertius comparēs pro ſuo intereſſe,quę tamen non habeant litigātes principales,quaſue exceptiones poſſit proponere, & quomodo probare debeat,q dicit ſua intereſſe.

Facit † cōnexitas cauſæ,ut is cuius intereſt tertius 3 poſſit nō tantum corā Iudice ordinario,ſed etiam corā Iudice delegato ſe liti coniungere,argumēto l.uni.de quib.rebus ad eund.iud.ea.ff.ne continentia cauſæ diuidatur,l.nulli.C.de iud.Et ita,quamuis reſcriptum delegationis non extēdatur ad non comprehenſa;tamen extenditur ad connexa & acceſſoria c.cum ſuper & ibi Panorm.de offic.deleg.

Et ſic admittitur hic is cuius intereſt,nō tantū in prima inſtantia ante & poſt litis conteſtationē,ſed & in principio,medio & fine litis ut Ancha.ait, ad C.fi.vt lite pend.n.4.& Fel.ad c.cū ſup, de re iud. ſed ēt in cauſa appellationis,quia ſententia per appellationē ſuſpenſa,adhuc durare dicitur cā,ut ait Oldrad.conſ.255.Bald.ad Auth.hodie,n.6. de ap. Quare īterpoſitio decreti ad petitionē unius creditoris,oīb.aliis creditorib. prodeſt,l.cū unus,de bonis aucto.iud.poſſid. Proinde tertius p ſuo intereſſe appellare poteſt,uel alterius appellationi adhærere p c.ut circa,de ap.in ſex.l.ab executore,§.alio, de app.ff. Etiā reluctāte & inuito principali agēte. l.principaliorū,de libera.cauſ.C.d.l.ſi perluſorio, de app.Fel.ad d.c.cū ſup,n.16.de re iud. Quia oīs adhęrens uel appellans dicitur principalis perſona,non procurator aut negotiorum geſtor.l.ſi pro curatorio,§.ſed ſi aliter quando app.ſit.ff.

Diſtinguitur † hic tertius à cōſortib.litis utiliter, 4

quia

qa si sint unius litis cõsortes & unus illorũ appellauerit & obtineat, hoc aliis prodest, per dictum ca.una,ca.penul.de appellat.

Nam hoc uerum est si iure communi iuuētur, & idē sit negocium & eadem causa defensionis,ut dicitur in d.c.una,& c.fi.§.quandoq; 2.q.6.& l.1.& 2. C.si unus ex pluribus appellauerit.nempe si oēs in solidum fuerint condemnati;secus si pro parte l. si quis separatim,de app. ff. quamuis aliquando contra secundum Vbertum,quem refert Speculator li. 2.part.3.de appell.§.1.nu.11.

5 Potest† & quis appellare pro se & sibi adhærentibus,ut colligit Panor.ex c.olim.26.n.2.de acc.cuius appellationis uirtute & adhærentes defenduntur.Nam si adhærentes tenentur & inuoluuntur appellationi quo ad pœnam,multo fortius debēt gaudere priuilegio principalium arg.c.1.de off.deleg.

6 Possunt† etiam litigantes, & actor & reus,simul ab eadem sententia inter illos latá appellare si grauentur,ut in c.Raynaldus de test.Et hodie in Gallia necessarium uidetur,de iure uero minime.Quia iure scripto appellatus potest se iuuare appellatione appellantis,c.ex parte 12.de rescr.Doctores c. cum Iohannes,de fide instr.Quia appellatio cōmunis est,l.ampliorem C.de appellatio.

Sed de stylo curiarum oportet utramque partē appellare,alioquin appellatio nihil proderit ei,qui non appellauerit,nec sententia quoad illum reformabitur,& ita fuit conclusum sæpius in curia Portugalensi suprema,ut refert Boerius dec.73.inc.sæpe n.7.Cuius ratio uidetur,quod in eo, in quo quis non conqueritur.sententia transit in rem iudicatā

l.1.de

l.1.de his q. propt. met.iud.non app.lib.7.C.ti.67.

Et uolenti nec reclamanti non censetur facta iniuria iudicato,l.cum donationis.C.de transact.

Item quod ultra petita nõ debeat iudicium red di.l.ut fundus,cum.diuidun.ff.

Nec certe puto in c.ex parte.prosecutionem appellationis appellati iuuasse appellatũ in eo in quo grauatus forsan erat sed uerum est, desistẽte a sua appellatione appellante,iudicium firmatũ a superiore ad persequutionem appellati,non autem reformatam,si quid grauasset appellatum.

Sic etiam intelligendus est Iust.in l.ampliorẽ 37. in princ.de appel.C.iũcta gl.cuius uerba, Ampliorẽ prouidentiã subiectis conferẽtes,quã forsitã ipsi uigilantes inueniunt,antequã obseruationẽ emẽdamus cũ in appellationum auditoriis, is solus post sñiam iudicis emẽdationem meruerat, qui ad prouocationis cõuolasset auxiliũ:altera parte q̃ hoc nõ fecisset,sñiam seq.,qualiscũq; fuisset cõpellẽda. Sãcimus itaq;, si appellator semel in iudiciũ uenerit & causas appellationis suæ ꝓposuerit,hẽre licẽtiã & aduersariũ eius,si q.d.iudicatis opponere maluerit,si p̃sto fuerit hoc facere,& iudiciale mereri p̃sidiũ:seu aũt absẽs fuerit, nihilominus iudicẽ p suũ uigorẽ eius partes implere. Hæc ibi ad uerbũ Iust. Illic aũt gl.ad uerba,si q.d.iudicatis opponere maluerit,ait,uerũ est super eo c.in quo fueris appellatũ,vel cõnexo,nõ in alio.Vt de minorib.l. ẽt,§. ex causa,& de arbitrio.l.quid tamen,& C.de transf.l.si ex falsis,& l.in offerẽdis,C.de appell.ubi in fine dicitur, Nouas ẽt assertiones a partib.apud eũdẽ uel eosdẽ iudices(appellationis) addi ad exemplũ cõ

 sulta-

sultationis ad sacrum nostrũ palatiũ introducẽda, permittimus.facit l.per hanc 4.de temp.appel.Decernimus,inquit Iust. ut licentia quidem pateat in exercendis consultationibus,tam appellatori, quã aduersæ parti,nouis etiam assertionibus utẽdi. uel exceptionibus,quæ ad nouum capitulum pertinẽt: sed ex illis oriunt,& illis coniunctæ sunt,quæ apud anteriorem Iudicem noscuntur propositæ.

Et in l.fi.quãdo prouoc.non est necesse li.7.C.ti.64.interdicitur appellato,pro quo sñia lata est pro eo quod nihil aut exiguum prosumptibus & detrimentis litis ei ad iudicatũ est,appellare quia is fatetur recte latam sententiam.Verum si iudices appellationis prospexerint adiuuãdum esse uictorẽ sumptuum perceptione, etiam sine prouocatione hoc ipsum statuẽt & iustã sumptũ quãtitatẽ, definient.

Facit auth.ei qui de temp.appel.li.7. C.ti.63. ubi,si unus mensis supersi ex tempore dato appellatori ad prosequendam appellationem,appellatore cessante;licet victori ingredi,ut reus quęratur,quo siue inuento siue non, suas afferet allegationes, ut uel confirmẽt,uel rescindatur sententia in omni casu,absente in expensis condemnãdo secundũ tempora fataliũ dierũ.Neutro uero nec appellatore uel appellato scilicet cõcurrente post secũdã fatalẽ,id est, dilationẽ peremptoriam, elapsam, sñia(a qua appellatum fuit)remanet rata, nempe deserta appellatione,quod sumptum est ex §.1.de app.noue.

7 Interesse† potest alicuius pluribus modis,& iõ tot modis admittitur appellans.Ea ratione,quia interest hominis hominẽ affici beneficio,l. seruus ea l. 7. de seruis exportan.li.18.ff.ti.7. Et quia quædã

commu-

communis est sanguinis hominum omniũ coniun ctio, l. 3. de iust. & iur. ff. Et unicuique Deus manda uit de proximo, Ecclesiastici c. 17. uers. 12.

Ideò & pro dãnato ad supplicium cuilibet licet appellare, etiã pro eo inuito, l. nõ tñ, de app. ff. l. ad dictos, C. eo. ti. & l. addictos C. de Epis. audiẽtia nẽ pe noĩe proprio, q̃a interest, nõ dãnati ꝓcuratorio. l. 1. an per aliũ caus. appel. reddi poss. li. 49. ff. tit. 9. Vt latius diximus anteà dum de prohibita appel latione in criminibus egimus.

Arbitrati† & quidam sunt, & pro condemnato in causa ciuili aliũ sine mandato appellare posse, dum modo condemnatus ratum postea habeat, sed rectius negat Speculator, lib. 2. parti. 3. de appel. 8

Et† admittitur ideò etiam sine mandato ad defendendã possessionẽ absentis ui inuasam, tertius. in l. 1. si p uim uel alio modo, turbata fuerit absent. possessio, lib. 8. C. tit. 5. Vbi tamen supplendum ait Baldus, admitti si caueatur de rato. 9

Pro† seruis etiam damnatis qui appellare nõ possunt, dominis licet appellare, & aliis nomine dominorũ, quorũ interest seruos non admittere l. serui is de appe. ff. l. Lucius Titius, 18. eo. Facit pro ratione l. 2. de his qui sunt sui uel alien. iur. ff. Ita seruus accusatus in uincula cãm dicturus, põt à domino ut extraneo, satisdatione data, defendi, l. 2. de custodia reorum li. 48. ff. tit. 3. Seruus uerò ꝓ domino appellare nõ potest, l. creditor. 28. de app. ff. 10

Negotiorum† gestores, tutores, curatores in causis absentium & minorum appellant, quia illorum interest. l. negotiorum gestor. 24. de app. ff. l. fin. de re iud. li. 42. ff. ti. 1. l. 2. si tutor uel curat. ap. ff. tenẽt 11

enim negotiorum gestor, de malè & negligẽter gestis, l. 1. de negotiis gestis. ff. ut tutor uel curator, l. 1. de tutelis, & ratio. distrah. li. 27. tit. 3. l. à tutorib. de administrat. tutor. C. l. quicquid, arbitriũ tutel. C. Sicut de procuratore dicitur, l. in re mandata C. mandati, & ita suo nomine, l. 2. quando appe. sit.

12 Potest† & quis pro se & per se, & pro alio & per alium, nempe per procuratorem & mandatum habentem appellare. l. fi. an per alium caus. app. red. poss. lib. 49. ff. tit. 9. l. 4. §. fi. de app. ff. dummodo tales res sint, quæ per procuratorem agi possint, non autem si tales sint, quæ personã requirant esse præsentẽ appellantis, ut in l. 1. & 2. an per ali. caus. app. reddi pos. l. 2. C. de ꝓcurat. l. 5. quor. app. nõ recip.

13 Quæritur† tamen, an procurator, qui eam peregit litem, in qua sententia secuta sit, cogatur in ea causa appellare, & prosequi appellationem? Et respõdetur, ꝙ si procurator ad negotia datus appellauerit, & postea reddiderit rationes, non esse cõgendũ prosequi, posse tñ si uelit & dñm quoque, l. fi. an per aliũ caus. app. red. poss. ff. exẽplo tutoris & curatoris, q reddiderint rationes, l. pen. & l. fi. §. fi. de appe. ff. & l. 1. si pendent. appe. mors interu. li. 49. ff. tit. 13. aliter si non reddiderint, facit l. vni. vt caus. post puber. adsit tut. li. 5. C. tit. 48. Quod si sit ꝓcurator ad cãm & uictus sit, tenet appellare ꝓ domino, gl. 1. ad d. l. fi. an p ali. caus. appe. red. poss. ff. & expresse in l. inuitus, 17. de procurator. li. 2. C. tit. 13. l. 8. §. 8. mandat. ff. Sed nõ prosequi, ut dicta glossa ait; nisi generaliter ad oĩa negotia fuerit datus, vel ad litẽ & appellationẽ prosequendã simul.

14 Appellat† quoque & sine mandato filiusfamilias

patris

patris nomine,l.ex cõſenſu 23.§.filiũfamilias, de app.ff.Et ſic ẽt iudicauit ſenatus Gratianopolitanus menſe Mart.1489.ut refert Papus lib.19.Rhaſpod.arreſt.tit.1.arreſt.7.argum.l.exigendi. C. de procurator. forſan quia ſua intereſt, cũ ẽt uiuente patre pro domino habeatur,paternorũ bonorũ, l. in ſuis;de lib.& poſth.ff.& in tit.de ſuis & legitim. hær.ff.facit.l.cum ratio,de bonis proſcript.ff.

Intereſt † quoq; patris & matris rõne proximitatis, coniunctionis & pietatis, ne res filiorũ ſnía euertãtur,ideo pro illis appellant,l.1.§.1.de app. recip.ff.c.non ſolẽt,2.q.6. quia & ad illos põt uenire filiorũ ſucceſſ.l.nã etſi parentib. de inoff.teſt.ff. 15

Licet † & patri,filio uicto in caſu libertatis appellare.Hoſtienſis in ſumma de appel.§.3.quia & proximorum intereſt, ne ſeruitute ẽt genus inficiatur per uolentẽ,l.1.& 2.de libera.cauſ.ff.quanquam in prima cã ante iudicium,nõ licuerit patri uel matri pro reb. filijs agere ſinę mandato l.2.§.pen.quando appell.ſit.l.1.de appell.recip. ff.niſi quando filij uel parentes morbo impedirẽtur agere, l.fœminas, dę procurat.ff.cum ſimilibus. 16

Obſeruãdum † autem monemur iure,quod ubi nomine alieno appellatur ſine expreſſo mãdato,is cuius nomine appellatũ eſt, dẽt intra decem dies poſtea ratã habere appellationẽ, poſtquam ſciuerit appellatum.c.non ſolent 30.& ibi gl.ad uerbũ, mox.2.q.6.l.1.de appell.recip.l. bonorum rem ratam haber.ff.Speculator lib.2.parti.3.de appell.§.1.nu.7.quia poſt decem dies appellare non licẽt.c. cum dilectus 32.in fi.de electio.c.ſignificantib. de teſtib. de quo poſtea Deo fauente latius. 17

18 Requiritur † & hic, ut quod ratum habetur, eius nomine, qui ratum habet, gestum fuerit. nam si nõ fuerit gestum eius nomine, ratum habere n equit, c.ratum.9.de reg.iur.in sex.

Et sic ratihabitio retrò trahitur & mandato procul dubio æquiparatur cap.ratihabitionem 10. de reg.iu.in sext. quod ibi explicat fuse Dynus & Speculator, tit.de locato §.6.vers. 168.

19 Augetur † superior regula, ut etiam liceat excõmunicato appellare; si sua intersit, & appellationẽ prosequi, c.cũ inter priorem 5.c.dilecti 8.c.dilectę 10.c.significauerunt 11.c.venerabilem 14.de exceptio.in quib.exceptio excõmunicationis nõ repellit à defensione, ne iudiciũ claudicet, neq; ab impetratione rescripti super causa appellationis quã uis in eo non fiat mentio de excommunicatione.

20 Postremò † tñ loco notandũ erit, non admitti tertiũ interuenientẽ in lite vel appellatione, nisi prius de suo interesse saltem summariè doceat, Bar.ad l. a diuo Pio.§.si super reb.nu.2.& ibi ẽt Iason nu.19. de re iud.ff.propter fraudis suspicionẽ, l. si suspecta 29.de inoffi.test.ff.plenè Gaillus li. 1.obser.69.

21 Neq; † etiam si ius tertij separatũ sit à iure principalis. Nã in hoc casu requiritur nouus processus, & noua causæ cognitio, & ita cessat cã interuentionis & formula; quia qui interuenit liti alienę debet causam acceptare, in eo statu, in quo eã inuenerit, tex.in c.fi.vt lite pendente, in sex.& ibi gl.ad verb. in illo, & Anchar.& Philyp.Franc. vterq; nu.4.textus in cap.ut circa, de electio.in sex.Bald.ad l.si eo tempore, in fi.C.de remissio. pign. & alij plures, quos refert Gaillus lib. 1.obseru.71.nu.1.

Sed

Sed † quoties tertius scit aliũ agere de iure ad se 22 pertinẽte principaliter uel principaliter ad ipsum spectãte, sibi prçiudicat per patientiã, & scientiã, ut postea nõ possit interuenire, & sibi debeat imputare, quod nõ contradixerit uel protestatus fuerit, ꝙ explicat per plures doctores Andreas Gaillus prædicto li. 1. obseru. 70. nu. 25. & sequentibus.

Appellat † Episcopus sine speciali mandato pro 23 ciuitate sua, & pro subditis, ut ext. de appel. c. dilectis, 55. & ibi nota. Gui. Pap. q. 436. n. 27. & q. 464.

Idem † de quolibet domino pro subditis dicen- 24 dum, arg. d. ca. dilectis, & c. cõsuluit, in 3. eod. ti. de appellat. & c. non solent, 2. q. 6. Guid. Pa. dec. 464. Nam factum subiectorum tangit dominum, ideo, & suo, & suorum nomine appellare potest.

Itẽ † capitulũ appellat, & agit pro causa sui Epi 25 scopi, si Episcopis negligẽs est, uel aliquid facit in eius præiudiciũ, ut in c. dilecti de maiori. & obed. Specul. l. 2. parti. 3. titu. de appell. §. 1. nume. 14.

Cæterũ † in præcedentibus casibus, opus est di- 26 stinctione, quã tangit Guid. Pap. dec. 464. & Gaill. li. obseruat. obser. 125. Et generaliter quãdo quæritur, nõ dominus uel alius possit appellare pro subdito, perueniendũ est ad quæstionẽ, quãdo possit agere pro subdito, de qua gl. ad c. auctoritate 4. ad uer. pertinẽt, de priuil. ĩ sex. li. 5. ti. 7. & ibi Ancha. n. 2. Pan. ad c. licet causã, n. 13. de probat. & Felin. ibid. n. 12. Innocẽ. ad c. dilectis filiis, de appe. n. 2. & ibi Philipp. Franc. n. 4. & Rota, dec. 13. de iud. in nouis, Bal. ad c. 1. §. iniuria. n. 5. de pace in iur. fir. in qua distinguunt. Vt si causa ipsos subditos tãtũ respiciat, puta quod furtum factum, eis sit, uel bona

fuerint interpellata propria,& domini nō interſit principaliter,nō poſſit pro illis agere uel appellare etiam ſi eius ſint cenſuales,expreſsè in c. auctoritate,de priuileg.in 6.

Quia nemo alienæ litis defenſor ſine ſatisdatione aut mandato eſt idoneus, l.qui proprio.46.§. q aliū & l.nō uidetur. 53.de proc.ff.l.in eo qꝫ plus 110.§.1.de reg.iur.ff.§.ſi uero de ſatiſ. li.uni. C.de ſatiſda.Ita in hoc caſu neque uniuerſitas aut collegium agit pro iniuria facta uni de collegio aut uniuerſitate,quia quæ ſunt uniuerſitatis,nō ſunt ſingulorū,aut contra,ut de rer.diuiſio in ff.per l.in tantū.6.§.uniuerſitatis 1.de id ius.uoca.ff.l.ſed ſi ac lege.10.§. qui manumittit,& l.ſicut municipiū. 7. qꝫ cuiūſq; uniuerſ. nō uel cōtra eum agit li. 3.ff.ti.4.

At ſi factum ſubditi uel iniuria tangit aliquo modo dominū,tunc experiri poteſt,& appellare ſine mandato ꝑ eó,quia ſua intereſt,puta ſi quis à ſubditis indebitè collectas exigat,uel eos uexet,ut ait Archid.ad d.c.auctoritate,& ita in facto ſubditorū turbari,& iniuria affici uidetur dominus,l.uim facit,de ui,& ui armat. & ideo cōpetit ei actio de dolo uel utile interdictū, uti poſſidetis, gl.ad d.c. auctoritate,uel recuperandæ.Anch.ad Clem.1.de reſcript.n.3.5. 11. Panor.n.6. ad c.dilectis filiis, de appell.uel actione iniuriarum,per tex.l.item apud Labeonē,§.ſi quis fecit,& §.pen.& fi.de iniur. ff.§.ſeruus autem,eo.ti.apud.Iuſt.Ita cōpetit actio domino iniuriarum pro iniuria ſeruo facta in contumeliam domini, ut ibi dicitur.Idem dicendum de Clerico,Monacho,Ciue,Vaſallo,quorū nomine Epiſcopus, Abbas,ciuitas,dominus agere poſſunt

iniuria-

iniuriarũ nomine Philipp.Franc.ad d.c.dilectis,n. 5.& ibid.Innocẽt.Et ita seruari in Camera ait Gaillus obseru.125.n.7.lib.1.Et in Gallia Papæus,dec. 464.num.3.& 4.

CAP. II.

De quibusdam qui non possint appellare.

SVMMARIA.

1 *Pro alio nemo sine mandato generaliter si sua non intersit,appellat.*
2 *Officialis in officiando penitus non appellat,pro aliis appellat.*
3 *Confessus in iudicio,& coniunctus de debito non appellat,iure Pontificio,& Gallico contra.*

NON tenet† appellatio,eius, q pro alio appellauit sine mãdato si sua non intersit,nisi alius ratificet appellationẽ nomine suo factã intra tempus præfixum,puta decem dierũ ad appellandum libonor.possessio.24.rem rat.habe.li.46.ff.tit.8.& l.1.cũ ibi notat.per Bar.post.gl.de appell.recip.ff. Archid.ad c.non solent.2.q.6.gl.ad c.ut circa,ad uer.adhærentes,de elect.in sex.gl.ad reg.iu. Ratihabitionem,in sex.Sic,& senatus iudicauit Gratiopolitanus,ut refert Papus li.19.Rhapso.Arest.li.6. Arrest.9.Quia patiẽdo tempus labi,in quo competebat ius,puta bonorũm possessionem petendi:uel ius appellandi aut prosequendi appellationẽ;uel aliud quodcũq; uidetur tacitè illi iuri renunciasse, §.si uero,de his q ingred.ad app.l.1.§.ita ãt si tabulæ test.nullæ exstabũt li.38.tit.6.Iõ & per ratihabitionem

conatur redire ad id, ꝙ semel renunciasse uidetur, ut l.si quis iusiur. C.de reb.credit. l.fi.de conditio. insert.l.de die, §.fi.qui sati.cog. Colligitur ergo in sũma ex superioribus primus casus, ne quis possit appellare, si sua non intersit. Secundus non possit appellare pro alio sine mandato, nisi rata sit appel latio intra legitimum tempus habita.

2 Nõ† admittitur, & 3. appellatio officiarii cõdem nati pro delicto commisso in officio, per eu cuius est officialis.l.nulli, quorũ appellatio.nõ recipian. li.7.C.ti.65. Quanquam si de patrimonii sui causa esset condemnatus, appellare, ut ibidem dicitur. Huc referri possunt quæ antea docuimus, de prohi bitione appellãdi à castigatione uel à correctione superioris li.2.cap.10.

4 4. Non† potest appellare confessus in iudicio, uel conuictus de debito maxime publico, l.fi.quo rũ appell.non recip.lib.7.C.tit.65.

Cap. III
An pactus de non appellando, appellãre possit.

SVMMARIA.

1 *Pacto renuncians appellationi non appellat.*
2 *Quia licet beneficiis sibi indultis renunciare.*
3 *Ratio 2.ex conuentionum ui.*
4 *3. Quia licet tacite, ergo, & expressè.*
5 *4. Ex l.tale pactum §.qui prouocauit de pact.*
6 *Et 5. ex l.si aduersarius tuus, de fid.instrum.ff.*
7 *Sexta, quòd fieri potest per legem, & potest per pa ctum.*
8 *Septima per argumentum à minori ad maius.*

9 Octa-

9 Octaua, quia licet totam. litem pacto euitare, ergo & partem appellationis.
10 Saliceti media sententia cum distinctione pacti mutui & simplicis.
11 Per renunciationem appellationis, nō censetur renunciatum iuri dicendi sententiam nullam.
12 Alia sententia, licere appellari non obstante renunciatione.
13 1. Quia non possit ei ut bono publico renunciari.
14 2. Argumento l. 1. §. quod ait prætor, quorum legat.
15 3. Ex l. cum apud Sempronium, iudicat. solu. ff.
16 4. Quia prohibitum ne impediatur appellatio.
5. Per l. 1. §. si quis, à quib. appell. non licet.
17 6. C. ad hæc, de appellat.
18 7. Quia futuro iuri non competenti non renunciatur.
19 8. Quod hæc renunciatio fieret in præiudicium superioris iurisdictionis.
20 9. Quod etiam in criminal b. pro inuito appelletur.
21 10. Quod non possit renunciari reductioni ad arbitrium boni uiri cui comparatur appellatio.
22 11. Ex l. 1. de libera. causa. ff.
23 12. Quia qui cœpit iudicium tenetur illud ad finem usque prosequi.
24 13. Ex cap. sollicitudinem, de appellatio.
25 Affertur solutio proxima prioris rationis, retenta prima sententia.
26 Solutio 2.
27 Solutio 3.
28 Solutio 4.
29 Solutio 5.
30 Solutio 6.

51 *Peniten-*

51 *Pœnitentia quare quædam crimina non euadunt in famiam.*

52 *In Gallia quare appellans inuito appellato possit renunciare appellationi.*

53 *Renunciatio unius appellationis non adfert præiudicium aliis adhærentibus, nec illis prodest.*

54 *Alius quam dominus non potest renunciare appellationi, nisi procurator ad hoc habeat speciale mandatum.*

55 *Summa quædam resolutionis superiorum circa renunciationem appellationis ex pacto uel apud acta.*

56 *Alia de eadem distinctio ex Speculatore.*

57 *Remota appellatione grauamen omninò non reuocatur.*

QVINTVS† maiorem habet controuersiam, an 1 liceat illis appellare, qui pactum fecerunt de nō appellādo. Et quidē iure uidetur illis interdicta appellatio per textū in l. fin. §. fi. de temp. app. li. 7. C. tit. 63. Sin aūt, inquit Iustinianus, partes inter se scriptura interueniente paciscendum esse crediderint, memini partium ad prouocationis auxilium licere peruenire uel ullum fatale obseruare: eorum pactionem firmam esse censemus. Legum enim austeritatem in hoc casu uolumus pactis litigantium mitigari.

Idem Vlpianus in l. 1. §. si quis, à quib. appe. non licet, li. 49. ff. tit. 2. Si qs ante sententiam professus fuerit, se à Iudice non prouocaturum, indubitatè ꝓuocandi auxiliū perdit. Et ita resoluit Rota dec. 287. licet appellationi, n. 1. in nouis, ut liceat renūciare appellationi interponēdæ à diffinitiua uel in-

ter-

terlocutoria,per pactum:sine pacto tamen simpliciter non valere huiusmodi renunciationem. Et sic inquit,non obtinet,l.nō potest uideri. 208.de reg. iur.non pōt uideri desiisse habere qui nunquā habuit,& quod iuri futuro nemo potest renunciare, nam hoc uerum simpliciter; sed per pactum sic, l. postquam lite, C.de pact.& notat gl. ordinaria ad c.ex multiplici,de decimis,& ibi Gotfred.Ponit & rationem diuersitatis c.sunt autem,2.q.6. & ibi Io han. Hoc idem tenet & Bald.seu gl.ad c.cum dilectus,de arbit.

2 Ratio† prior videtur,quia unicuique licet beneficiis in sui fauorem introductis,renunciare.l.si qs in cōscribendo,C.de pact.& C.de Episc.& cler.l. si Iudex circūuēto 4.de minor.25.annis ff.l.1.de feriis,ff.l.in constāte,de donat.ante nupt.C.Etiam si futurū sit beneficium,ut l.1.C.de pact.li. de fideicōmisso,de trans. At nemo dubitat appellationem esse remedium fauorabile iuris,l.1.de app. ff.quia & uocatur beneficium,in c.an sit deferendum,42. de appe.Et pacto iuris beneficio renunciari potest l.pacisci,de pact.ff.

3 Alia† ratio ex generali conuentionum firmitate trahi potest,quæ ab initio liberæ sunt,postea uerò inuitis contrahentibus retractari nequeunt.l.sicut, C.de actio.l.in commodato,§.sicut,commod.

4 Tertia,† quod licet tacitè,licet & expresè, quia expressum facit cessare tacitū,l.qui ex filio,§ filio, de vulgar.ff.Et tacita habentur pro expressis, l.cū quid,de reb.cred.ff.At ualet tacita renunciatio appellationis,si quis acquiescat,si non appellet intra tempora,ut dicemus.Ergo ualebit expressa.

4.Fa-

4.Facit† l.tale pactum,40.§.qui prouocauit, de pact.li.2.ff.ti.13.Qui prouocauit, inquit Papin. pactus est,intra diem certũ,pecunia quã transegerat nõ soluta, iudicatis se satisfacturum.Iudex appellationis,nullo alio de principali causa dicusso,iustã conuentionem,uelut confessi sequetur. Ita ibi sententia lata & appellatione interposita,renunciatur eidem efficaciter.

5.Facit† L.si aduersarius eius,3.de fide instr.lib. 3.C.tit.21.ubi,si quis cum fides instrumenti producti in dubiũ reuocaretur,apud acta p̃sides prouinciæ,nõ se eo usurum protestatus est,non potest postea pœnitere,& eo uti. 6

6.Quæ† fieri possunt per legem,fieri possunt per pactum.l.nõ impossibile.50.de pact.ff. At per legẽ fieri potest,ne liceat appellare,ad sopiendas celerius lites,ut diximus in pluribus exemplis, in quibus inhibetur appellatio.Ergo & per pactum etiã, occasione eiusdem rationis minuendarum litium, ne liceat appellare,recte cauebitur. 7

7.Firmat† argumentũ a maiori minus a minus affirmatiue,quod receptũ est regul.cui licet, de reg. iur.in sex.l.non debet,eo.tit.ff. 8

At maius est renunciare appellationi iam interpositæ,quam interponendæ:siquidem insinuata appellatione iudici ad quem,uidetur causa ad eũ deuoluta,& eius interesse,appellationi nõ renunciari sine eius auctoritate.Vt quãdo ab arbitrio ex compromisso ad alium Iudicẽ itur,uidetur arbitrio iniuria irrogari.l.sed si in seruum 9.§.fi.& l.seq.de recept.arbit.l.4.ff.tit.8.

Item interest ipsius iudicis a quo,ne postquã ab

eo prouocatum est, sentētiaque eius in dubium reuocata, relinquatur dubia eius opinio, quum per friuolas etiam appellationes ei iniuria fieri uideatur, l. fi. quando prouocar. non est necess. li. 7. C. tit. 64.

Potest autem quis renunciare appellationis interpositæ, ut dicemus postea suo loco.

Ergo & interponendę multo magis, quia nullius alterius quam renunciantis interest, nec iniuria iudici ad quem a quo appellatur, irrogatur.

9 8. Item† retenta propositione maiore, cui licet quod plus &c. licet totā litē pacto sopire, neq; datē postea regressus, in l. postquā liti 4. C. de pac. & tit. de transf. Ergo & licebit & parti renunciare nempe appellationi; in qua minus est.

Et ita quod de toto dicitur permissum, & in parte diuisibili est permittēdum, l. quæ de tota, de rei uendicat. ff. Et hæc pro sententia affirmatiua.

10 Salicetus† uero ad l. fi. §. fi. n. 7. de tempor. appella. C. ait, ut quamuis in illo. §. ualeat renunciatio appellationis mutua, facta inter partes: tamen non ualeat simplex renūciatio, quia pactum claudicat, & quia contractus pacti utriusque cōsensu firmatur, l. 1. de pact. ff. renunciatio unius inęqualis uideatur nempe ut uni non liceat, quod alii liceat: itē quod pactum de futuro sit iure, renunciatio de præsenti, nisi ipsa renunciatio fieret in iudicio, quia tunc præiudicat l. 1. §. si qs, a quib. app. nō licet. ff. illic claudicare dēt iudiciū, ut uni liceat, ꝙ alteri nō liceat c. cū inter. de excep. l. nō dēt actore 42. de reg. iur.

Et numero 9. d. §. fi. l. fi. de temp. appel. C. Salicetus explicat, ita quoque renunciationē generalem appellandi uel pactū pertinere ad omne grauame

diffini-

diffinitiuæ & interlocutoriæ, secundum Bal. ad l. 1. §. si quis, a quibus appell. non licet.

Tamen† addit per renunciationem iuri dicendi sententiam nullam, per l. si domus 20. de ser. urba. præd. ff. dūmodo seorsim nullitas ab appellatione, deducatur in iudicium, secus si cum appellatione. quia tunc per modū sic agendi, renunciatur & nullitati, quādo appellationi nullitas inest, ut in l. quædam mulier 41. fam. ercisc. ff. arg. l. Labeo, de pact. & l. soluitur, quib. mod. pig. uel hypoth. solui. ff. 11

Sunt† qui putēt paciscētes, non obstāte renūciatione posse appellare, & eorū pactionē infirmā & inefficace esse. Rol. a Val. li. 1. cōs. cōs. 29. n. 7. 28. 29. 12

Atque in certis casibus appellationis renunciationem prohibitam esse notat, Socinus cons. 45. in cip. uisa appel. §. præterea quandocunq; in 1. parte.

Rationes† possent adduci pro sententia infirmante pactum. 13

1. Quia bono publico introducta est appellatio, non tantum in fauorem litigantium, sed etiam in odium iudicum inferiorum, contraque imperitiā & iniquitatem sententiarum eorum l. 1. de appel. ff.

At nec ex prætorio, nec ex solenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quāuis obligationem causæ possint immutari, & ipso iure & per pacti executionem. l. nec ex prætorio 27. de reg. iur. ff. l. ius publicum, de pac. ff. l. neq; pignus 46. §. priuatorum conuentio, de reg. iur. ff.

Secūdo† adducitur l. 1. §. quod ait Prætor uolūtate eius, quorū legat. li. 43. ff. ti. 3. Vbi explicatur edictum per quod prætor statuit, ut si legatarius sine uoluntate hæredis nactus fuerit sibi legatum, resti- 14

tuere teneatur quia per manum hęredis tenetur ac cipere,& non sibi ipsi ius dicere.

Illud aūt ex uoluntate intelligit, ut postea, aditā hęreditatem ab hærede uoluntatem habeat nam si ante aditionem habeat,uoluntas ei non prodest.

15 Tertio † affertur l.cū apud Sēproniū 20. iud. sol. li.46.ff.ti.7.cuius uerba Scæuolæ.Cum apud Sēpro niū Iudicē datū,reus defēderetur,stipulatione cau tū est,ut ꝙ Sēpronius Iudex iudicasset,prętaretur (à fideiussore uidelicet) a cuius snīa petitor appel lauit,& cū apud cōpetentē appellationi Iudicē res ageret,defēsore cōdemnato;quæsitū est,an stipula tio cōmissa esset? Respōdit,scdm ea quæ propone rētur non esse cōmissam,ideo, stipulatione adiicit, quiue in eius locū substitutus fuerit. Vnde colligi- tur,quod is qui fideiussit iudicatum solui,respectu sententiæ certi iudicis,Iudice mutato per appella- tionem interpositam non tenetur.

16 4. Prohibitum † est,ne omnimodo impediatur appellatio l.imperator 25.de appell.in ff.

Quale neque uolente aduersario prohibitio illa uiolari poterit.arg.l.quos prohibet prætor.7.de po stulat.li.3.ff.ti.1.Quos prohibet prætor, inter Ca- ius apud se postulare omnino prohibet etiam si ad uersarius patiatur.eos postulare.

5.Citat̄ p gl.ad §.si quis,l.1.a quib. appellare nō licet:l.cum falsa 5.de de iur.& fact.ign.li.1.C.ti.18.

17 6.Videtur † textus expressus in c.ad hæc 20.in 2. sic inc.de appe.cuius uerba.Præterea de his q iura mēt̄ præstāt,ꝙ Ecclesiæ stabunt iudicio,& postea appe lāt;id tua sollicitudo puideat, ut eos seruare quod iurant, uel infra xl. dies post appellationem

inter-

interpositā,iter accipere ad ipsam prosequendam cōpellas.Idem in c.quæstioni,quam facis,21.eod. Vbi non cogitur præcise iuramentum seruare, qui iurant de sequendo iudicio,sed uel seruare,uel prosequi appellationem.

Quia non uidetur deferere iuramentum grauatus,qui,quis ex iusta causa admittit illud.l. ult.qui satisdar.cogant.ff.lib.2.tit.8. Qui iurato promisit iudicio sisti,non uidetur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruit.

7.Qui† superstitis repudiauit hæreditatē,& antequā ei deferretur,potest post ea delatione,facta nō obstante illa repudiatione,acquirere & adire,l. qui superstitis,& l.is q,de acq.hær.ff.l.1.§.decretalis,de succes.edict.nec ualet renūciatio iuris rei q̄ nō cū petebat.l.si ita scriptū,45.§.sub cōd.de leg. 2.ff.l.q pōt 135.§.ꝙ quis,de reg.iur.ff.ꝙ quis si velit habere non potest,id repudiare non potest. 18

8.Videtur† repugnare,quod tali pacto,ne liceat appellare,non impediatur posteà appellatio. 19

Quia factū uidetur in præiudicium superioris ad quem pertinet prouocatio.Sicuti iuramentū de faciendo quod quis uoluerit,nā extenditur ad causā superioris,ut ei promissum debitum non præstet, & præiudicium eius l veniens,16.de iur.li.2.ti.24. Melius in c.uenietes 19.eo.tit.Innoc.3.rescribens Consul. & populo Tudertino,refert consules Tudertinos sibi exponi curasse,quod cū aliqui Tudertinorum uocarentur ad officium cōsulatus firmare proprio iuramēto,quod super mutuis & plagiariis secundū ciuitatis cōsuetudinē iudicarent, & infra 28.dies q̄ iudicassent se executuros;& pinde occa

sione illius sacramẽti de exequendo infra 28.dies, nõ posse appellationibus ab eorum iudicijs interpositis deferre,nec differre executionem.

Mandat autem vt non obstante dicto iuramẽto, deferant appellationibus.Cum prędictũ iuramentum excusare illos non posset,in quo debet intelligi ius superioris exceptum.quæ ratio ẽt probatur, in c.eam te,c.ad nostram 2.eo.tit.de iur.c.constitutus,de rescr.& in constit.Frider.li.2.feud.tit.55.§.4.de proh.feud.alien.p Frider.Hinc notat Pan.q.6.n.6.q vbicunq; appellatio est interponenda ad Iudicem Ecclesiasticum uel alium superiorem, nõ valeat statutum de non appellãdo p d.c. veniẽtes.

20 9.In†criminalibus non potest expresse renunciari appellationi,ut notat Matthæ.de Affl. decisi. 78.n.3.quia & p inuito appellat l.nõ tãtũ,de app. l.addictos.C.eo.ti.Quia est species defensionis,c. cũ inter c.cũ olim,de excep.l.pactũ inter,de pact. ff.nec auditur perire volens,l.non tantum,de app.

21 10.Remedium†appellationis æquiparatur cum remedio reductionis ad arbitrum boni uiri,sicut & alia exceptio,qua potest sententia arbitri retractari,l.nõ distinguemus,32.§.cum quidam,de recep. arbitr.li.4.ff.ti.8.

At non potest renunciari iuri petendi reductionem ad arbitrium boni uiri,Bar.in l.quidam cũ filium,de uerb.ob.fac.nota.ad c.scienti,de reg.iur.

22 11.Videtur†pro hac scientia facere l.1.& 2.de libera.caus.li.40.ff.tit.12.Vbi si in seruitutis conditione constitutus,non patitur de suo statu litigare, puta quod ita sibi & proximis suis voluerit seruitutis nota iniuriã inferri,non obstante ęius uolũtate

tamen,

tamen potest pater pro filio & filius pro patre, itatum defendere etiam inuiti.

12. Videtur† obesse c. 3. §. omnẽ verò causarum 23 finẽ uolentes, &c. de litigio. nouell. 112. Vbi actor q̃ agere cœperit, tenetur & cogitur litẽ prosequi vsq; ad finẽ, alioqtin tanquam contumax, postquam uocatus fuerit legitimè, damnatur tanquã præsens. Itẽ authen. qui semel, quomo. & quand. iudic. li. 7. C. tit. 43. Lis autem non dicitur finita, nisi per appellationis sententiam ex integro diffiniatur.

13. Potest† adduci c. sollicitudinẽ 54. de appell. 24 ubi qui appellauerat ab Episcopo ad Papam omisso medio Archiepiscopo, si excõmunicet & adeat Archiepiscopum pro obtinẽda absolutione etiam protestatus se non renunciare ideo appellationi, tamen renunciasse videtur tacitè contrario facto; non tamen ideo censetur renunciasse grauamini.

Item in c. cum olim 7. de dolo & contumac. li. 2. tit. 14. quamuis quidã post emissam de facto prouocationẽ, contra sentẽtiam iudicum delegatorum censeretur renunciasse appellationi, tamen ei indulgetur adhuc annus ad proponendum grauamẽ si quod haberet.

Sed† possunt disolui rationes proximè in mediũ 25 adductæ. In primis quod pertinet ad primam, qua dicebatur bono publico inuentã esse appellationẽ: hoc quidem uerũ est, sed principaliter in fauorem priuatorum, si velint ea uti. Nam inuito beneficiũ nõ datur. l. inuito 70. de reg. iur. ff. l. hoc iure, §. non p̃t de donatio. ff. Et tñ est ꝓuisio legis; sed ꝓuisio hoĩs tollit ꝓuisionẽ iuris, l. maritus. C. de procur. Et potest quis renunciare sententiæ in sui fauo-

rem latæ,l.si Iudex 41.de minorib.25.ann.Ergò & beneficio appellationis.

Sic vnicuiq; licet contemnere quæ pro se introducta sunt d.l.si iudex.sine spe recipiendi,ca.quã periculosum,8.7.q.1.ubi de hoc,& c.statuimus de regula.& per gl.ad §.quia uerò,ad verb.senatuscõ sulto 94.nouel.ut sine prohibitione matres, debitrices & creditores tutelam gerant minorum.

Vbi distinguitur pro licita uel illicita renunciatione iuris,quod aut ius est publicũ auctoritate & utilitate;ut qa ius fisci,vel alia utilitas in eo uertit: & tunc renunciari non potest.l.1.& 2.sine censu & relig.fundum compa.non posse. C. & sic intelligitur l.ius publicum,& l.inter debitorem,de pact.ff.

Aut auctoritate tantũ,nõ tamen utilitate ius est publicũ,ut in §.1.de excusat.tut.apud Iustin.Et tũc aut illud ius statutum est in vtilitatem solum renũciantis,aut renunciantis & cõmunis In primo casu potest renũciari,siue sit priuilegium siue ius ex aliquo contractu uel pacto.Vt tit.de pactis, & de trãsactionib. de acceptilationibus,de nouationib. exceptis casibus,quos notat.gl.ad l.pen.C.de pact.

In altero casu, quando utilitate publica & renũciantis quippiam introducitur non licet renũciare vt l.2.§.sed quia,de iura.Calum.C.l.quos ꝓhibet, de postul.ff.l. quidam decedens , de administrat. tut.cum simil.c.si diligenti de foro compet.

Si vero renuncietur iuri communi, quod nec est in fauorem,nec est in eo publica utilitas,potest renunciari,vt notat l.ius publicum,de pact.ff.

Item si quando publica utilitas uersatur, si illud ius consistit in prohibitione uel præcepto,tunc renunciari

nunciari non potest: si in promissione, potest.

Quod si alterius ĕt priuati, ut & publici inter sit non procedit regula in præiudiciū tertii renunciatio, Dec. ad l.inuito, n.2.de reg.iu.ut in l.seruus uetante, de uerb.obli.Ias.ad §.non pōt, l.hoc iure de donatio.ff.

Si quid etiam introductum sit in odium aliquorum, & fauorē etiā alicuius non potest renunciari, ut in Macedoniano.l.1.ad senat.Maced.ff.Cōtra si in fauorem tantū renunciantis, ut in Velleiano l.fi. §.penu.ad senat.Vellei.ff.Appellatio autē nō est introducta in odiū iudiciū quāuis illorum sentētiæ interdum retractantur, nam sæpè, & in peius reformantur.l.1.de appell.ff.

At appellatio permissa est appellāti si uelit, non autem prçceptum ei est, ut appellet: neque in odiū iudicis pro cuius sententia semper præsumitur. Ideo ualet renuntiatio.

Ad 2.†respōdet gl.ad d.§.1.l.1.à quibus appel. 26 non lic.ff.ideo uolūtatem hæredis emissā ante aditionem, de accipiendo legato, non prodesse legatario, in l.1.§.quod ait, quorū legat.ff.quia ꝙ inde sequebatur nō erat legitimum. Puto quod uelit dicere, promissionem datam legatario ante aditā hçreditatem, non esse sufficientē, quia is heres nō erat, qui cōcedebat, & oporteat hæredē esse, & adesse, qui legatum concedit. Pactum autem de appellando, est de sententia in negotio paciscentis.

Bart. porro ad d.§.1.l.1.ex Dyno ait, ꝙ cōsēsu in §.quod ait, magis ptinebat ad repudiationē, quā ad pactū; & ideo illā nō ualere scilicet nō esse efficacē, qa repudiatio extra iudicium facta nō ualet.

27 Tertiò † non obest.l.cum apud Semproniũ, iud. solui.ff. Nam nõ ideo ibi fideiussor non tenetur de eo quod promissum erat soluendo, quod à Iudice Sempronio iudicaretur, quia non ualeat ꝓmissi o, ut stetur sententiæ; sed ex eo, quòd is in cuius fauorem pactum erat, appellauit, & alio Iudice dãnatio facta est, & ita pactum personale de soluendo iudicato à certo Iudice, non porrigitur ad iudicatũ ꝑ alium Iudicem. Ideo & iurisconsultus admonet, adiiciendnm fuisse, de soluendo iudicate à Iudice & ab eius subrogato.

Sed & retorquendo le.cum apud solue, si dictum fuisset, inquit Lex, obligatum esse fideiussorem de soluẽdo quod à Iudice primo & eius successore iudicatũ esset, teneretur fideiussor ne iudicato in iudicio appellationis; quia die illo cautũ esset; ergò & pactũ de nõ appellãdo obligat, quia non tm̃ iudicãtẽ à quo appellatur, sed ẽt ad quem, complectitur: non.n. dicitur, appellatio nisi ad superiorem, vt docuimus in finitione, & ex c.2. de consuet. in sex.

28 Quarto non obest L.imperator, de app. Quia nemo prohibet appellare litiganti, ut in l.Imperator, sed ipse litigans sibi ipsi prohibet, imò nec lex prohibet, quo minus appellet.

29 Quintò † non obest, l.cum falsa. Quia ibi nihil de appellationis renunciationè. Et proinde frustra & glossa & Bart. ad l.1.§.si quis, quibus appellat, nõ licet. recurrunt ad distinctionem, quod ibi professio facta est extra iudicium: hic in iudicio. Et explicatẽ autẽ ista distinctio in quæstione illa §.si quis dum dicitur solam professionem se à Iudice non prouocaturum, adimere prouocandi potestatẽ; quando

illa

illa professio facta est in iudicio;ut uelint professio nem de non prouocando exrra iudicium factã nõ obligare & nihilominus libertatem esse prouocãdi per d.l.cum falsa.Quia cõfessio extraiudicialis nõ nocet.l.cert.6.§.si quis absente.de confessis,li.42. ff.ti.2.l.uni.& ibi.gl.eo.tit.C.de confes.li.7.tit. 59.

Professio iudicialis apud acta nocet & reuocari nequit,in l.si aduersarius 3.de fid.inst.li.4.C.ti.21. si acceptata uel præsente parte;non aliter.in l.certum confessus,§.si quis absente,de confess.ff.

Attamen sine controuersia dicunt extraiudicium etiam factam pactionem cũ aduersario de nõ pro uocando,valere per l.fi.in fine,de tempor.app. C. quia duorum consensu firmatur & non unius , ut professio extraiudicialis:& quod obligationem ha bet reciprocam,non potest per euentum altero in uito retractari.

Ad 6.†c.adhæc,in 2.de app.ibi non erat renunciatũ exprefsè appellationi,sed pactũ erat de stan do iuri dicto,quod debet intelligi.si grauamẽ non inferatur, ut de sententia arbitri dicitur, cui se obtemperaturos promittunt compromittentes;& tñ possunt ob iniquitatẽ magnã conqueri,& petere reductionẽ ad arbitrium boni uiri, ut diximus, 30

Ad 7.†respondetur quod aliud est repudiare ius aliud pacisci & renũciare iuri futuro,& textus citati in 6.argum.loquuntur de repudiatione iuris, q̃ non valet antequam competat,ut ibi ratio.quia re pudiatio præsupponit ius sibi competere,& fit e ius quod competit. 31

Quando ergò ius non competit, & fit tanquam eius quod cõpetit,nulla est:quia nihil est,quod re-

pu-

pudiatur,& mens est repudiandi quod cõpetit,& non quod poterit competere. Vnde actus agentiũ non operantur ultra eorum intẽtionẽ,l.non omnis numeratio,de reb.cred.ff.

Et priuatio nempe repudiatio,præsupponit præ cedentem habitum l.decem de uerb.oblig.ff.l.ad dissoluendum,de desponsat.impuber.

At quando pactum fit de iure futuro, mens est, non quod quæsitũ sit remittere,sed quod futurum est,& quãdo erit,ita ualet pactũ de futuro iure, ut hic in appellatione futura remittenda,& alibi, ut in l.1.C.de pact.l.de fideicõmisso,C.de transf.l.& hæredi.§.pen.de pact.ff.l.1.§. si parens,si a paren. quis fuer.manu.mis.ff.

Potest assignari,& alia ratio diuersitatis, quod repudiatio unius tantum uoluntate fit,& ideo,re-uocari potest à pollicitante,nisi aliud impediat.l. 1.de pollicitatio.ff.

At pactum de iure futuro, duorum cõsensu sub nixum est,& ideo ualeat,l.1.§.pactum de pact.ff.& sic etiam consiliat prædicta iura glossa. ad l.1. ad uerb.te filio,de pact.C.lib.2.tit.3.

Responsum & est, remissionem de iure futuro non ualere absente parte, secus autem præsente parte,ut consulit Socin.consi.189.in c.uiso testam. uers.primo quia dictos,in 2.parte.

Sed, & potest renunciari pacto iuri succeden-di in posterum,& hæreditati mortis tempore,pro pter incertum conditionis euentum, d.l.1.C.de pact.l.& hæredi.§.filius famil.& l.pactum inter hæ redem.eodem.titul.de pact.ff.l.deniq.§.si quid mi nori de minoribus.ff.

Item

Item cum datum mihi est sub conditione & ita sub spe tantum, possum eam spem alteri dare, l.2. C.de donatio.l.si in emptione,§.omni,de contrah. empt. ff.

Et quando quis renunciat appellationi futuræ, non ignorat hoc ius sibi competere, licet ignoraret contra quem sententia ferretur.

Ad octauum † argumentum ex cap.uolentes, 32 de iureiuran.rectè quidem dictum est,non posse inferiores iudices impedire appellationem litigantium, quia superioris iurisdictionem inferior non potest tollere,nec legem maioris. c.cum inferior, de maior. & obedient.& si statutum sit,ne Iudex à quo possit litigantem impedire vllo modo appellare.l.Imperator 25.de appell.ff.

Cęterum ibi agitur,ut pactum uel statutū mino rum iudicum nō impediat appellationem ad superiorem delatam per appellantem litigantem.

Nos de diuersa specie agimus,nempe de eo ipso cuius fauore permissa nec prohibita renūciatio appellationis.Et notat Salicet.ad l.fin.§.fi.nu.8.de tempor.appellation.Quod pactum renunciationis appellationis non præiudicat iurisdictioni iudicis ad quem,quo minus cognoscat de iurib. pacti appellationis:sed statutum sic:& ideò in hoc casu nō sunt partificanda.

Sicuti enim quis potest à lite recedere & transigere permittere lege, & non facit iniuriam iudici: quia nihil aliud Iudex agit, quam ut inter nolētes etiam pacem iudicio consiliet.l.1.§.item quæritur de oper.noui nūciat.ff.& ita inuitum iudicium fertur.l.inter stipulantem 8.3.1.de verb. oblig.

Sic

Sic etiam poterit litem abbreuiare & renũciare appellationi in sua causa:sicq; duo sunt in hoc pacto consideranda, publica utilitas & damnum, & priuata,quia potest fieri,ut pactum etiam de reb. publicis & de tributis non ualeat in præiudiciũ iuris publici:& tamen ualeat inquantum prodest priuato,& non obest Reipublicæ, nẽpe ut priuatus teneatur ex pacto soluere tributa illa quę alius tenẽt soluere,& teneatur pro eo.Vt prima pars probatˉ. per l.inter debitorem 42.de pact.ff.l.omnes c.fine cẽsu & reliq.fund.cõpar.nõ posse.Altera p l.epistola §.pactum,de pact.ff. l.in summa 6. C. de pigno.

An uerò statutum ualeat,quo non possit appellari ad superiorem dominum tractat Barbatia,cons. 44.incip.clementissimum Deũ, 4.vol.Sed & iudicatũ est in Camera imperiali,non obstantib. huiusmodi statutis,recipi appellationes,vt refert Mynsingerus centur.1.obseruat.14.

33 Ad 9. † quod in criminalibus non liceat renunciare appellationi,rationem habet,quod permittatur etiam pro reo inuito appellatio,d.l.non tantũ, de appell.& non audiatur perire uolens,ut ibidem diximus & alibi.

Atque ut ait Salicet.ad l.fi.§.fi. de tempor.app. in criminalibus agitur de grauiori periculo & ideo cautius est agendum.c.ubi periculnm, de electi. l. addictos,de appell.C.

Neque tam nomine rei appellatur, quantum appellãtis,quod intersit hominis hominem affici beneficio:& nemo sit dominus mẽbrorũ suorũ,ut docuimus in q̃stione appellationis in causis criminalibus.Siquidẽ nemo pro alio nomine procuratorio

appella-

appellare poteſt,qui iudicio præſens eſſe debet.l. 1.an per alium cauſ.appe.reddi poſſ.ff.

Ad 10.†de ſimilitudine appellationis & exceptionis,dicimus hoc receptum in arbitris,ut nõ obſtante pacto de nõ appellando,reductio peti poſſit ad arbitrium boni viri:at non in iudicibus.Ratio,quia iam ſententia lata eſt à iudice, qui eſt vir bonus, per l. vir bonus,iudic.ſolui.ff. 43

Et maior fides habetur iudici in recto iudicio, quam arbitro.Quia Iudex ſecundum leges ex iuramento tenetur, & ex probis viris cum auctoritate publica delectus eſt.l.rem non nouam, C. de ind.

Quippe iudicare munus publicum eſt,l.quippe de iud.ff.l.fi.§.iudicãdi quoq;,de muner.& hon.ff.

At qualem ſententiam dicat arbiter nihil intereſt,dũ modo dicat ſiue iuſtam ſiue iniuſtã: nec ea notio prætoris eſt,l.qualem autem,de recep. arbi. ff.Standum.n.ei ; & ſibi imputare debet,ſi iniuſta, qui talem Iudicẽ ſibi elegerit, l. diem proferre 29. §.ſtari,eo.tit.quod in Iudice locum non habet.

Neq; arbiter ex cõſenſu electus tãtæ fidei eſt,cũ & is iudicare debeat ex arbitrio,ꝙ intelligiť bono, & boni uiri,ut l.hæc vend.de cõtra emp. cũ ſimil.

Quod ſi omittat,ſupplendum eſt à Iudice coram quo petitur reductio.

In ſumma quando compromiſſum eſt in arbitros arbitrium illud ſuſceptum eſt,ſi modo ſit cõſonum arbitrio boni uiri,& proinde pro eo emendãdo recte ad Iudicem,qui bonus uir dicitur, recurritur ex ui compromiſſi. Ad qñ pactum eſt,de nõ appellando à Iudice,iam arbitrium electũ eſt boni uiri, ideo ab eo ad alium recurri nequit, alioquin eſſet

con-

contra pactum, quod non est in compromisso.

35 Ad 11.†ex l.1.& 2.de libera.caus.ff.non obstāte contraria voluntate eius qui seruus uult dici cum non sit, potest pater & filius litem prosequi qa non tam nomine & vtilitate nolentis litē mouēt, quan tū suo nomine, quia illorum interest, ne suā conditionem liberam contemnens, seruus dicatur, quia sibi iniuria fuerit, & ita neq; noceret pactū de non appellando alijs, si eorum interesset, cū inter alios acta nō noceant l.1.& 2.res int.ali.act.uel iud.alijs nō noce.l.circa C.locat.l.2.C.de excep.cū similib.

36 Ad 12.†diximus renunciantem appellationi nō repugnare legi iubēti prosequi causam usq; ad finem. Nam qui renunciat appellationi, causam finiet: transibit enim sententia à qua non erit appellatum, in rem iudicatam, & ita finietur lis.

37 Ad 13.† Quanquam in illis cc. sollicitudinem de appe.&c.cum olim de dolo, censeatur quis per ipsum factum contrarium, appellationi renunciasse; tamen constat de contraria mente, quia se nolle per actum illum uelle renunciare protestatus est & proinde non censetur renunciasse prosequutioni grauaminis. In nostra autē quæstione agitur de expressa renūciatione appellationis sine aliqua ꝓtestatione, reseruatione quæ solet conseruare ius integrum protestanti, l.si debitor 4.§.1.quib. mod. pig.uel hypoth.solui.li.20.ff.tit.6.

38 Ex quibus†omnibus conijcimus, quam sit difficilis huius quæstionis renunciationis appellationis futuræ determinatio. Et ꝓinde pro resolutione huius variè distinguitur, & à Sal.ut antè dictū, & ab Spec.lib.2.part.3.de appe.§.12.nume.1.& 2.Ego

vero

uero sic censeo distinguẽdum. an agatur de renunciatione facienda appellationis ante litem institutam seu contestatam; aut post litem cõtestatam ante sententiam aut post sententiam.

Si fiat ante litem cõtestatam, aut fit per pactum inter contendentes reciprocum, ne liceat alterutri appellare, & tũc ualet per d.l.fi.§.fi.de temp. app. C.cum simil. Hoc enim pactum ad lites breuiãdas pertinere uidetur, & nullum cõtrahentium expresse lædere: siquidem alia dubia est nũ pro alterutro, aut cõtra aliquem feratur sententia, & ideo sustinetur quamuis alioquin non possit. expresse uergẽns in alicuius cõtrahentiũ lesionem per l.1.C.de pac. l.de fideicom. C. de transac. l.si pater puellæ C.de inoff.test.l.si ea pactione, 14.lege, 17.de usur.C. li. 4.ti.32.dummodo in præiudicium alterius nõ fiat.

Aut vero ante litem contestatam uel post fit per simplicem alterutrius remissionem, & tunc non ualet extra iudicium facta per rationes supra allegatas: nisi fiat apud acta iudicialiter renuntiatio l. 1. §.si quis a quibus appellari nõ licet.si aduersarius, de fide instrumen.C.

Extraiudicialis alioquin professio, ut confessio & assertio, uel pollicitatio, non obligãt, cũ habeat nudum consensum & reuocabilem.

Quando† uero fit renunciatio post sententiam; 39 siue appellatio interposita sit, siue nõ sit ualebit renunciatio apud acta, & pactum, dummodo in præiudicium alterius renunciatio non fiat, & fiat debito & permisso tempore.

Quam partem nunc latius prosequor, probo & distinguo, seruato ordine.

Et

Et imprimis docetur ex l.si quis libellos, 28. de appel.C.Vbi si quis libellos ingesserit,sciat se habere arbitrium commutandi,& suos libellos recuperandi,ne iusta pœnitudinis humanitas amputetur.

Idem in c.quãuis 10.§.cęterum,de elect.in sex. Cæterum,inquit,in pręmissis(cũ scilicet appellatũ est ex causa probabili,in iudicio uel extra ab elect. Episcop.)omnibus casibus liceat partib. ab huiusmodi appellationibus, nulla tamen interueniente prauitate,recedere,antequam prædictæ sedi(Apostol.)fuerint præsentatæ.Sic expressa uel tacita appellationis reuocatione cessat uis eius, ca.ut super 4.de appel.in sex. c.gratum.de offi. deleg.cum uenissent,de testibus.

Glossa.ad d.l.si quis libellos,ad uer.cõmutandi, ait,quod postquã appellantem pœnitet se appellasse, perinde habetur,ac si non appellasset, ut in l.§. illud de temp.appellat.C.Item explicat pænitẽtiã, Vel dic,inquit,quod mutat arbitrium,quia appellauit ad unum, nunc uult ad alium;quod potest,si ad maiorem uel ad æqualem appellauit,nõ si ad minorem,ut l. 1.§.pe.de app. ff.Sed & Salic.in d. si quis libellos,n.2.& 3.ait, ꝙ mutatio hæc permissa,ut si qs male appellauerit uerbo & illico,uel inscriptis, possit scđo appellare inscriptis,intra tñ tẽpora ut prima appellatio nõ obsit,sed scđa sit prosequẽda.

Alioquin post certam renunciationem appellãs non poterit appellationem prosequi.

Quia remittẽtibus iura sua nõ datur ingressus, l.14.quærit,§.si uend.de edilitio edic.ff.l.qui res. §. aream.de solut.c.quã periculosum.7.q.1.nisi qs restitueretur ex causa à Principe uel per eius Cãcel-

lariæ litteras,cõtra renũciationẽ, ut ex cã minoritatis,Barb.cõſ.44.in 3.uol.uel alia iuſta,ut cẽſuit ſenatus.Pariſ.17.Feb.1510.Reb.de app.ar.16.gl.4.n.6

Hic† notandum primo loco duo diuerſa, eſſe re- 40 nunciare appellationi & renunciare iuri appellãdi: Si qui renunciet appellationi ſimpliciter omni, uidetur & iuri appellandi renunciaſſe iterũ in illo articulo in quo renũciauit d.l.ſi quis libellos,ideo iterum appellãdo nihil agit.Bar.Alex.& alii ad l.cum procurator 13.§.1.de ope.nou.nunciat.qñ in totum vult recedere ab appellatione nec amplius litigare.

Sed ſi non ſimpliciter quis renunciet appellationi,ſed deſiſtere ſe dicit ab appellatione interpoſita mutando forte vel emendando,aut iterum appellado tunc non cenſetur renunciaſſe iuri appellandi Bald.in addit ad Speculat.tit.de appell.

2. Notandum† in praxi potiſſimum Gallicana, 41 renunciationem appellationis interpoſitæ non fieri ſemper impune aut libere,ſed tãtum ſi iure Gallico fiat intra 8.dies à die appellationis cõtinue numerãdos,ex cõſtitutione Iohannes 1.anni domini 1365.nam ſi poſtea renuncietur,mulcta eſt 60. ſolidorum Pariſiẽſium.idem in conſtitutione Philippi 6.anni 1344.ſimilis conſtitutio Caroli 7.anni 1443. Conſtituit tamen 10.dies poteſtatis renunciãdi,& pro multa ſeu emendatione poſtea renũciãtit 30. libras Turonẽſes,in patria occitana uocant *pays de languedos* Idẽ & Carol. 7.anno 1453.ar.16. ſtatuit, & formam renunciadi: *Ordonnons que quant aucun aura appelle d'aucũ iuge,que celuy qui aura appelle,puiſſe dedans huict iours apres prochains enſuinãs renoncer a ſon appel:; & qu'il t'aille par dauant le iuge du quel*

il aura appelle, ou le greffier, de la cour dicelny iuge, & se desistè de son appel.ceque sera en registre par le dict greffier; Et s'ils s'absent du lieu iceluy iuge ou greffier serōt tenus delaisser psonnes au dict lieu, aus quels iceles appellatiōs serot delaißeés, affin que quād le iuge uerra icell.s appellatiōs delaisseés, ql puisse mestre ou faire mestre sa sentence ou appointement a execution.

Notat Rebuffus tractat.appell.ar. 15. gl.1.num. 23.nono die posse appellationi renunciari, propter verba prędictę constitutionis *apres houict iours*; quia dies appellationis nō computatur. Et ita iudicasse senatum Parisiēsem, pro Magistro Gullielmo bien ayme 16.Iunii anni 1520.Tiraq.de utroq; retract. ar.1.gl.2.n.50.Vide in stylo Parlam.arrest. 94. Sed hoc nō est tutum.Nam & qui ita appellauerat fuit condemnatus ad expensas, & declarata eius appellatio deserta, ut prædicto loco refert Rebuffus.

Est ergo pro hac renunciatione primum requisitū, ut ex iure Gallico fiat intra 8.dies post appellationē interpositā, his tñ elapsis nihilominus poterit renūciare, sed obtētis literis restitutionis à Principe vel eius Cācellaria, quo casu tenetur ad expensas & damna partis c.interposita, §.ille, de appell. & placuit senatui Parisien.15. die Iuli 1519. secus si intra dies 8.renunciauerit.

Iure tamen communi Pontificio, libera est renunciatio appellationis interpositæ antequam iudici ad quem fuit appellatum, sit præsentata c. quamuis 2.de ele.in sex. Ratio uidetur apposita in c.qñ 4.de postulādo li.1.ti.5.quo loci facta postulatione in prælatum alicuius & pśentata sum. Pont. approbāda, nō licet postulātib. ab illa recedere; ne si hoc

conce-

concedatur postulantibus, contingat ut frequẽter superiori illudant, & iudiciũ eius ex eorum uideat pendere arbitrio. Et hodie praxis habet, ut nõ possit fieri transactio causę p appellationẽ deuolutæ ad curiã, nisi sub beneplacito eius, q̃ si illi conueniens uideatur iubet auditis capitulis eam seruari

Secundò †requiritur, ut renunciatio fiat eorũ Iudice à quo appellatũ est, uel coram eius scriba seu actuario; q in libro actor. scribere dẽt diẽ renũciationis quoq;, & sufficit si Amanuẽsis ita adeat, dũ Iudex nõ est inuẽtus p l. 1. §. ideo̅ di, q̃n app. sit ff. l. ut pfectus. de annal. excep. C. Et hæc renũciatio apud acta facta inseri dẽt post sñíam uel interlocutionẽ, à qbus fuerat appellatũ, ut fuit indicatũ Paris. 18. Nou. 1566. Fit. n. ex eo, ut possit renunciatio cogita esse & iudici & parti. Et ideo ualet quãuis expresse nõ fuerit significata uel denũciata parti, uel appellato. Reb. trac. de ap. ar. 16. gl. 12. n. 4. 5. 6. Si tamẽ in iudicio duo sint actuarii & apud vnum appellatio fuerit interposita, alter autem renunciationẽ exceperit, aduersario hæc reuocatio intimari debet. Imbertus li. 2. inst. Forens. §. sequitur: nisi forsan vnus sit liber actorum. 42

Proinde †etiã non ualeret renunciatio facta corã notario, aut notariis & testibus, nec corã apparitore, nisi & notificet parti. Nã ea q̃ parte absente fiũt ei notificari debẽt. l. eos, §. 1. de app. C. quo casu ẽt notificatione facta, ꝓbatur, nec requiritẽ necessario fieri apud acta. ut iud. in senatu Paris. 10. Ian. 1563. 43

Tertium †notabile, ut liceat recedere ab appellatione interposita, sine fraude tñ cuiusquã, d. c. quã uis, §. fi. de elec. in sex. Vbi & Iudex à quo appellatẽ 44

debet, antequam procedat in causa, post relictā vel repudiatā appellationē, diligēter inqrere, an prauitas aliqua intercesserit; maximè ubi agit de causis beneficiorum Ecclesiasticorũ, & Iudex qui non inquisierit de ea, suspēdi ur per annum à cōfirmatione electionis c. prouida, eo. tit. de elect. in 6. Suspecte enim sunt de Simonia pactiones, ideo improbatæ, & transactiones in causis spiritualibus & beneficiis Ecclesiasticis c. constitutus, 4. ca. super eo. 7. de transact. c. fi. de pact.

45 Potest † enim fieri, ut partium consensu recessum fuerit ab appellatione per pactionem illicitam, vt si dũ ageretur de electionis appellatione ob defectũ ætatis, vel aliud impedimentũ electi verum, & illum remouerit ab electione, ut si electus pecuniā vel beneficium aliquod daret appellāti, ut desisteret; uel si forsan eum vi metuuè adegerit ad relinquendam, appellationem, & ita rederentur illicita remissio; ut professio Monachi nulla, pretio uel metu interueniente facta, c. præsens 20. q. 3.

46 Neq; † obiici pōt, quod liceat cuique vexationē etiā pretio redimere, c. dilect. in primo 28. de Sim. li. 5. ti. 3. VbI præpositus quidā dedit Archid. Ebòracensi pecunię certam quantitatem, ut à grauaminibus multis, quibus eum lædebat, desisteret: nec improbatur datio, sed quia dictus Archid. non desistebat, quod acceperat, restituere compellitur.

Nam oportet in hoc uti distinctione Diui Thomæ 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. arg. quod aut ius quæsitũ in beneficio, simoniacum esse, aduersantium obstacula pecuniā redimere, post ius uerò q̄sitũ, liceat per pecuniā iniustā impedimēta remouere. Est &

alia

alia distinctio glossæ ad d.c.dilectus, ut illa pactio valeat, si fiat cum eo, qui nullum ius prætendit, uel habet in beneficio. Contra si cum eo, qui ius prætendit, quia tunc est Simonia c.8.actorum, de Simonia. Sic iura & ignoscendum putarũt, qui qualiter sanguinem suum redemptum voluit, & ita etiam aduersarium corrupit. l. 1. de bonis eor. qui ante senten.mort.sibi consciu.lib.48.ff.tit.21.

His † affine quartum erit notabile, posse renunciari appellationi ab appellante, si modo alterius non intererit, aliter non posse. 47

Veluti si intersit Reipub. nõ relinqui appellationem indiscussam, puta si q̃s accusator criminis publici se inscripserit accusationi. Interest.n.reipublicæ delicta cognita esse, l.eũ qui nocentem 18.de iniur.ff.vt postea detecta possint puniri l.ita vulneratus, ad l.Aquil.ff.l.per omnes, C. defensor.ciuit.cũ simul.cum impunitas delicti tribuat affectum & incentium delinquendi c. ut clericorum, de uita & honesta.clericor.l. si quis, C.de furt.

Et proinde qui accusat, sine periculo calumniæ, aut pœnæ S.C.Turpilliani desistere nõ põt, l. 1.2. & fi.c.ad Senatus.Turp.li.9.tit.45.l.1. eo. & fere toto tit.in ff. Vel si ex collusione contendentium, compositio factæ fuerit, l.ab accusatione, 6.eo.tit.in ff. ad Turp.nisi forsã abolitio criminis uel accusationis publicè aut aliàs legitimè fuit, q̃ à calũnia liberet, l.abolitio 8.cũ sex seqq.ad Senatusc.Turpil. ff. Cũ.n.accusator & reus redeũt in gratiam, suspicio est cuiusdam nundinationis & redemptionis, seu corruptionis aduersarij. Vnde ẽt Iudex causæ, nõ obstante illa desistentia accusandi inquirit plenius

de illato ante crimine,c.1.& fi.de colluſ.deteg.lib. 5.ti.22.maximè ēt vbi de ſpiritualib. ut beneficijs lite mota cōuentio fit & actor deſiſtit, quia ibi eſt ſuſpicio Simoniæ c.pen.eo.de colluſ.deteg.& cum pridē 4.de pact.c.cōſtitutus,4.c.ſup eo. 7. de trāſ.

48 Idem † ſi interſit alterius non recedi ab appellatione,vt quando præſentata fuit iam iudici ad quē d.c.quamuis.10.de electio.

Quare nec hodie licet tranſigere de cauſa appellationis niſi ſub beneplacito curiæ ad quam delata eſt,& ex eius permiſſione.

Intereſt.n.iudicis ſcire cām remiſſionis appell.

49 Eadem † dicunt,ſi interſit appellati,non recedi ab appellatione introducta nā tunc illo non cōſentiente,vel re non exiſtente integra, recedi nequit, veluti ſi fuerit incarceratus, cathenas & carceres paſſus,alioquin poterit, ſi talia non ſit paſſus, uel eius nō interſit intra tempora ad deſiſtendum p-miſſa,deſiſtere etiam eo inuito,vt in ſimili, de abolitione petenda reſcriptum l.fi.C.de abolitio.

Facit c.16.actorū apoſt. Vbi,cū Diuus Paulus & eius Socius Sila fuiſſent Philippis poſt uerbera incarcerati,& poſtea Magiſtratus miſiſſent ad cōmētarienſem,vt eos à carcere dimitteret;Dixit D.Paulus,cæſos nos publicè,indānatos, homines Romanos,miſerūt in carcerē,& nunc occultè nos dimittunt;non ita,ſed ueniant & ipſi nos eijciant.

50 Facit † etiam qd de mandati reuocatione reſoluitur, licere reuocare illud re integra:at cū cęptū eſt officium 1 ō licere,§.rectè,de mandat. l.ſi pecuniā 5.de condict.cauſ.data li.12.ff.ti.4. ut quod de cōpromiſſo & ſimilib. reuocādis in c.in cauſis 30.

&ibi

& ibi per gl.in utramq; partē disputatur, ad uerba cū res non esse integra, de elect.li.1.tit.6.Notat tamen specul.li.2.par.1.ti.de exceptionib.§.uiso, uers.sed nūquid Iudex.44.quod etiam si res nō sit integra, & appellās uoluerit satisfacere aduersario quanti eius interest non desisti ab appellatione, poterit pœnitere, & desistere, quod, & probat gl.ad d.c.quanuis 10.ad uerb.partibus, de electio.in 6.

Probat, & c.interposita.70.§.ille, de appellationib.cuius uerba, ille deniq;, qui uocem appellationis emisit, cuius nondum est alii cognitio delegata ad petitionē eisdem ad eum a quo prouocauit, de iure remittitur contradictione partis alterius non obstāte. Est tamē in legitimis expēsis, aduersario, quas eum propter hoc fecisse constiterit, condemnādus. Et ibi glossa ait, appellatū nō posse resistere remissioni, quin non potest habere suspectū Iudicē ad quē remmittitur, qui pro eo sententiā tulit, & appellans posset renunciare priuilegio in sui fauorem introducto.

Deinde facit argumentum l.2.qui bonis cedere possunt li.7.C.tit.71. Vbi si quantitatem quam, licet Reipublicæ cōdēnatus, debebas, inferre paratus es, frustra ueteris, ne uerbum bonorū cessionis temerè à te prolatū, priuare te nec dum distractis facultatibus, iuris rationibus possit: licet enim reuocare cessionem oblatam soluendo, & pænitere, l.3.& l.quem pænitet, 5.de cess.bo.ff.Ita in summa re integra licet pænitere, uel indemni aduersario reddito, l.si priusquam 8.C.dist.pig.li.8.C.tit 28.

Videndū autem est iudici, ex qua causa damnū uel læsionem pati possit aduersarius, ut conue-

nienti satisfactione ei prouideatur;& si possit resti tui aut reparari coram Iudice à quo appellatū erat & ad quem causa redit.

Nam interesse potest appellati, appellationem prosequi appellātem, cum, & eius fauore uti possit perinde ac appellās l.ampliorem.fi.C.de appell.l. fi.C.quan.pronoc.nō est neces.puta quia ex aliqua parte sentētiæ etiā appellatus grauatus, potest sine alia appellatione reparationem prosequi coram Iudice ad quē, & in hoc casu certè eo inuito non posset appellans, ut arbitror resistere ab appellatione quia remaneret grauamē appellati, qui, & desistēte & absente per contumaciam appellāte, potest prosequi appellationem coram Iudice ad quē appellatum ex proxime citatis iuribus Et ita ratione eius poterit compellere appellātem litigare; non aliter si sua non intersit, cum, & non sit culpādus omnino appellans, nec uideatur destitisse; nempe ut pænā patiat, qui cognita iniusta sua, uult à lite recedere l.destitisse. 10.de iudicis.ff.l. quidā existimauerūt, de rebus creditis ff.l postquam liti, C.de pact.

51 Neque † facessunt leges, quæ innuūt in quibusdam post factum non licere pænitere ut in furto. quod penitētia non eluitur: nec ideo quis definit esse fur, etsi rē restituat l.qui ea mēte 67. de fur.ff. Et in fugitiuo l.quis sit fugitiuus de ædil.edi.ff.In Apostātibus à fide Catholica, & se conuertentibus ad Iudaismum uel paganismum, l.hi qui sanctam, de apost.C.cum similibus.

Nam illæ leges loqūtur de criminibus perfectis & de facto, quod secū trahit illā penā, quā penitēdo nō posūt eluere, nisi soluerint, & satisfecerint.

Nostra autẽ appellatio nõ habet perfectionem, donec perducta fuerit ad iudicẽ ad quẽ, & fuerit decisa:ideo antea renũciatio,dommodo secũdum superiores circunstantias fuerit facta,tenet.

Singulare† in regno Galliæ quod appellans possit renũciare suæ appellationi inuito appellato, qa in hoc regno ex consuetudine non iuuetur prouocatione appellantis appellatus,per l.si Iudex , de minorib.cõtra c.ex parte,2.de rescr.& d.l.amplio rẽ C. de appellat. & l. fi.quã prouoc. nõ est neces. ubi Bal.Sic tradit Reb.tract.de appe.ar.15.gl.2.n. 17.& ĩ præfatione n.25.Boer.dec.73.inc.sepe,n.7. 52

Pari† modo ista renunciatio non officiet aut afferet præiudiciũ alijs adhærentibus appellationi uel alijs,quam renunciãti appellanti,ut docet Bal. ad l.1.in fine C.si unus ex plur.appellat.cum res inter alios acta aliis non præiudicet, l.1.& 3.res inter alios act.uel iudic.aliis noce.li.7.C.titu.60 l.circa,C.loc.l.2.C.de exceptio.l.Modestinus,eo.tit.ff. titu.quib.res iud.non noce.C.cum similibus. 53

Proinde si fuerint plures appellantes, antequã euacuetur causa appellationis omnes tenentur renunciare, & unius renũciatio non nocet aliis,c.ex parte,de rescript.Et ideo alij, qui nõ renunciarũt, poterũt citari ad desertionem post tres menses.Et sic iudicauit senatus Parisiẽ.pro Abbate,& religiosis Sancti Iohannis Dudard.contra dominũ de Annules.10.Decemb.1528. Refert Rebuffus tractat. de appellation. ar.15,glo.4.n.11.Videnda l. si qui separatim,& ibi Decius,de appell.ff. 54

Obseruandum † insuper est, quod renunciatio quæ fit appellationis interpositę,ab alio quã à do-

mino

mino fieri nõ possit,nec à procuratore eius,nisi ad hoc habeat speciale mandatum,Bal.l.finalem.§.fi. de tempor.appell.C.Iason.in l.cum procurator, & ibi.§.fin.de operis nou.nunciat.ff.

Poterit tamen procurator sine speciali mãdato, habito consilio,acquiescere sententię in curia iudi cantis,ut statuunt in Gallia cõstitutiones regiæ, & Rebuff.refert,tomo.3.Cõm.in eas,tract.de appel.

Vel nisi habeat mãdatũ appellandi,quia, & tũc censetur habere mandatum renunciandi,ut iudica uit senatus Parisiensis,1535.in crastino corporis Christi,ut idẽ Rebuffus refert, de app.ar.15.gl.n. 14.Cur autẽ domini negotij requiratur assensus erit ratio,qa renũciatio est species donationis, iõ non põt fieri,nisi per dominũ.Ias.ad d.l.cũ procu.

55 Ex superioribus explicatis uario modo rursum in sũma pro resolutione possumus dicere, ꝙ sola professio extraiudicialis de nõ appellando itẽ nec renunciatio extra iudicialis, non impedit appellatione;si apud acta fiat,impediat.

Item quod in contractu non potest renũciari appellationi,nisi per uiã pacti,de non appellãdo, nõ per uiam simplicis renunciationis.

Dein,quando appellãs detulit appellationi, nõ põt ei renunciare,in præiudiciũ maximè alterius, Bal.ad l.postquam liti,C.de pact.ex Innocen.in c. ex parte,de rescript.in Iudicio tamen Bal.ait,in l. 1.C.de pa.posse aliquem renũciare appellationi: Cui addo rationẽ,quia fiat præsentibus illis, quorum interest, & ab eo cuius maximè interesse potest,& qui potest,si uelit, nullo prohibẽte uacuare totam litem transigendo,paciscendo,quod magis

est,

est,ut titulo de transactionibus in vtroq; iure. Multo magis & remittere facultatem appellandi,& ita nec datur regressus,per l.postquã liti 4.C.de pact.

Neque † prætermittam distinctionem Speculatoris li.2.parti.3.de appel.§.12.nu.2.& 3.cum sit, inquit,pactum de non appellando inter partes,aut fit ante litis contestationem,aut post. Si post, aut fit ante sententiã,aut post sentẽtiam. Si ante litem contestationem,dicunt quidam non ualere, nisi factum sit de omnibus causis, quas habent ad inuicem, sicut dicitur de pacto;quod si unus in aliquo alium decipere possit, quod non possit deceptus conqueri. 56

Vel dic,inquit,valere, si fiat super lite certa mota uel mouenda,l.fi.§.fi.de tempor.appell.

Si verò pactum fiat post litem contestatam ante sententiam,non uidetur ualere, quia renũciatur iuri quod sibi competere quis ignorat:sed contra,valet,quia quamuis ignoretur contra quem sententiã Iudex laturus est,tamẽ paciscens non ignorat, hoc sibi ius appellandi competere. Quod si post sentẽtiam pactum fiat, non est dubium quin valeat, vt prædicta l.fi.de tempor.appellat.

Sed certè hęc sententia concludere semper uidetur, pactum ualere de non appellando, ut perperam uideatur distinctum: Cum in omni parte & membro distinctionis,dicat semper valere pactũ: tamen hoc nouum uidetur, quod dictum est, l. fi. §.fi.de tempor.appellatio.C.intelligi quando post dictam sententiam latam, pactum fuerit factum. Nam ille casus est sine difficultate,cum quis possit expressè renunciare post appellationem interpositam,

tam, etiam appellationi, ut dicemus in postrema parte tractatus Deo fauente.

57 Cæterum† adhuc obseruandum est, quod notat Panorm. ad c. pastoralis 53. nu. 12. de appell. quod appellatione remota, uel ex statuto uel priuilegio personæ, vbi statuentes poterunt hoc facere, uel ex conuentione partium, uel ex cõtumacia non com parentis: vel quia deserta est appellatio, tunc secũ dum Antonium Butrigariũ remota est appellatio, quoad omnem effectum, quasi dicat, quod tũc gra uamen non reuocabitur per superiorem, sed omni no appellatio interdicitur. nisi forsan Iudex esset in dolo vel lata culpa.

Et hæc volui de renunciatione appellationis interponẽdæ per pactum, fusius explicare; nec uolui aliorum distinctiones silere, ut cũ illis facta nostrarum collatione, facilius veritas eligi possit. Reliqua porrò, quæ ad alias species renunciationis appellationis pertinent, in postremam huius tractatus partem reiecta, commodius tradentur.

CAP IIII.

Num contumax appellare possit.

SVMMARIA.

1 *Contumacia quotuplex, & quis sit uerus cõtumax.*
2 *Fictus contumax quis.*
3 *Contumax habetur, qui à Iudice interrogatus non respondet uel obscure respondet.*
4 *Et qui mandato iudicis non restituit.*
5 *Contumax iudici in ueniendo non appellat.*
6 *Quando uerus & non præsumptus est contumax.*

7 *Appel-*

7 *Appellat tamen contumax in non restituendo uel exhibendo.*

8 *Item & contumax in non iurando appellat & ibi ratio diuersitatis.*

9 *Ratio cur potius admittatur appellatio præsumpti, quam ueri contumacis.*

10 *Si tamen procurator fuerit contumax:tamen ab appellatione dominus non excluditur.*

11 *Iudicia in absentes quando ualeant.*

PRo hac quæstione,preuia erit distinctio contumacis & contumaciæ:uerus contumax alius præsumpto,quem fictum dicunt. 1

Verus contumax,in non ueniendo ex prima vocatione est,qui inuentus & uocatus fuit personaliter respondit,se nolle venire ad iudicium. Spec.li. 2.part.1.tit.de contumacia,§.1.n.2. Barth. ad l.fi. de in integ.restitut.Alex.& Ias.ad l.properandum, §.sin autem reus,de iud.C.Bart.ad l.ex consensu, §.fi.de appe.

Et contra talem nimium contumacem potest pcedi nulla alia citatione facta,p l.fulcimus 7. in fi.ex quib.caus.in poss.eat.ff.li.42.ti.4.& ibi gl.fi.

Contumax item, qui tribus dictis uel uno peremptorio citatus,nõ uenit l.cõtumacia,de re iud. l.ad peremptorio 68.cũ 4.seqq.l.de iud.ff.c.de illicita 6.uers.quicũq; 24.q.3. l.tres denũciationes 9. quom.& quãd.Iudex &c.li.7.C.tit.43.l. ea quæ statuuntur 7.& l.consentaneum 8.eo.tit.c.3.§.omnem uerò causarum finem,de litigios.nouell. 112.

Vel uenit quidem,sed non obedit seu illicentiatus recedit.

Cer-

Certum est, inquit consiliū Tribuense pro tribus criminibus aliquem excommunicari debere, cum ad synodum canonicè uocatus uenire, contemnit: aut si postquā illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire præceptis: aut si ante finitam causæ suę examinationem à synodo abire præsumit, ca. certum est 43. 11. q. 3. & ibi glossa, ad verb. pro tribus criminibus, ait, id est, pro contumacia istorum. Idem est de quolibet crimine & de recessu ante finitam cognitionem. In c. missus, de consecrat. dist. 1.

Et in consilio Arelatēsi 2. c. 19. & in c. si quis aūt. 12. sub. 18. dist. commnnione priuatur tanquā contumax, qui synodo ad esse contēpsit, uel q deseret cętum fratrum, antequam dissoluatur consilium.

Potest. in c. causam quæ, inter fi. & R. 3. de dolo & contu. li. 2. tit. 14. proferri sententia in contumacem, qui legitimè citatus ad præsentiam iudicis accedere, uel iudicio eius parere contempserit, aut etiam se absentauerit.

In c. constitutus in præsentia nostra 12. de proc. li. 1. ti. 38. cēsetur cōtumax, qui ad agendū tm̄, nec sufficiente relicto ꝓcuratore, illicentiatus recessit.

Innocentius 3. in c. quoniā frequenter 5. §. porro, vt lite nō cōtestata non procedat. ad test. exam. li. 2. tit. 6. statuit. Cū agitur de copula carnali uel electione, contra contumaces, posse testes recipi lite non contestata & sententiam ferri. Contumacem autem dicit, siue quia peremptoria citatione recepta, uenire cōtemnit: siue quia malitiosè se ipsum occultat: siue quia impedit, ne possit ad ipsum citatio peruenire.

Contumax verè, in his omnibus, si arguere liceat

ceat à nomine contumaciæ. Et enim in obedientia superioris mandato, cum quadam superbia, uel a contemnendo uel a tumore, id est, superbia.

Proxima est malitia contumaciæ, quando malitiosè ea mente quis latitat, ut possit inueniri, uel ad eũ citatio peruenire, uel si impediat per se uel per alium, ne citatio ad se perueniat, seu non possit citari c. quoniam, frequente, §. porrò, vt lite nõ cõtestata non proced. ad test. exam. li. 5. ti. 6. c. quidam, 5. quæst. 1. c. 1. de alien. iud. muta. c. fact. li. 1. ti. 42. ca. consultationibus, de officio dele. l. si edictum. §. si præsentẽ, de euictio. ff. In his enim pro citato habetur, l. ad ea, 199. §. semper, de reg. iur. ff. l. iure ciuili de cond. & demonst. Dolus enim ille lædit aduersarium, & impune nó debet ferre, saltẽ ut absens pro præsente iudicetur, ut l. 1. de his, qui not. infam. ff.

Similis huic est is, qui quidẽ uenit uocatus in iudicium, sed dolose sui aperte non facit præsentiam sed post columna uel ostium forsan latitat, ne eum Iudex cognoscat, ut dicitur in l. Fulcin. §. quid sit latitare, & §. illud sciẽdũ, ex quib. caus. in pos. eat.

Posset dici species cõtumaciæ hactenus, enumerate, non tm̃ ueræ, sed etiam manifestæ & notoriç.

Fictus † vero & præsumptus contumax dici posset contra; qui non ad faciem citatus, seu non fuit citatus in persona, sed ad domum. Nam tunc propter dubium, an iusto impedimento prohibitus fuerit, comparare uel mittere ad indicium. aut nũ ad eius notitiam peruenerit citatio, nó statim dicitur verus contumax, sed præsumitur tantum talis. Barthol. ad d. l. si. de in integr. restitutio. non tamen ex una uocatione, sed quando ad domum eius trina

2

uocatio facta est. licet nō fuerit inuentus, per l. contumacia, §. contumax, de re iud. ff. Specul. li. 2. par. 1. ti. de contumacia, §. 1. n. 2. Videnda quæ diximus lib. 48. synt. cap. 3. de contumacia.

3 Pro† contumace habetur etiam, qui a Iudice iussus, respōdere nō uult, uel obscure respondet. arg. c. fi. de iura. calum. c. accedens, ut lite non contest. c. 2. de mutuis petitio. & l. de ętate, §. nihil, de interrog. actio. ff.

4 Item† qui ad mandatum iudicis restituere non uult, l. qui restituere, de rei uend. in ff. l. si quis missus, ne uis fiat ei qui in poss. miss. est. c. conquestus, de foro compet. c. cum locum, & de sponsalib.

Generaliter & contumax omnis dicetur, qui superioris mandatum pertinaciter detractat, exequi cum possit, ut nō exhibens iussus, l. creditor, iussus, de appel. ff. qui usuras illegitime acceptas restituere nō uult. c. quia in omnib. de usur. c. debitores, c. ad nostram, de iureiur. Et ita tot possent constitui differentiæ contumacium & contumaciarum, quot sunt causæ, in quibus superbè resistitur uoluntati superioris, cui obtemperandum sit.

5 Quibus† pręsuppositis dicemus uerū cōtumacē iudici in ueniendo non audiri appellantē postea. Et ita rescripsit Antoninus Imperat. in l. 1. quor. app. non recip. li. 7. C. ti. 65. Eius qui per contumaciam absens, cum ad agendum uocatus esset condēnatus est, negocio prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest. Et Papinianus in l. ex consensu litigantium 23. §. fi. ti. appell. ff. Eum qui cognouit edictum peremptorium, secundum ordinis causam datū, placuit nō recte prouocasse; cum

in eius

in eius potestate fuerit,ante diem præstitutum pro tribunali respondentē aut defensum,edicti denunciationem rumpere.

Iustinianus c.quoq; in l.properandū 13.§. cū autem,de iud.li.3.C.ti.1.Cum autē,inquit,eremodicū(id est,desertio instātiæ)uentilatur siue pro actore siue pro reo,sine ullo obstaculo celebretur: cum enim terribiles in medio proponuntur scripturæ,litigatoris absentia rei pręsentia suppleatur,nec per timescat Iudex appellationis obstaculum, cum ei, qui contumaciter abesse noscitur,nulla sit prouocationis licētia,quod & in ueteribus legibus esse statutum,manifestissimi iuris est.

Prohibetur & appellatio contumaci.in c. ei qui appellat.41.§.sunt etiam quorum 2.quæst.6. c. de illicita 24.q.3.

Hoc autem intelligit uerum glossa ad l.1.C .quorum appellatio.non reci.de uera contumacia ; non de præsumpta seu ficta.

Nam post præsumptā appellare quis potest.per l.& post edictū,§.fi.de re iud.Sic etiam distinguit Cynus ad l.properandū.C.de iud.9.quæ.& Speculator l.2.part.1.de contum.§. 1.n.2 . Vbi & addit, l.diuus Antoninus,de in integ.restit.li.4.ff.tit. 1.intelligi de ficto contumace,dum dictum est;quod si citatus nō respōdit & ob hoc more pronunciatum est,confestim autem Iudice pro tribunali sedente, eum adiit;posse eum restitui,quia existimari possit non sua culpa,sed parū exaudita uoce pręconis defuisse.Et in l.inter minores 8.eo.ti. qui Reip. causa abiit,cæterisque,qui pro eadem causa habentur, si per procuratores suos defensi sunt, hactenus in integrum

illic audiatur appellans, quam si uelit appellare nō ueniens à Iudice uocatus uerè cōtumax: q̄a maior censeatur contumacia in non ueniendo, & plus delinquat non ueniens, quam non iurans, qui in uno tantum delinquit, non ueniens in duobus. Sed melior ratio mihi uidetur, quod quando quis uocatur in ius, non læditur, nec grauatus est: quia uenire debet priuilegium suum allegaturus, si quod habet; & tunc si non admittatur exceptio, poterit appellare. Si quis ex aliena iurisdictione, inquit Vlpianus ad prætorem uocetur, debet uenire, ut & Pomponius & Vindius scripserunt. Prætoris enim est æstimare, an sua sit iurisdictio; uocati autem non contemnere auctoritatem prætoris. Nam & legati cæterique qui reuocandi domum ius habent, in ea sunt causa, ut in ius uocati ueniant, priuilegia sua allegaturi, Vlp. in l. si q̄s ex aliena 5. de iud. lib. 5. ff. tit. 1. atque ex quacunque causa uocatus, uenire debet, ut hoc ipsum sciatur, an iurisdictio iudicis uocantis sit. l. 2. si quis in ius uocat. non ibit. lib. 2. ff. tit. 5.

Iudicis auctoritas publica est, l. quippe iudicare, de iud. Ideo contemni non debet.

Sed & qui non uult iurare, non tam contemnere dicitur iudicis iussum, quam suam defendere causam, in qua non uult iurare de calumnia.

Nec obest, quod pro confesso habeatur, qui non uult iurare, in l. 2. §. quod si actor. de iuram. propt. calum. dan. Nam & confessus, ideo non est uerus sed præsumptiuè contumax.

Dum licet appellare confessio, ex certis causis.

inquit maiorem apud Græcos Alexādro excitauit inuidiam, quam quod præditum optimis moribus artibusq; Callisthenem non tantum occiderit, sed etiam torserit indicta quidam causa.

Leges, in iudicii quæstione de Horatii crimine, qui sororem necauerat obuiam & lachrymantē ob occisum pro republica placāda Curiatiū & despon satum, prolatæ sunt, quibus nō licebat quemquam indicta causa occidi; ut recēsita fuere exempla iræ diuinæ in ciuitates, quæ scelera impunita reliquissent, ut scribit Dionisius Halicarnas. li. 3. Hāc legē uidetur uocare Liuius in 1. legē horrēdi carminis, id est, horenda uerba legis, quæ carmine, ut reliquę leges olim continebantur; canebātur enim paucis uerbis conceptę legis, ut facilius memoriæ manda rentur, ut ait Cicero in legibus.

Fuerunt tales Lycurgi leges, quę de indamnatis supplicium sumi uetebāt, quas necessario semel ab rogauit Agesilaus, & postea restituit è uestigio; si quidem cū aduersus, Rempub. Lacedæmoniorum conspirationem ortam noctu comperisset, eas leges Lycurgi continuo abrogauit, quæ de in dānatis supplicium sumi uetebāt: comprehensis autem & interfectis sontibus, easdem restituit, ut ait Val. Max. lib. 7. c. 2.

Solutio. Iudicium fieri in contumaces, sed non simpliciter, sed uisis actis, & Deo supplēte locum absentis, d. l. properandum §. & si quidem, & §. fin autem. de iud. li. 3. C. tit. 1. l. 2. §. quod si actor, de iu ram. propt. calumn. dando. lib. 2. C. tit. 59.

Sed rursum iura in contrariū allegata loquūtur de absentibus damnandi supplicio non contuma-

cibus, & glo. 1. ad l. absentem, de pœn. ff. notat aliter obseruari in criminalibus, quam in ciuilibus.

Cap. V.

De causa communi appellationis.

SVMMARIA

1 *Appellatio iure ciuili & pontificio appellantis cõmunis est etiam appellato, vt ea se iuuare possit.*
2 *Non de stylo curiarum Franciæ.*
3 *Iure communi quando unius litigantium appellantium alius prosit.*
4 *In Gallia tamen quilibet ex litigantibus tenetur pro se appellare.*

IVRE ciuili † vno e x litigantib. appellante, alius 1 appellatus sine alia appellatione se potest eadẽ iuuare & coram Iudice appellationis petere etiam reformationem sentẽtiæ, in quantũ contra se facit. l. ampliorem ff. C. de appell. l. fi. quando appelland. sit. in quibus ratio ne superfluis appellationibus & quasi iniuriosè, Iudex à quo oneretur.

Iure quoq; Pontificio appellatus se iuuare potest appellatione appellãtis. c. ex parte, de rescript. & Dd. ad c. cum Ioannes, de fide instrum.

Quia & tertio licet adhærere alterius appellationi & eã prosequi, ei etiam si ipse tertius non appellauerit l. à snia §. idem rescripsit, de appellat. l. ab executore §. alio eo. ti. c. cum super, de offic. deleg. & ibi Felinus & Panorm. ad c. cum super, nu. 4. & 27. de re iudic. Quia per appellationem principalis, iam suspensa est sententiæ, & omnibus quibus grauamen illatum via aperta, ita ut opus non sit alia appellatione. Bald. ad authent. hodie, nu. 4. de appel-

appell.c.per l. post mortẽ.§.fi.de bon.poss.contra tab.facit textus in l. cum unus, de bon.auct.iud. poss. Vbi primum decretum interpositum ad peti tionem unius creditoris,aliis prodest quoque.

Ita appellatus potest pro suo interesse prosequi appellationem appellãtis, & deducere iura sua an teà non deducta,qui appellatio communis,& uter que utitur beneficio l.per hãc,de tẽpo.appellatio. C.Et ita aliquoties factum in Camera imperiali re fert Gaill.lib.1.obseru.122.n.3.etiam si appellans desisteret ab appellatione,per d.l.ampliorem.

De stylo † tamen curiarum Franciæ opus est u- 2 tramque partem appellare alioqui appellatio nihil proderit ei qui nõ appellauit,nec sentẽtia quod ad illum reformabitur. Vt sæpè cõclusum in curia Par lam.Portigalen.ut refert. Boer.dec.73.inc.sæpe,n. 7.Appellat autem uterque actor,& reus,cum clau sula,in quantum est contra se.

In iure † communi etiam distinguitur,ut si plu- res fuerint separatim condemnati,quamuis ex ea- dẽ causa,pluribus appellationibus opus est: sed si aduersus omnes probatæ essẽt rationes,quę eis no cerent,sufficit eis una appellatio.

Item in communi causa plures condemnati, si 3 una,& eadẽ causa fuit defensionis, si unus appella uit, alter non alterius uictoria ei proficit qui non appellauit cæterũ si diuersæ, alia causa est.ut om- nia hæc tradit.Vlpian. in l. si qui separatim 10. de appell.§.& Alexander.Cæsar,in l.si unus ex pluri- bus appellauerit.C.li.7.ti.68.& c.pe. de app.Fieri autẽ potest,cũ plures sunt,ut alter ius habeat alter nõ habeat ꝓhibendi,ut dicit̃ in l.de pup.5.§.si ꝓlu

riũ dominorum, de oper.nou.nũciat.li.39.ff.tit.1.

4 Sic etiam hodie in Gallia in desuetudinẽ abiit. l.fi.si unus ex plur.app.C.per quam appellatio ab uno interposita potest alii prodesse, & necessariũ est omnes seu singulos appellare, alioquin qui non appellauit, non admittitur ad petendas expensas. uel reparationem, seu reformationem sententię, &c. sic censuisse senatum Parisiensem 15.May. 1544. refert Papus lib.19.arrestor.tit.1.arrest.11.

DE APPELLATIONIBVS

LIBER SESTVS.

De Actionibus Appellationis.

CAP. I.

De requisitis in appellationibus, & de forma libelli appellationis.

Et ita appellatur §.fi.l.1. & l.2.& 3.de appellat.ff.

SVMMARIA.

1 *Continuatio à personis ad actiones appellationis, de formul s appellandi diuersis & arreptione itineris, quæ pro appe llatione habetur.*

2 *Appellatio ab interlocutoria quot requirit & à diffinitiua.*

Atq; requiritur 1.grauaminis.causa

3 *Dein ut illa sit legitima.*

4 *Et 3.sit uera.*

5 *Pro-*

5 *Proponatur iudici, & reiiciatur.*
6 *in scriptis proponatur expressa.*
7 *Quia alia quam expressa in appellatione ab interlocutoria non potest in iudicio proponi.*
8 *Quod, & cōmune cum appellatione extraiudiciali.*
9 *Cum tamē à diffinitiua sufficiat appellare simpliciter non adiecta causa, illico uiua uoce.*
10 *Vel si non illico in scriptis, & ibi, quid sit illico appellare, & in scriptis.*
11 *In patria consuetudinaria Galliæ quādo possit illico appellari.*
12 *In causarum deuolutione ad curiam Romanam est appellandum in scriptis.*
13 *In Camera imperiali uoce illico, & in scriptis quando appellandum sit.*
14 *De appellationi uerbali cum reseruatione appellandi in scriptis, & quæ consideretur.*
15 *In Gallia quando statim appellandum.*
16 *Verbum illico in Gallia de quo tempore intelligatur.*

HACTENVS † dictū sit de rebus, & personis appellationum; nunc dicamus de actionibus seu actibus ipsarum; & in primis, quę requirantur antequam dicatur appellatio. 1

Distinguimus autem appellationem iudicialem ab extraiudiciali: rursum eam quę fit in iudicio à sententia interlocutoria seu ante sententiam diffinitiuam, & eam quæ fit à diffinitiua, quia quædam variāt, uel necessaria non sunt singulis. Sciendum tamen, quandam fieri uerbo: quandam inscriptis quando uerò, quæ pro appellatione habeatur, ut quando præcedēte grauamine, quis se subiicit protectioni

tectioni superioris. Ita appellatio de facto facta dicitur, etiam si uerbo facta non fuerit in c.cum olim.7.de dolo,& contum.li.2.ti.14. Veluti arripiendo ad summum Pontificem. Et ita plus est appellare de facto; quã de uerbo c.dilecti.52.& ibi gl.magna fi.de appell. vt non possit ab eo Iudice, à quo grauatus est, ulla sententia in ea causa condemnari sic appellans, c. ad audiẽtiam.34.de app. Disputat tñ plenius gl.ad c.ad reprimendam malitiam.8.ad uerb. conquestus de offi. ord. an habeatur pro appellatione, si quis iter arripiat ad superiorem, & ait haberi, si ante sententiam arripuerit. cap. ut nostrum.56. & cap.dilecti.52. de app.non si post sententiã, qui tũc uoce statim est appellandum, ca. post.appell.§.forma 2.q.6.& causa exprimẽda appellãdi, c.dilectus, c. dilecti, ut debitus, de appell.

2 Quod † pertinet ad sentẽtiam interlocutoriam Specul.li.4.parti.3.rub.de appell.in princ.requirit decem ut ualida dicatur. Tot etiam Præpositus ad c.ut debitus, colum. 18.de appellat.& Rebuffus in Comm.ad tit.de friuol.appel.in concorda. Ludou. Rom.consil. 501. incip.ut declarationem.

Panorm.uero in practica sua c.110 requirit tredecim; quorum omnium quædam ex illis cõmunia sunt appellationibus quoq; à diffinitiua; quędã minimè, ut, qñ occurrent, annotabimus Deo fauente.

Primum quod requiritur est, ut sit causa grauaminis illati uel cõminati.c.1.& c.connotationi; de appellatio.in sex. Quia appellatiò informis esse nõ debet, qualis quæ non exprimat grauamen. Nam si appelletur à certis, & postea addat, & ab alijs grauaminibus, quæ ex actis colligi possunt, appellans

non,

non debet audiri, nisi in expressis, ut sit litiũ finis, & ne uagetur per incertum c. finem litibus, de dolo. Et hoc probat c. cordi. de appella. in sex. iuncta clementina, appellanti eo. tit. Et ita notat decisio Rotæ 7. incipiens. si appelletur, in nou.

Nam sine grauamine hodiè, vel eo reuocato, nõ appellatur rectè, c. cum cessante, de appellation. c. ut debitus honor eo. tit. olim contra c. 2. & ibi gl. 1. ut lite pendente &c.

In diffinitiua sufficit dicere, Appello, l. 2. de app. ff. l. 3. §. fi. & ibi gl. & l. appel. 13. eo. tit, quæ intelligi debẽt de diffinitiua, ut cõueniãt cũ iure canonico.

In praxi tamen interlocutoria in Gallia & apud acta, qs potest appellare simpliciter, Papus tomo 2. notario. lib. 10. tit. de app. in forma 2. appellãdi.

3 2. Quod † sit legitima, id est, quæ legibus probetur, uel iure canonico, & quæ si probata esset, iusta censeatur & non friuola c. cũ speciali 61. de appellationib. l. a sententia 5. eo. tit. ff. Appellari, inquit Marcia. à sentẽtia inter alios dicta non potest, nisi ex iusta causa, & ita ait Specul. li. 2. par. 3. de appel. §. 6. nu. 5. hoc requiri de essentia, ut proponatur in appellatione causa grauaminis illati uel cõminati, qua probata debeat legitima reputari per c. ut debitus, & seq. & c. cum causam, de appell.

4 3. Quod † sit uera, c. cum causam 62. de appell. c. interposita, eo. tit.

5 4. Quod † proponatur iudici causa grauaminis, & non fuerit petitio reparationis admissa, alioqn, si non sit proposita, non potest ea uti appellans, C. dilecto filio, 63. de appell. c. interposita, eo. tit.

Quia si fortè appellans proposuisset, uocatum

fuisset

fuisset grauamen,ut in c.cum cessante,de appel.in l.quod iussit.de re iud.ff.

Tamẽ in diffinitiua contrariũ,l.appellãti.13.de appel.ff.quia sufficit dicere appello,l.2.de app. ff. & in causa appellationis non deducta corã iudice à quo,deduci possunt;l. per hanc de temp.app.C.

Nec tenetur exprimere appellans causam c.cor di,de app.in sex.cle.appellãti,eo Frustra enim cau sa proponeretur,quia postquã Iudex sñiam diffini tiuã dixit,Iudex esse desint,nec eam põt corrigere seu mutare.l. Iudex posteaquã 55.& l.cũ quæreba- tur,de re iud.ff.l.diui fratres,& l.relegati,de pę. ff.

6 5. Quod † in scriptis fuerit proposita & expressa, nẽpe scribatur causa propter quam,appellatur, ali ter nõ ualet,c.1.de appel.in sex.cle.appellanti,eo. tit.cap.cum causam,62.§.fin.eo.tit.apud Greg.

Attamen dubitarunt interpretes an iure ciuili à sentẽtia interlocutoria requiratur appellatio in scri ptis.Nam quidam putant, non esse opus, eo quod interlocutoria nõ egeat scriptura;diffinitiua egeat. l.fin. de sent. ex breue.recit. C. ideo appellatio il- lius nõ egeat scriptura,hæc egeat. Et etiã resoluit glos.1.in l.2.de appell.ff.neque in ipso die pronun ciationis interlocutoriæ, neque sequenti opus esse appellare in scriptis. Verum textum de hoc non habemus, contrarium etiam scripsit Barthol.ad l. eius qui num.4.de appel.recip.ff.nititurque proba re quod in casibus,de quib.iure ciuili potest appel- lari,sit necesse quod in scriptis appelletur,& hoc i- deo, quia tenet causã inserere,ut deliberet Iudex utrum partem grauet uel nõ & emendet, quod po test facere.l.quod iussit,de re iud.ff.c.cũ cessãte,de

appell.

appell. Vt dicitur in libello, in auth. offeratur, de litis contest. facit l. fi. priuil. schol. li. 12. C. & l. libellorum, de ac. ff. Hanc, & sententiam tradit idẽ Bartho. in l. nec quicquam. §. ubi decretum de off. pro cons. ff. Bal. & Ang. in l. partis, & filii de uulg. Et hodie exstat resolutio pontif. in c. 1. de appel. in sex. quæ ait requiri scripturam, secũdum quam ex consuetudine hodie agitur, ut notat Bar. ad l. eius qui, nu. 4. & Salicet. ad. §. fin. autem, l. eos. de appell. C

Quod † maxime inter est notasse, eò quod ultra causam grauaminis expreßã qui appellat ab interlocutoria, non potest aliam in causa appellationis prosequi d. c. cum causam, & ibi gl. & c. ut debitus honor, de app. quo fit; ut etiam Papa rescribat in appellationibus per clausulam, si est ita. c. olim 25. c. significante. 34. c. significauit. 36. de rescript. 7

Quod † & commune est appellationibus extraiudicialibus in quibus, & adici debet expresse causa, ut ait d. gl. fi. ad c. cum causam, propter quã appellat, c. 1. de his, quæ fiunt a maiori parte c. bonæ de appel. c. dilectis, eo c. cũ nobis, de electio. 8

Imò, & appellatio extraiudicialis, ut ualeat. proponi in scriptis debet, aliter quis non reputabitur appellans c. 1. de appell. in 6.

Cõtra † in appellatione à diffinitiua, in qua suffi cit, ut anteà monui, dicere, appello; & si una causa adiecta tantum, aliæ adiungi liberè possunt, coram Iudice ad quem, in prosecutione appellationis ca. constitutus 46. in 2. sic inc. de app. l. Scio quæsitam eo ti. ff. quia in ea, licet non deducta deducere, nec probata probare, in c. cum Ioha. Heremita, de fide inst. l. per hãc, C. de temp. app. fraternitatis, de test. 9

Quare

Quare potest appellari sine scripto illico, & uiua uoce statim pronunciata sentētia, & adhuc Iudice sedente pro tribunali, nec alia scriptura tunc requiritur nā sedente pro tribunali Iudice actuarius uel amanuensis, q. iuxta c. qm̄ cōtra, de prob. adhibet iudicialibus gestis, pōt inter acta referre, si uelit.

Quòd † si non illico appelletur, scriptis fieri de-11 bet appellatio. Et ita meminit de vtraque forma uiuæ uocis & in scriptis l. litigatoribus 14. de app. C. & ibi glossa, explicat illico hoc est antequam ap pellandum in scriptis post sententiam, ad extraneos actus diuertant. Aliter uerò appellandum in scriptis, puta si etiam ad prandium Iudex uenisset & posteà ad tribunal redisset. Nā tunc non fieret in cōtinēte aut illico, ut notat Marāta ex pluribus in terpretibus, in praxi, in 6. parte, in verb. ap. n. 125.

Et ita obseruandum in d. l. litigatoribus, illico appellatum dici, si præsente Iudice, cum determinatur causa, & tūc sufficit tātū uiua uoce appellare.

Aliquando tamen, & quis dicitur illico appellare in sciptis, intra tēpus datum ad appellandū, à tempore scientiæ sententiam latam. Vt ab eo tēpore appellandum sit illico, id est, in scriptis intra diffinitū tempus ad appellandum, quod olim erat biduū aut triduū, hodie decendiū, l. ab eo, C. quom. & quand. Iudex li. 7. tit. 43. posteà dicet Deo fauēte latius. Sed lex litigatoribus illico dixit, ꝙ Marcus iuriscōs. in l. 2. de app. Sed si apud acta, inquit, appellauerit, sufficit ei, si dicat appello. Et Marcianus latius in l. a sentētia 5. §. fi. eo. Si q̄s, inquit, ipso die apud acta voce appellauerit, sufficit: si aūt nō fecerit, ad libellos appellatorios dādos biduū vel

tri-

triduū computandum est. Verba tamen, ipso die, intelligi debent in eodē die quidem, sed ēt in ipsa hora iudicii. Nā totus dies ad appellādū illico nō conceditur, & sic etiam notat Salic. in d. l. litigatori bus interpretans d. l. 2. & l. à sententia, §. fi. de app. & ita in practica seruari, ut cōfestim etiam, Iudice scilicet sedente pro tribunali, eadē hora, in l. Diuus de in integ. rest. ff. quando copiā habuit p̄toris pro hac re sedentis. Sic enim & cōfestim explicat Vlp. in l. 2. §. confestim ad senatusc. Tertull. li. 38. ff. ti. 17. Quāquā sint aliqui, qui dicāt, eodem die, sedēte tñ Iudice pro tribunali uerbo appellari posse. Sed & Baldus & Sal. iūcta glossa ad l. eos, sin aūt. ad uerb. libello, tradūt, nō posse appellari uiua uoce, nisi illico sententia pronunciata & Iudice sedente pro tribunali, facit l. cum antiquitas, C. de testa. 11

In patria † consuetudinaria etiam in Gallia appellandū est illico, statim, pronūciata sentētia, uel eodem die apud acta, & ut dicūt corā Graphario seu coram Amanuensi seu scriba iudicis. Et si sentētia sedente Iudice pro tribunali feratur, ex tēpore seu confestim sedente Iudice: si uerò pronunciata sit in scriptis, postquam pronunciata fuit, eodem die.

Apud antiquos Romanos, inuenimus statim quoque pronunciatū fuisse uerbo, appello, ut Horatius Tergeminus apud Liuiū & alii q̄dā simpliciter eadem uoce appello usi sūt, cōdēnati. Liu. lib. 1. & 2. Atq; li. 3. de Apio agēs, nullo morāte arreptus à uiatore, p̄uoco inq̄t. Et li. 8. Q. Fabius cōtra seueritatē Lucii Papyrii Cursoris, Tribunos pl. inq̄t, appello. Et actor. c. 25. uers. 11. D. Paulus, Cæsarem appello. Macer li. 2. de app. Sed si apud acta q̄s appellauerit,

rit,satis erit inquit;si dicat appello.

12 Est† in iure Pontificio casus, in quo non sufficit uiua uoce appellare sed oportet in scriptis,nẽpe in causarũ deuolutione ad curiã Rom.iuxta formã c. 1.de app.in sex.Archid.& Io.And.ad c.cupientes, de elect.& Rota dec.385.inc.si appellet in nouis.

13 In praxi† Cameræ imperialis.si appelletur a sententia interlocutoria habente uim diffinitiuæ,tunc si in continenti appelletur, sufficit appellationem fieri uiua uoce;ex interuallo uerò in scriptis appellandum,est,ut habetur in ordinatione Cameræ imperial.2.par.ti.29.§.3. Nisi consuetudine receptũ est,quod ab interlocutoriis appellet uiua uoce,prout est in Bauaria,q̃a tũc appellationes etiã uiua uoce factæ ab interlocutoriis ad Cameram, in ea recipiantur.licet Bald. ad l.prograñata.C.comminat. uel episto. &c. teneat non ualere talem consuetudinem uel statutum; contra cuius sententiam in Camera etiam fuit admissa probatio talis consuetudinis in causa oppidi Aichstadensis,cõtra Vuilboldũ Funsich.18.Mar.anni 1527.Mynsinger.cẽt. 1.obs. 66.Vbi & ait suo tẽpore admissas fuisse,appellationes multas uiua uoce a sententiis interlocutoriis factas ex Bauaria.Alioquin secundũ ius a sententiis interlocutoriis appellandum est in scriptis.Gui.Papę decis.11.n.1 etiamsi habeant uim diffinitiuæ,nisi super desertione à diffinitiua si lata.Gui.Pap.decis.12.n.3.& 4.Io.Monachus.ad c.cupiẽtes §.quod si uero per uiginti dies,de elec. in sex. Vidẽdus & Gui.Pap.cons.70.uel.69.inc.pro declaratione.n.5.

14 Appellatur † interdum utroque modo, & uerbo seu uiua uoce cum reseruatione appellandi in scriptis,

ptis,

ptis, & deinde in scriptis. In quo casu celebris est quęstio, quę appellatio priorne, an posterior ualida sit? vt sciat, q̃n appellationis tp̃s currere incipit. Et resolutio est, qđ prior appellatio efficax est, cũ tem peraméto tñ, quoties prior ualuerit appellatio: aliter minime. Vt puta q̃a ab interlocutoria appellatũ esset, à qua nisi inscriptis appellare non ꝑmittit̃ tũc.n. posterior inscript s ua ere: q̃ sñiam cõiorem dixit Mar.6.par.prax.n.125.Bar. ad l.cum procurator.§.si dñs,n.4.de ope.nou.nun.Pau. Cast. cons. 7.& 170.li.1.Rom.cons.41.Frãc.in c.tuæ nobis,col. 5.uers.2.concl.de app.Pan.ad c.dilecto.col. ul. eo. ti. Quãuis idem Pan.sibi contrarius cõtrariæ adhæ serit sñiæ in c.bonæ,de app.Vbi alios citat eius cõ trariæ opinionis,quibus adhæret, ut ex Alex.& Ia. n.12.ad l.cũ procurator,§.si dñs,de ope.nou. nun.

Ex†constitutionibus Galliæ sic de appellationi 15 bus interponendis cauetur, ex constitutione primum Caroli 7.anni 1453.art.18.Nemo inquit, recipiatur ad appellandũ nisi statim appellet senten tia latã; nisi per dolum, fraudẽ, aut collusionẽ procuratoris.q̃ in ea causa interuenisset, is procurator non appellasset; aut nisi magna & euidẽs causa esset releuandi appellantem, in eo q̃ non appellasset confestim. Et in constitutione Francisci anni 1535.cap.16.ar.1. Appellantes, inquit, tenebuntur appellare illico, si adsint præsentes aut illorũ procuratores, nisi sit dolus aut fraus ꝓcurator s, & tenebũtur releuare & exequi, & intimare appellationem intra 40.dies; aliter appellationes, quæ nõ fuerint releuatæ & exequutioni demandatę intra debitum tempus, erunt declaratæ desertæ.

Mansuerius in ti.de appell.n.19.Item illico est appellandũ,inquit,in patria consuetudinaria semper & uiua uoce,& sine causæ adiectione quãquã in patria,quæ regitur iure scripto & iure põtificio,sit in scriptis in interlocutoria appellãdũ,& cũ causæ adiectione,à diffinitiua uerò & in scriptis & uoce illico appellari possit,p c. cordi nobis,de ap. in sex.

16 Verbum† vero illico in Gallia intelligitur,de die pronunciationis sententiæ,& sic in praxi seruatur. Videndus Imbert.li.1.inst.forens.pag.341.& 342. At Papus to.3.Notarior.lib.10.tit.de appell. affert quinq; formulas appellandi,quorũ aliqua fieri dẽt. Prima,ꝙ qñ fit pronũciatio pro tribunali sententię Judex qui vel uoce sua pronũciauit, vel ex scripto iussit pronunciari, appellationem debet tunc emissam iubere per actuariũ scribi,sine aliqua cõtrouersia,ut de iure permissum.2.Vt si qñ pars cõdemnata,qui affuit quidẽ pronunciationi,sed nõ prouocauit illico,nec eius procurator poterit in patria consuetudinaria appellare illico,sed in patria iuris scripti intra decẽ dies,& poterit adire actuariũ iudicis ut scribat eius appell. sine alia solẽnitate;aut expressione causæ; quãuis iure pontificio contrarium requiratur. 3. Tertia forma, ut si in absentia partis iudicium erit pronũciatum, uel eius procuratoris, quando ei fuerit sententia notificata, habeat potestatẽ appellãdi in manibus eius,qui ei notã sententiã,facit.siue sit apparitor,executor,aut alius quispiam,qui in suo actu significationis seu notificationis debebit inserere dictã appellationẽ, & exẽplũ, seu ut dicũt copiã,dare appellãti,ut habeant unde appellationẽ possit probare.4. Quarta ut si quãdo

damna-

damnatus nõ possit tuto adire locũ in quo appellatum est, uel eo mittere, probatur si coram notario & duobus testib. cõstituat se appellãtẽ eorũ oium quæ facta fuerint, iudicatũ, pronũciatum, & executioni mãdatũ, & protestetur de attentatis. 5. Quinta & magis usitata forma, ꝙ prętermissis pręcedentibus appellans tuto appellabit per literas regias, quos impetrabit ad releuãdam appellationem ad quam recipietur non obstante quod nõ appellauerit illico. Vel secundum consuetudines curiarũ impetrabit literas à Baillino uel p̃sidialibus ad quos appellauit, omissis literis Cancellarię.

Guido Papæ in dec. 30. inc. debet appel. tradit ex stylo Parlamenti Delphinalis interpretari statutũ Delphinale, quo intra triginta dies debet fieri appellatio, quod sufficiat fieri verbo, intra tẽpus statutum introducendi appellationes, dummodo postea termino præfigiendo per ipsam curiam, realiter appellatio exhibeatur ipsi curiæ, aut in manib. secretarii causę.

Et hæc de quinto requisito de scriptura, in appellatione ab interlocutoria, de quo posteà copiosius.

Cap. II.
De Apostolis seu libellis dimissoriis.

SVMMARIA.

1 *Apostoli peti debent à Iudice à quo appellatur.*
2 *Qui dicantur libelli dimissorii uel Apostoli, et aliis qui loco Apostolorum dantur.*
3 *ἀποστολή quid?*

4 *Literarum uariæ species.*
5 *Libelli dimissory naturæ alterius in appellatione et quomodo peti & dari debeant.*
6 *De libellis refutatoriis.*
7 *Quæ debeat Iudex obseruare in dãdis refutatoriis.*
8 *De libellis reuerentialibus.*
9 *Iudex dando acta processus uidetur deferre appellationi tacitè.*
10 *Quot requisitiones requiruntur pro petendis Apostolis.*
11 *Praxis Gallicana reijcit Apostolorum necessitatẽ.*
12 *Et praxis Cameræ imperialis.*
13 *Loco Apostolorum in Gallia sunt releuamenta.*

1 REQVISITVM † sextum appellationi, ut Apostoli à Iudice à quo per appellantem petãtur intra 30. dies, alioquin deserta est appellatio, c. ab eo 6. de app. in 6. clem. 2. eod. ti. Atque ita formula appellandi ut appellans cum appellat, dicat, appello & Apostolos, primò, secundò, & tertiò, & cum instantia debita peto mihi dari c. post appellationem, §. fi. q. 6. l. iudicibus, C. de appella.

Marcia. in l. 1. de libell. dimissoriis, li. 49. ti. 6. post appellationem, inquit, interpositã, literæ dãdæ sũt ab eo, à quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue Principem siue quẽ aliũ quas literas dimissorias, siue Apostolos appellant. Sensus autem literarum est, appellasse Lucium Titiũ à sententia illius, q̃ inter eos dicta est. Sufficit autem petisse dimissorias intra tempus instãter & sæpius, ut & si non accipiat, idipsum contesteť. Sic enim uolenti accipere, & nec accipiẽti, cum per il-

lum

lum non stat non obest. Idem in Canon. post appel lationem 2.q.6. Punit autem l. iudicibus 24. C. de appellationib. Iudicem non dantem dimissorias petitas intra 30. dies.

Si omitteretur autem illa petitio seu contestatio, uideretur appellatio deserta. l. quoniam nonnulli, 18. de appellat. C.

Potest autem fieri iterata illa petitio unico contextu & actu. clem. quamuis rigor de appellat.

Ex parte ipsius appellantis fiūt libelli appellatorij; ex parte iudicis dantur libelli Apostoli seu dimissorij vel refutatorij, uel reuerentiales.

Id ēt sunt libelli Apostoli, libelli missi ad superiorē, testantes appellatū esse. Sic Modestinus, in l. dimissoriæ 106. de verb. signif. dimissoriæ literæ dicūtur, quæ vulgò Apostoli dicuntur. Dimissoriȩ autē dictȩ, quod causa ad eū, qui appellatus est, dimittitur. Ita erūt Apostoli dimissorij, id est, nuncij, admissam esse à iudice appellationem, testificantes.

Quod si Iudex non censeat admittēdam appellationem, dat literas testimoniales refutationis, unde Apostoli refutatorij dicunt̄, id est, nuncij refutationis, libelli refutatorij, ī l. fi. §. in refutatorijs aūt. C. de appel. & refutatoriæ preces l. 1. C. de relatio.

Quod si ob reuerentiā iudicis deferatur inhibitioni, Iudex dat istius admissionis libellum uel responsum in scriptis, & dicuntur Apostoli uel nūcij reuerētiales ut in l. eos, §. super his, de appel. C. Nō nunquam loco Apostolorū dantur acta iudiciaria d. l. iudicibus. Libelli etiam conuentionales, quando pars admittit appellationem, inueniuntur.

Alij testimoniales, ut in cap. fi. de appell. qui te-

stificantur de appellatione facta coram Iudice uel alijs honestis personis, de forma quorum agit Spe cutor, lib.4.part.2.§.3.incipien.sequitur. Panorm. in practic.cap.114.

3 ἀπόστολη, ῆς. † Aliquãdo apud Grecos & dimissio & missio dicitur, ut notat Budeus in commentarijs linguæ Græcæ, & apud Platonem 7. Epistol. ἀπόστολα πλοῖα, id est nauigia dimissoria, hoc est, q̃ dimit ti vel mitti mõ huc, modo illuc solent, à rei nauallis præfectis. Et substantiuè, apud Demosthenẽ, sæpè Apostolos pro expeditione maritima & apparatu nauium accipi constat, vt oratio, pro Ctesiphonte, Olynthia 3. Philippica, Harpocrationi & Suidæ ἀπόστολοι exponuntur, αἱ τῶν νεῶν ἐκπομπαί, item ἀποπέμψεις ab Hesychio, & Suida dicunt & eidem Hesychio ἀπόστολος Imperator exercitus nauallis, στρατηγὸς κατὰ πλοῦν πεμπόμενος.

Possunt & literæ missæ cuiuscunq; generis dici Apostoli, vnde & vulgò Gallicæ dicunt Missiuæ.

4 Verum † intelliguntur Apostoli, libelli diuersa de causa missi per diuersa nomina.

Quemadmodũ dictæ literæ quædam formatæ inter Ecclesiasticos olim trãsmissę propter certam formã à consilio Niceno eis datam quam sacri alij canones confirmarunt. Vnde & dictæ posteà canonicæ literæ, veluti tesseræ agnitionis, cum quib. ab una in aliam diœcesim transibant clerici vel Episcopi, testimonium probitatis & ordinationis transeuntis habentes: ne alij has literas non habentes transeuntes, mentirentur se esse ordinatos.

Illæ & rursum à fine diuerso, nomen aliud accipiebant: ut q̃dam dicebantur canonicæ εἰρηνικαὶ seu pacifi-

pacificæ, pro tuto trāsitu; possumus dicere saluum conductum, uulgo. *Passeport, & Sauf, conduct*, seu fidem publicam. Erant, & aliquæ συστατικαὶ, commendatitię, aliquæ dimissorię, aliàs dictę ἀπολυτικαὶ, quibus ostendebatur ex dimissione antistitis cōcedentis, Episcopum uel clericum transiturum; sine quibus in aliena diœcesi nemo ordines sacros suscipere poterat. Per illas autem antistites suæ subiectionis personas à suis nexibus dimittunt, & aliis ordinandas tradunt.

Vt hodie etiam in c. fraternitati 5. de cler. nō resident, lib. 3. tit. 4. & ibi gl. Commendatitiæ interdum sunt, & dimissoriæ, quando qui mittit, missum etiam commendat, ut in c. 1. & 2. 72. dist. quo loci, & refertur forma præscripta à Nicena Synodo, & apud Balsamonē ad can. 13. Nicenæ Synodi. Vt & apud Photium Patriarcham Constantinopol. dimissoriæ, & formatæ pro iisdem ponuntur in cap. 26. Nomocano. Quanquam alibi distinguantur ut diuersè, pacificæ, & commendatitiæ à dimissoriis. Dicitur in concilio Chalcedonensi cap. 11. Commendatitias datas suspectis de infamia; pacificas, pauperibus. Videndus deferentiis harū literarum cononicarū libellus Giraldi Rodolphi Grauiensis de literis canonicis.

Sed hic † agimus de aliis dimissoriis in causa appelationis datis, quas petere appellās à Iudice à quo appellabat, & Iudex dare tenebat d. l. uni. de libell. dimis. de q. bus, & c. sępè, & c. Abbate, de app. **2**

Alioquin inquit Paulus libr. 5. sentent. titu. 34. quia intra tēpora præstituta dimissorias non postulauerit, uel acceperit uel rediderit, pręscriptio-

ne ab agẽdo,id eft, ĩ perfequẽda appe. fubmonet.

Statuerunt uero Diocl.& Maximia.in l.eos.6.§. Apoftolos de appel.C. Apoftolus poft interpofitã appellationem,etiam nũ petente appellatore fine aliqua dilatione,Iudicẽ dare oportere,cautione de exercenda appellatione in pofteru non præbenda.

Per quam legem emẽdata funt iura antiqua in duobus.Primũ in eo,quod Iudex dare debebat libellum dimifforiũ intra quinque dies,ut fcribit Iulius Paulus li.5 recepta.fentẽt.ti.34.Et fecundo,in eo quod daretur cautio intra quinque dies ab Apoftolis impetratis in hæc uerba,iniuftè appellaueris tantum dare fpondes?Scribit, & Iuo Carnotenfis Epifcopus,Epift.30.Ecclefiæ Belluacenfis Decano poft appellationem infrà quinque dies poftulandas literas ab eo à quo appellatur ad cũ ad quem appellatum eft,ut diem utrique patri conftituat,in quo iudiciali fententia causã terminari præcipiat. Id,& rursũ tradit Epiftola.221.Epifcopo Cænomanenfiũ fcribẽs,debet,inquit,appellator infra quinque dies literas accipere à iudice à quo appellatũ eft,quas qui accipere aut poftulare neglexerit:fecundũ ftatuta legum ab agendo remouendus eft.

6 Si non † admittebat Iudex appellationẽ nec uellet dare dimifforias feu Apoftolos,loco illorum ad petitionem Apoftolorum dabãtur libelli refutatorii,de quibus meminit lex fi.§.1.C.de appellat. dũ ibi iubet Iuftin. ut ii breues fint, nec uerba fuperflua contineant,aliter dictantes, & utentes illis puniantur arbitrio iudicis fuperioris,ad quẽ refutatorii deferunt.Hoc eft quod,& Macer in l.fciendum 6.de app.recip.fcribit,fciendum eft,cum appella-

tio

tio non recipitur præcipi sacris constitutionib. omnia in eodem statu esse, nec quicquam nouari etiã si contra fiscum appellatum sit: eumq; qui appellationem nõ receperit opinionem suam confestim per relationem manifestare: & causam pro qua nõ recepit appellationẽ, eiusq; exẽplũ litigatori edere debere, mãdatis cauetur. quibus uerbis vltimis substantia, & forma refutatorii libelli exprimitur. Non enim debet referre omnibus appellationibus maximè friuolis c. cum appell. de appellat. in sex.

Vt autem † hoc refutatorios rectè dare possit. Iudex debet obseruare, 1. quãdam appellationem esse manifestè frustatoriam, ut quãdo appellatur in crimine notorio. 2. aliam latenter frustatoriam, ut quando quidem exprimitur causa rationabilis, sed illa est falsa. 3. aliam esse latẽter probabilẽ, ut quando exprimitur iusta cã, sed nõ est in iure expressa. 4. Aliã manifestè esse probabilem, ut quando exprimitur causa à iure expressa manifestè, ut c. 2. ut lite non contestata, & ibi gloss. 1. de latente. 7

Prima appellatio repellit̃ à iure, & debet repelli à Iudice. 2. Repellit̃ à iure, sed à Iudice interim admittitur. 3. admittit̃ à iure, & Iudice, nisi sit datus cũ clausula appellatione remota. Quia iste non tenetur deferre appellationi. 4. admittitur à iure, & à Iudice Ioha. Adr. ad c. pastoralis, de app. Pano. in pract. c. 114. nu. 5.

Vocant, & Apostolos seu libellos reconuentionales, quãdo Iudex dubitãs an sit deferendum appellationi, tamen propter reuerentiam superioris dat Apostolos, id colligũt ex c. 1. de appell. in sext. quãdo statuitur, ut appellans ad sum. Pontif. petat 8

à Iudice

à Iudice instanter Apostolos, Iudex autē det intra 30.dies, alioquin nisi petatur, & dentur, censeatur, renunciatum appellationi: nisi post instantiā deneget Iudex, quia eo casu non officit appellanti denegatio: sed perinde iudicis denegātis processus nullus est post petitione Apostolorū, ac si appellatio admissa fuisset, (ut c.ab eo.6.eo.ti.ī sex.) & posteà licitè possit prosequi appellationem suā appellans cle.quanuis, 2.in pri.& §.fi.de app.li.2.ti.12. Atque triginta dies incipiūt currere à die interpositæ appellationis, secundū Hostiensem ad c.cordi, de appell.in sex. Secūdum alios à die latæ sententiæ.gl. ad d.c.ab eo, 6.ad uerb.triginta, & ibi Io.And. gl. ad l.1.de libel.dimis.quæ sentētia magis probatur, ut idem Iohan.Andr.ad cle.quāuis, de app. Fuit.n. ualde cōtrouersa hæc sentētia, ut liquet ex decisione Rotæ.29.in nouis. Tn̄ addendū à tempore ita demū sententiæ currere dies, si notitiā sentētiæ habuerint appellās: aliàs à tempore sciētiæ ut ait Marant.in praxi.6.parte, uer.appel.n.209. Mynsinger cent.4.obseru.36.in Camera seruari ait imperiali. Et hi dies sunt cōtinui, gl.in c.non solū ad uerb.dicēdū.de app.in sex Videdus de his.Cas.dec.8.n.9.

Quāquam Panormitanus in praxi.c.113.n.3. existimet, petēdorum Apostolorū triginta dies currere à tēpore appellationis interpositæ, & non à die sententiæ uel grauaminis, & citat.Genzel.ad cle. quanuis rigor, de appell.& Rotam.

9 Si Iudex † pro Apostolis reuerētialibus acta processus det, quanuis uerbum deferimns nō accedat tamē uidet deferre appellationi, & à se iurisdictionē abdicare, Rota dec.70.inc.si Iudes, in nouis. Si

Iudex

Iudex etiã simpliciter dat Apostolos ideẽ deferre appellationi. Panorm. ad c. dilecto, de appell. & in practica c. 114.

In summa † iure ciuili per l. eos 6. §. Apostolos, 10 de appel. C. ex nouo iure Apostoli retinentur, sed remittitur petitio instans & cautio petentis.

Iure Põtificio quoq; ut ꝓbatũ, & petẽdi & dãdi.

Ad minimum tamẽ requiritur una requisitio iudici facta, argum. l. Titia Seio, §. vsuras, de legat. 2. gl. ad verb. requisiuerint, ad clement. 1. de hęretic. l. mora, & ibi Bart. de vsur. ff. Tutius tamen vt ter vel sæpe fiat requisitio, per l. vnic. de libell. dimiss. ff. & c. 1. de supplen. neg. prælat.

At † praxis Gallicana reiecit hanc formulam li 11 bellorũ Apostolicorũ, seu dimissorium & lex regia an. 1539. art. 117. Francisci primi statuit ne in posterum opus esset appellantibus in patria ẽt iuris scripti, petere Apostolos, & quod sine illis appellãtes admitterentur appellantes, & ad prosequendũ appellationes. Et remansit hic vsus petendi Apostolos in curijs Ecclesiasticis: in foro uerò Laico nõ requiritur nũc Apostolorũ petitio, acceptio & redditio, neq; illis omissis efficitur deserta appellatio.

Sic † etiam in constitutione nouissima Cameræ 12 imperialis in 2. par tit. 30. in princip. relinquit extra nexũ necessitatis in arbitrio appellantis nũ velit aut nolit Apostolos petere. Mynsinger. cẽtur. 1. obser. 84. & cẽt. 4. obser. 36. Quinimo vt idẽ refert eadẽ cent. 4. obser. 44. In ordinatione Camerę, par. 2. ti. 30. §. itẽ so soll. Statutũ non esse necessariũ, q̃d appellatio corã notario facta insinueẽ iudici à quo, sed eã ualere sine insinuatione. Potest. n. appellare in ab-

in absentia sine causa iudicis corã notario & testibus,ut ait Panorm. ad c.suggestum 15. de appell. & ibi glo. Neque, inquit, obest, si iudici uel parti non intimetur,nisi quoad reuocationem attentatorum;ea enim non reuocantur tali casu, nisi per uiã iustitię,quando uidelicet appellans in causa appellationis obtinet.

13 Loco † Apostolorũ in Gallia utimur releuamento appellationis. Nã qui non releuauit suã appellationẽ cũ effectu intra tempus ordinatũ seu statutũ eius appellatio est ipso iure deserta; sicut eius qui intra tempus constitutum non impetrauerat Apostolos,vt ait Masuer.in praxi tit.de appellat. §.2.

Quare hodie alia à iure est praxis. Nã si pręsente parte pro tribunali feratur sententia,prouocatione uoce interposita, iubet Iudex actuario scribere appellationem seu regestare. Atque potest aliunde appellans eadẽ die,qua pronunciata fuerit sententia,aut intra decẽ dies in patria iuris scripti, adire actuarium seu scribam iudicis, & curare registrari suam appellationem,seu inter acta perscribi, simpliciter etiam, omissis causis, appellandi, contra quod statuitur in c.cordi,de appellat. in sex.

Etsi absente condemnato fuerit lata contra eũ sententia, quãdo ei per apparitorem intimabitur uel significabitur,dẽt dicere, se appellare, & tunc apparitor eius appellationem scribit, & dat ei exẽplũ sententiæ intimationis & appellationis. Hincque apparebit sine alijs Apostolis de appellatione.

Solent & impetrari, literæ à Cancellaria regia, quibus quis restituitur ad appellandum & contra emissionem non fuisse appellatum illico, aut intra

tem-

tempora appellandi, & ita releuatur à desertione, & ea non obstante mandatur iudici, ut de appellatione cognoscat.

CAP III.

De aliis requisitis in appellatione legitima.

SVMMARIA.

1 *Appellator uel procurator eius debet uenire instructus.*
2 *Appellatio fieri debet coram Iudice, si eius haberi copia possit.*
3 *Adhibitis notario & testibus, ut fides fiat, appellatum esse.*
4 *Si Iudex comprehendi non possit, fit appellatio coram honestis personis.*
5 *Sufficit autem iudici porrigere appellationem, quamuis coram illo non legatur.*
6 *Intra decem dies appellandum.*
7 *Notificanda est appellatio aduersario.*
8 *Et intra annum prosequenda, uel ex causa intra biennium.*
9 *Solennia curiarum & prouinciarum in appellationibus ordinata, seruanda sunt.*
10 *Quæ debeat obseruare Iudex in causis appellationũ recipiendis formalia & materialia in Camera imperiali.*

SEPTIMVM † requisitum ad appellationem veram ab interlocutoria, vt appellãs uel eius procurator ueniat instructus, c. 1. de appe. in sex. c. 1. de elect. in sex. nempe cum documẽtis, iuribus, & instrumentis & actis processus, quos debet afferre,

re,ut vices actoris gerens;& peti id poteſt ab appellato,ut decidit Rota dec.204. incip.appellatus terminum,de appel.in nouis.

Octauum,†ut appellatio fiat coram Iudice à quo appellatur,c.ſuggeſtum 15.& c.fi.de app.Hoc eſt, fiat in præsētia iudicis à quo appellatur,ſi eius haberi copia poſſit in iudicio,c.biduū 29.§. dies aūt 2.q.6.ſumptū ex l.1.§.dies aūt,quando appellād. ſit.li.49.ff.tit.4.Vt debitus honor iudicibus tribuatur & conſeruetur,c.ut debitus,de app.l.omnē honorē.quan.prouoc.nō eſt neceſſ.C.& ut ſciatur,nū ipſe Iudex uelit admittere appellationē uel reiicere,aut reuocare grauamen,p c.cū ceſſante,de app. Niſi metus iuſtus excuſet,quo minus aditus ſit Iudex;quo caſu oportet proteſtari.Sic em̄ ait.c.fi. de app.Si iuſtus metus quo minus appellaueris te excuſat,ad appellationis reputaris beneficiū cōuolaſſe,dūmodo infra tēpus,quo licitè ꝓuocaē corā Iudice à quo appellaſſe volueris:uel ſi habere ipſius copiā nequiuiſti,in pſentia bonorū uirorū ꝓteſtatione ſup hoc ꝓpoſita,cauſas appellationis duxeris exprimēdas.Quod sūptū eſt ex l.2.de his q p met.iud.non app.li.7.C.tit.67.ubi denegaē facultas redintegrādæ audiētiæ his q tempore cōpetēti nō appellāt.Si aūt iuſto metu impediantur,& uim ſuſtineāt,cōteſtatione publicè ꝓpoſita, intra dies uidelicet legitimos,quibus appellare licet nempe à tempore ſententiæ numerandos,ut ait ibi gl. per auth.hodie,de app.C.cauſas appellationis euidēti affirmatione diſtinguendo,proinde habetur ac ſi appellaſſent.

Idem in l.cum quidam,de app.ff.ubi qui propter

metum

metum iudicis nō ausus est ei libellos appellatorios offerre, sed publice appellationem proposuit, id est, inquit glossa coram uicinis, perinde est ac si appellasset coram Iudice.

Debet autem esse metus iustus, aliter non excusat, l. uani, de reg. iur. Qđ si plures sint iudices qui iudicarint, a quibus appellatur; quorū pręsentia haberi non possit, erit coram illis uel maiori parte illorum appellandum, & Apostoli peti possunt separatim clem. 1. de appellat.

Speculator † in li. 4. par. 2. ti. de appell. §. 1. nu. 13. admonet, sciendū esse appellationem fieri debere coram notariis, ut de ipsa fides fieri possit, si forsan negaretur appellatū fuisse, adhibitis testibus, ut in c. Romana 3. §. si uero, de appel. in sex. Notarius aūt debet adiicere, in nomine Domini. Amen. anno, die mense. indictione talibus, talis corā tali Iudice constitutus in præsentia mei notarii, & testiū infra scriptorum, talis appellationem quandam legit & scriptis interposuit, in hæc uerb. &c. 3

Quādo † iudicis copia haberi non potest; appellatur corā personis honestis uel publicis. c. bidnū 2. q. 6. c. pastor. de of. ord. in fi. c. fi. de appell. & peti possunt ab illis Apostoli testimoniales, Specula. li. 4. par. 2. de appel. §. 3. uer. hoc etiam scias, nu. 11. 4

Sufficit † autem offerre iudici appellationem uel porrigere, quanuis coram illo non legatur, Speculator lib. 2. par. 3. de appell. §. 6. qualiter, nu. 3. per c. si qs libellos 2. q. 6. & c. biduū, vers. si qs ipsius, & C. quorū appel. nō recip. l. nulli, ibi tribuat. Et sic, inqt Spec. obtinuit, ne det̄ uia iudicib. malignandi: item quia & solo facto appellat̄, c. dilecti, in 2. de appell. 5

Et ho-

Et hodie pro hac sententia est textus expressus in ca. appellato 9. de appellat. in sex.

Et in l. eius cuius appel. 5. de appel. recip. ff. Ei cuius appellatio non recipitur sufficit, si dicere possit appellationem suam non fuisse receptam: quod quaqua ratione doceat, admittetur appellatio. Et in l. de pupillo 5. §. si quis ipsi prætori, de ope. nou. nunciat. li. 39. ff. ti. 1. Si quis ipsi prætori uelit opus nouum nunciare, debet, ut interim testetur non posse se nunciare, etsi nunciauit postea.

Addit insuper, quod plus est, Bald. ad auth. quæ supplicatio, de precib. imperat. offeren. C. quod soli notario, nempe iudicis, absque Iudice appellatio possit presentari. Cui consentit Card. ad clem. 2. §. similiter, q. 2. de appellat.

Quod tamen intelligendum est, quando præsentia iudicis haberi non potest, non aliter, ut tractat Guido papæ decis. 436. nume. 64.

Ratio autem horum omnium esse posset, quia decem dierum tẽpus ad appellãdum utile est, & currit uel labitur à momento ad momentum. Et proinde rectè placuit, ut appellatio proponi & admitti possit, non tantũ in auditorio sedente iudice pro tribunali & præsente parte, sed etiã extra iudiciũ & in domo iudicis, & sine partis uocatione. Rota dec. inc. si appellat, n. 2. de app. in nouis Currũt eñ à die notitiæ dies, c. concertationi, de appel. in sex.

6 Nonum † requisitum in appellatione ab interlocutoria, quod intra decẽ dies a die illati grauaminis scientiæ interponatur, vt dicemus postea.

7 Decimum † quod appellans notificet appellationem suam aduersario, cle. 1. de appell. alioquin non proce-

procederetur in curia iudicis ad quē contra illum efficaciter, quia nō esset contumax nō citatus. Appellatio enim quæ defert causam ad curiā ibidem tractandam, est quædam citatio, ut liquet ex c. sta tuimus. 1. de electio. in sex. quod latius tractat Speculator li. 2. part. 3. §. 6. n. 9. & prosequitur nu. 11. & quomodo sufficiat si procuratori habēti expressū mandatum in causa litigiosa, intimetur, ut noceat domino, cle. causam 3. de elect. l. imo. 16. de liber. caus. li. 40. ff. titu. 12. per l. sed, & hær. 35. §. defendere, de procurat. ff. l. in causis 30. de election.

8 Vndecimum † quod intra annum fiat prosequutio appellationis, uel ex causa intra bienniū, c. cum sit Romana, 5. & c. ex ratione 8. de appell. aliter diceretur appellatio deserta, cle. 3. eo. tit. nisi restitutio in integrum posteà obtineatur, d. c. ex ratione.

9 Pro duodecimo † obseruandum quod in multis imperii ciuitatibus, & aliorum regnorum, & ditionum ex statuto uel priuilegio non admittuntur appellationes, nisi solennia quædam prius præstētur puta ut appellantes pecuniam aliquam deponāt, iurentque appellationem calumniosè non fuisse interpositā: quæ præstāda sunt coram Iudice à quo. Cæterum si præstita non fuerint, non ideo tamen minus ualet appellatio: sed nō audiuntur appellantes coram Iudice ad quem, nisi prius huic solennitati accidentali satisfecerint, & sufficit si corā Iudice, ad quem appellant, offerant se satisfacturos statuto aut priuilegio; & ita seruari in Camera imperiali refert cum plurium iuriū, & rationū probationibus, Gaillus. li. 1. obseruat. practicar. obseru. 124.

10 His † præcognitionis facilior erit praxis Cameræ

imperialis circa appellationes. Nam in summa, ut notat Gaillus li.1.pract.obser.c.119.quo ad causas appellationum attinet,in decernēdis processibus, puta citatione,inhibitione,& compulsorialibus,Iudex duo potissimum considerare debet.

Primò formalia,deinde materialia appellationis. Sic enim loquuntur eius curiæ pragmatici.

Formalia 1.in eo consistunt;utrum in debito tēpore.puta intra decendium appellatum sit.

2.An ab interlocutoria,in scriptis,grauaminibus in specie insertis.

A diffinitiua uerò.an in continenti uiua uoce;& ex internallo inscriptis.

3.An solennitas & forma appellandi ex statuto requisita fuerit seruata.

4.Præterea,si ab interlocutoria appellatū sit,an simplex & mera sit interlocutoria, an uerò habeat vim diffinitiuæ.Si simplex,an ab ea possit appellari uel ne;deinde an sit appellabilis.Si appellabilis, citatio rectè decernitur sed nō inhibitio:si non sit appellabilis,petiti processus, hoc est, citatio & compulsoriales rectè denegantur.

Quod si diffinitiuæ uim habeat interlocutoria, non solùm citatio & compulsoriales,sed etiam inhibitio concedi debet.

5.Num gradatim facta quia nō admittitur omisso medio.

6.An instrumentū appellationis sit chartaceum siue papyraceum,an ex mēbrana.Si chartaceū regulariter fidem non facit.Quia ex cōstitutione.Maximiliani 1.an.1512.promulgata,in comitiis Colonienſibus.Instrumentum notariorum ex mēbrana

con-

confici debent, nisi aliter cũsuetudine receptũ sit, quæ & in Camera recipitur. Quia & consueta forma facit instrumentum authenticum, c. cum dilectus, de fide instrum. & ibi glossa.

7. An appellatio in termino legis uel hominis ritè introduci possit. Nam si appellans negligẽs fuerit in extrahẽdis maturè processibus; ut citatus nõ potuerit maturè in termino præfixo cõparare, nec citationis reproductio tempore debito fieri, Iudex appellationis nihil decernet nisi supplicans suo periculo sibi decerni processus petat. Tractat de officio iudicis à quo in recipiẽda appellatione, & quæ in ea considerare debeat. Speculator. li. 2. par. 3. de appell. §. 9. nunc dicamus, & de officio iudicis ad quem, §. 10.

Ad materialia pertinet, ut Iudex uideat, nũ causa sit extra summam, à qua uel priuilegio uel cõstitutione appellare non licet ad Cameram.

Merita uerò causæ principalis, quę post appellationem examinatam cognoscuntur, huc non pertinent.

CAP. IIII.

Quid continere debeat pro substantia in summa libellis appellationis ex §. fin. l. 1. de appellatio. ff.

SUMMARIA.

1 *Libelli appellationis duarum specierum.*
2 *Libelli appellatorii exhibiti iudici ad quem forma.*
3 *Communis forma libellis appellatoriis.*
4 *Libellus accusationis.*

5 *De forma libelli appellationis* §.finalis l.1.de appellation.ff.

1 LIBELLI †appellationis duarum specierũ sunt. Alii enim sunt, qui porriguntur iudici à quo appellatur: alii qui iudici ad quem appellatum est, ut notat Barth.ad l.1.§.libelli, de appe.ff.& de iurisq; Speculator, lib.4.part.2.tit.de appe.§.3.& 4.

Libellus qui porrigitur iudici à quo, ipsa est appellatio, Et hic est necessarius quando appellatio fit in scriptis.

2 Libellus †uerò qui exhibetur iudici ad quem est repetitio libelli appellationis, quando exponitur causa iudici appellationis, ut eadẽ fermè obseruentur, excepta conclusione, quæ fit post narrationem libelli appellationis, quæ cõtinet intentionem impetrantis post narrationem appellationis. Quare peto per uos (iudices ad quos appellatum est) pronunciare per me benè & iustè appellatum esse, & malè & iniquè iudicatum esse (ut monet l. eos, de app.C.) & dictam sententiam cessari & irritari, & quæ inde sequuta sunt.

Si appellatur ab interlocutoria, additur etiã, ut & facta post appellationem reuocent. Et interdum ante oĩa super attentatis reuocandis agit̃ c. sollicitudinem, de appellationib.c.auditis de procurat.

Appellatus uerò contrariis conclusionibus utitur in suo libello defensorio coram Iudice quem.

Peto declarari per uestram sententiam, benè & iustè iudicatum fuisse à Iudice à quo, & talem malè & frustatoriè apppellasse, & ideo illũ cõdẽnari in expẽsis legitimis, quas posteà declarabo, cũ multa

ta etiam si pro temeraria appellatione debeatur edicto principis uel lege multa.

In summa appellatus sententiã a qua est appellatum, suo libello rationibns tutari & defendere debet; appellans uero impugnat.

Dantur breues formæ libelli appellationis ante sententiã, id est, ab interlocutoria, & appellationis post sen tẽtiam diffinitiuam, & libelli dimissorii in c. post appellatione 31. §. forma Apostolorũ 2. q. 6.

Libelli porro appellatorij communem habent conceptionẽ, ut contineant scriptura, & à quo dati sint. hoc est, qui appellet & aduersus quos & à qua sententia. l. 1. §. fi. de appel. ff. Quę tamen intelligenda primũ sunt, quando appellatur in scriptis. Nam si uiua uoce statim pronũciata sententia appellaretur, sufficeret dicere, appello, l. de appel. & l. appellante 13. eo. Et tunc certitudo personarum & causa appellandi, referuntur ad tũc acta, quæ talem certitudinem per se habent, ut alia demostratione superflua non egeant.

4 Affinis † forma libelli accusatorii, de qua in libellorum. de acc. quo loci inscriptio eius, indiget nomine iudicis corã quo accusatio instituitur, & eius qui accusat. & accusati, & criminis seu causæ acusationis, die, anno, indictione.

5 Cæterum † uerba §. fin. l. 1. de appellat. ff. inscriptionis aduersus quem duplici modo explicãtur, primum aduersus quem scilicet Iudicem, ut teneatur appellans nominatim exprimere Iudicẽ a quo appellat; sicque nõ pugnauit l. scio, 3. eo. ti. de app. quæ alioquin pugnare uidetur. scio, quæsitũ, inquit Vlp. si quis non addiderit in libellis contra quẽ ad

uersariũ appellet, an p̃scriptioni subiiciat? Et puto nihil oportere p̃scribi. Loquit̃ enim de aduersario litigante, contra quem appellatur, ut necessarium nõ sit, eum in libelo exprimere,

Alia autẽ explanatio. §. libelli, est, ut loquatur de aduersario litigãte, quem exprimere teneatur. Respondere autem possumus ad d. l. 3. obiectam, ut dixisse uideatur omissionem eius expressionis, quamuis soleat apponi, non uitiare appellationem.

Sed certe adhærendum priori sententiæ potius, quia, & in libris basilicis in eadẽ mẽte. §. ille libeli explicatur. lib. 9. ti. 1. c. 2. ὁ λιβέλλος, inquit τῆς ἐκκλήτου ὀφείλει ἔχειν τὸ ὄνομα τοῦ ἐκκαλουμένου καὶ τοῦ δικαστοῦ, καθ' οὗ ἐκκαλεῖται, καὶ ἐκ ποίας ἀποφάσεως, Libellus appellatorius continere debet nomen eius q̃ appellat, & iudicis aduersius quem appellat, & à qua senten. Sic etiam aduersarius dicitur Iudex in l. si appellationem. 31. de appellat.

At nõ ita debet intelligi de persona cõtra quos pronunciatum est. Nam si plures sint, & tantum aliquorũ nomina fuerint in appellatione comprehensa, illi tantum appellasse, cæteri uero acquieuisse sententiæ censentur. l. 3. §. certè si plures si sunt, de appellat. ff.

Cap. V.

De temporibus appellationum.

SVMMARIVM.

1 Tempora appellationum fatalia quæ, & quot.

1 TEMPORA† appellationum fatalia, hoc est, quibus elapsis interitus potestati, concessæ intra illa, accidit, diuersò modo, & plura aut pauciora à diuer-

à diuersis afferũtur. Gallus lib. 1. obseruat. pract. obseru. 39. tria tantũ ponit, quædam ad interponẽdam: quędam ad introducendam coram Iudice ad quem: quædam ad finiendam appellationem, At Rebuffus tractat. de appell. in præfatio. nu. 43. & seq. in constitut. regias tom. 2. ponit septẽ tẽpora. 1. interponendæ. 2. renunciandæ. 3. releuandæ. 4. iter arripiendi. 5. prosequendæ appellationis. 6. finiendæ. 7. ad præsentandum.

Nos quatuor tempora obseruamus in appellatione potissimum. Primum appellandi. 2. petendi Apostolos 3. offerendi appellationem iudici ad quem. 4. prosequendi appellationem. Reliqua tempora à Rebuffo p̃scripta sub illis contineri possunt vel alio capite cõsiderari, veluti renunciationis tẽpus, dum de extinctione appellationis agetur, cõtempladum. Tempus vero iter arripiendi sub tempore appellandi vel prosequendi. Prosequendi cũ effectu ad finieudam extenditur. Tempus verò ad se præsentandum ad tempus tertiũ referri potest.

Cap. VI.

De primo tempore, quod est vel in scriptis uel illico appellandi.

SVMMARIA

1 *Tempus datum ad appellandum illico antiquum.*
2 *Quale hodie sit iure nouissimo ciuili & Pontificio.*
3 *Quale in ordinatione Cameræ imperialis.*
4 *Tertius intra quod tempus debet appellare uel adhærere appellationi litigantium.*
5 *Dies decem appellationis interponendæ habent locum & in diffinitiua & in interlocutoria.*

6 *Hoc tempus ex consensu partis uel iudicis non potest prorogari; augeri uel minui tamen poterit per consuetudinem & statutum ab ijs factum qui statuere possunt.*

7 *A quo tempore currat tempus appellandi docetur.*

8 *Decem dies ad appellandum non currunt, quandiu perseuerat grauamen.*

9 *Vel lapsi non impediunt nullitatis sententiæ actionem, nisi vna appellatio tractari debeat.*

10 *Lapsus decem dierum obest ita demum si quis pronunciatum sciuerit, & contra se, & non appellet.*

11 *Quando uero decem dies a tempore sciētiæ currant, docetur.*

1 TEMPVS † primum interponendæ appellationis dixit Vlpianus in l.1.de uacat.mun.li.50. ff.tit.5. quando verbo appellandum est, illico seu confestim pronunciata sententia & sedente Iudice in tribunali appellatur: vel si in scriptis lata fuerit eodem die apud acta, vt dictum est.

Appellabatur verò iure pādectarum in scriptis intra biduum in cā propria; in cā aliena, ut per procuratorē intra triduum à tpe latæ sententiæ, vel à tēpore quo copia iudicis haberi & libellus ei offerri poterat. l.1.§.biduū cum §.seqq.& l.2.quand.appell.sit li.46.ff.tit.4.l.eos 6.in l.sic incipiente, §.fin aūt in iudicio, de appell. C.l.3.de appel.ff. Propino cām ab aliena decernimus, ut illa sit. cuius damnū, vel emolumentum ad aliquem suo nomine pertinet: alienā contra. d.l.1.§. in propria cā, quand.appel.sit. Quarè procurator alienā causam defendere dr̄, nisi in rem suam sit datus, d. l.1. §. procurator, quand.appel.sit ff.l.qui suspectū 26.de appel.in ff.

Hodie

Hodie † ex constitutione Iustiniani decem dies dati sunt ad appellandum à die recitationis sententię, siue in causa propria, siue in aliena, Auth. hodie de appel. §. 1. de appell. in nouell. 23. & §. si quis cōtra aliquem, de sanctiss. Episcop. nouell. 123.

Iure Pontificio quoque qui appellare vult, id debet facere intra decē dies, alioquin sententia transit in rem iudicatam. c. concertationi, 8. de appell. in sex. c. quod ad consultationem, 5. de re iud. lib. 2. tit. 27. c. anteriorem 2. q. 6.

Sic intelligēda est, l. 1. C. de tēpor. appell. ubi nominatus ad duum uiratum, vel alios honores, habet duos menses interponēdę appellationis causa, nempe ut non loquatur de interponenda solum, corrigatur per Authen. hodie.

In † ordinatione Cameræ imperialis part. 2. tit. 29. Volumus, inquit Carolus 4. ut terminus decem dierum intra quos succumbenti parti, de iure communi appellatio conceditur, nulla uia transgrediatur, prorogetur aut decurretur, ac ꝓpterea nullus Iudex ad interpellationē ac petitionē partis lōgius spatiū seu terminum quam decem dierum deliberandæ appellationis dare siue concedere debebit.

Facit quod iure etiā supplicatio, quæ est modus emendandi sententias à quib. appellari nequit, si velit impedire sententię executionē sine cautione exigit, ut fiat intra decē dies, à die prolatæ sententię, Auth. quę supplicatio, C. de precib. imperat. offerend. gl. ad c. significauerunt de testib. Quanquā in Camera imperiali ex eius ordinatione petenti reuisionē actorum cōtra sententiā latam, non currat decendium, sed certa forma alia & tēpora petēdi reui-

di reuiſionem præſcribantur ſeruāda, in ordinatione eius Cameræ, part. 3. tit. 53.

constituunt tempora introductionis appell. Sicq; Philip.6. anno.1332.sancit. Statuimus, vt quicunq; a iudicib. nostris seu alijs subditis regni nostri ad curiā nostrā duxerit appellandū infra tres menses continuos à temp.appel.emissæ adiornamentū im petrare,& iudices à quib. appellatū extitit adior nari seu citari, ac parti appellatæ intimari facere: vel è conuerso secundum diuersitatem regionum, teneatur. Quod si negligens extiterit elapsis trib. mensib. iudices à quib.appellatā fuerit, sententias per eos latas tenebunt executioni debitę facere de mandari,& qui suā appellationē nō fuerint prosequuti,uel in causa succubuerint, ad emendā nobis præstandā propter hos tenebuntur, nostri fisci iuri bus applicandā: in patria, quæ iure cōsuetudinario regitur, hanc ordinationem obseruari uolumus.

Idem statuit Carolus 9.an.1453.ar.15.vt nisi appe lationes emissæ à Bailinis, Senarchis, Prępositis & alijs iudicib. tā parium Franciæ, quā aliorum iusti tiariorū regni, quę immediatè fiunt ad curiā supre mam, releuentur intra tempus trium mensium cō stitutorū ad releuandam, prædicti iudices curabūt sententias suas à quib. appellatū fuerit. executioni demandari, nō obstantib. appellationibus tanquā habitis pro desertis. Quod verò ptinet ad appella tiones interpositas ab alijs iudicib. quæ debent ad aliū Iudicē proximum, q̄ curiam supremā deuolui nempe ad Bailinū vel p̄sidiales, vel alios habita ra tione tēporis ex consuetudine locorū vel curiariū ad releuandam definiti; eo transacto declarātur ap pellationes desertę. Forma releuationis appellatio nis traditur ab Imberto lib.2.2.instit. forensi. c. 4.

Releua-

7 Releuatur†porro duobus modis appellatio, vel per literas à rege vel eius Cancellaria impetratas, uel per supplicationẽ porrectã curię, in qua narratur in sũma lata à tali Iudice, & appellatio, iõ petit appellans, quod habeatur pro releuato, uulgo *pour bien releur*, quod curia aliquando concedit & pręcipit ut afferatur processus sine aliis literis, sed raro, nisi agatur de appellationib. a consiliariis supplicationum, dicũt *de la chambre des requestes*, nã tunc facile cõceditur. In aliis sepius negat & rescribit supplicationi ad eundẽ esse Cãcellariam regiam. Si tamen à Magistris libellorum hospitii regii appellatum fuerit ad curiam supremã, a sentetia processus inscriptis releuari poterit per supplicationẽ, secus in appellatione uerbali. Vt pronunciauit senatus Parisi. 14. Mar. 1524. Rebuffus tract. de appell. art. 4. gl. 1. n. 3. 4. 5. 6. 7. Putat autẽ ibidẽ consultius fieri, si per supplicationẽ omnes appellationes pro releuatis haberentur, ut parceretur sumptibus litigantium pro adeunda Cancellaria. Cætrum cõtrarium ego arbitror melius, quia acciderit, ut dũ uellemus parcere sumptib. iudices a quib. & ad quos, pro dandis Apostolis grauius litigãtes grauarent.

8 In†appellationibus in causis quæ ad pręsidialiũ ultimam iurisdictionem pertinent, releuandis constitutum, ut intra octo dies interponantur, & releuentur intra sex hebdomadas, ex edicto Henrici 2. anni 1551. arti. 39. & alio edicto eiusdem anni Remis edito pro Britannia.

Ita regalia generalis in Gallia, appellationes releuari debere ad curiam factas intra tres menses: ad præsidiales intra quadraginta dies integros, non compu-

computato primo & ultimo: ad inferiores & subalternas seu subordinatas iurisdictiones intra 8. dies, aut intra aliud tempus definitum per consuetudines aut stylum curiarum.

Vt à curia electorum (*cour des Eslens*) intra 40. dies competens.

In ꝓuinciis iuris scripti in Gallia, ut Lugdunensi, Matisconēsi, Belluocēsiū seu Benniolois, incertum olim erat intra ꝙ tēpus appellationes eo dirigēdę, essent releuādæ, donec requirēte ꝓcuratore regio in conuentu iuridico Rionii, senatus Parisiens. præfixit 4. octobris, 1546. tēpus quadraginta dierū, ut refert Papus li. 19. Arresto. tit. 6. Arrestor. 10.

Item quādo appellatur à locum tenente seu vicario Almiralii, idest, præfecti uniuersalis classis maritimæ, debet releuare appellationem, appellans similiter intra quadraginta dies, ut est statutum ordinatione 1. de L'admiral. art. 12.

In pręconiorum materia, dicimus, *des cries & sub hastations*, si quis ad senatum appellet, debet releuare intra quindecim dies, alioqn postea appellat nō recipietur, sed erit deserta: quia hæc materia est sūmaria, ut iudicauit senatus Parisiensis, anno 1513. die 13. Martii pro Bathon. contra Valin. Refert Re b uffus tract. de app. art. 4. gl. 1. n. 27.

Notatur † verò, elapsos esse dies omnino debere 9 antequā deserta dicatur causa interpositionis vel releuamenti; & proinde si appellatus impetret vltimo die triū mensium, uel alterius termini iuris, & inueniatur releuata ultimo eodem die appellatio, præsumit releuatio fuisse prior, nec valeret executio desertionis c. commissa, de elect. in sex. & ita iu dica-

dicatum fuisse sępe in senatu Parisiensi, refert Rebuffus tract. de appe. art. 4. gl. 1. nu. 14. & sufficere releuatam fuisse appellatione intra tres menses; licet executio fiat post tres menses, ut etiam scribit Matth. de Affl. constit. Neapol. tit. de app. n. 31. not. 11. Sed literæ desertionis nō ualent intra tres menses impetratæ, licet executio postea facta. Pari mō si semel qs releuauerit, & literas p̄sentauerit, & citata fuerit pars: licet causa postea remāserit tacita, nec ꝓsecuta à partibus p unū annū, nō dicetur cā deserta, quanuis forsan ꝓcessus interruptus sit. Et ita iudicatum refert Rebuffus prædicto loco, n. 17.

10 Addit† & postea num. 18. aliud singulare, quod constitutio de appellando & releuando intra tres menses sub pęna desertionis, non habet locum in appellationibus tanquam à notorio abusu interpositis, nec eas esse desertas, si non releuentur intra tres mēses. Quia rex seu eius procurator est in eis principalis pars; & sic pars priuata beneficio procuratoris regii, eas prosequetur, ut censuit senatus Parisiensis anno 1534. die 13. Aprilis.

11 Aliud† tempus introducendæ appellationis, esse potest hominis, illudquè uel à parte appellante uel à Iudice definitum seu præfixum, quod non potest præueniri, quia etiam & peremptorium est, ut si nō quis compareat intra illud tempus, possit contra illud absentem procedi. c. sæpe contingit, 44. de appel. c. persones, 4. eo.

A parte pręfigitur terminus comparendi appellato, data assignatione ad certū diem. A Iudice uerò, quando statuit, ut intra certum tēpus litigantes se repręsentent corā Iudice appellationis: quod si

nimium

nimium longum est, potest breuiari à iudice. d. l. 4. de appellat. Sicque hoc tempus dicitur esse in arbi trio iudicis, per glos. ad l. præses. C. de appellatio. & sic seruari in stylo curiarum tradit Guid. Pap. decis. 336. incip. an Iudex, num. 1.

Et ita Iudex, quanuis nequeat abbreuiare tempus ad finiēdam appellationem seu ad prosequendam, datum, tamen potest compellere appellātem siue terminum statuerit illi, ut se repręsentet in termino illo coram superiore ad quem appellauit. Quod si non fecerit: si lata fuit sententia, potest illā mādare executioni, quia statim tenet, perinde ac si appellatum nō fuisset: sed si appellauerit ante sententiam, postea tunc procedet in causa, quia terminus talis, tunc obtinet uicem peremptorii, d. ca. sæpè, & c. personas, 4. cap. adhæc, 20. in 2. c. oblatæ 57. c. peruenit. 13. in 1. de appellatio. c. cū causa, 8. de senten. & re iudica. Sic in c. ex insinuatione. 50 de appellation. Iudex à quo appellatur, potest quidem statuere terminum intra quē teneatur appellans prosequi appellationem; non autē intra quem à superiore definitionem sententiæ, & appellatio obtinere debeat, quia inferior superiori legem dicere non potest, cum inferior, de maior. & obed.

Porrò si Iudex in partib. appellanti a diniffitiua certum terminum ad prosequēdū appellationem puta mensem, & alium terminum ad ipsum certificandum præfixit, sufficit appellāti ita iter arripere infra primum terminum ad huiusmodi appellationem prosequēdam statutum, licet super illa nō impetret rescriptum infra eundem terminū, quia iter arripiēdo fecit diligentiā in persequēdo, & cætera

quæ

quæ posuit Rota dec.94.incip.si Iudex in partibus in nouis,de appellat.

12 Terminus † iuris intra quem liceat prouocare, appellationem introducere,& prosequi ideo cōsti tutus est non ut terminus ipse præueniri nō possit; sed ne ualeat prorogari;ideo potest restringi,nō so lum à prouocante,uerū etiam à Iudice à cuius sen tentia prouocatur,& ita expresse decisum in c.ob latæ.57.de appellatio.

Quod tamen licet appellanti,& iudici in præfi gendo termino,non licet appellato,qui nō potest terminum ad prosequēdam appellationem inter positam parti appellanti præfigere,licet possit ap- pellationē approbare c.sæpe,de appellatio.& pos sit petere,ut appellās infra terminum iuris ueniat cum omnibus actis,& monumentis ad curiam,uel mittat procuratorem sufficienter instructum.Erit autem sufficiēter instructus,quādo portat acta, & monumēta, iura,& instrumēta, ut in c.cupiētes in 1.respōso,& c.1.super uerbo,instructus,de ele.in se. iuxta formam c. cordi de appell.Vbi de hoc p scri- bētes.Ita resoluit Rota,rōnes afferēs, & contraria consiliās,dec.264.incip. appellatus terminū de ap pel.in nouis,Spe.de appel.§.qualiter,uer.hoc autē.

13 Terminus† ergo legis introducendæ appellatio nis minui quidem à Iudice, non prorogari potest. glos.magna ad c. cū sit Romana,ad uer.recisius.& text. de appell.per c.adhæc,eo.ut expresse etiā di ctū est de sex mensibus pro appellatione in Came ra imperiali iutroducenda non prorogandis,in or dinatione eius parte.2.tit.30.§.1.& 5.qa hic est ter minus fatalis, ut eo lapso intereat appellatio.

Sed

Sed † pone, inquit Gui. Pap. decis. 335. incip. quę ro duo dati, num. 2. quod appellans ante tēpus sibi præfixum producit suam appellationē, uerbi gratia, Iudex à quo appellat, dicit appellāti: introductam appellationē decima die instantis mēsis Aprilis: talis appellans non introducat dictam appellationē die decima, sed ante, an dicta appellatio censeri debeat deserta?

Pro cuius resolutione uideretur ante præfixum tempus comparitionem uel introductionem facta esse inutilem tanquam abreuiatam per ea quę traduntur in clement. 2. & gloss. ibidem, ad uerb. infra dictū tēpus, de appellatio. ubi quando Iudex interpellatus ab appellante de redendis Apostolis assignauit certum terminū ad dandos, nisi prodest uenire ante terminū, ut sufficienter petijsse dicatur sed in termino definito ueniendum est, alias deserta appellatio.

Sed contrariū uerius esse idem Papeus loco prędicto tradit, per l. cū antiquiorib. §. in his autē, de tempori. appellat. C. quo loci annale tēpus datur à Iustiniano ad instituendam, & prosequendā appellatione. Nulla inquit, licētia denegāda uictrici parti si uoluerit secundum quo iā cōstitutū est, etiam pręmaturè causā inducere, neque annali spatio expeccato, & ita etiam dixit glossa ad authent. ei qui ad uerb. unus mensis, eo. tit.

Et respondetur ad cl. 2. de appell. rationem esse diuersitatis, quod ibi terminus erat ī fauorē iudicis à quo introductus, iō accellerādo interpretationē ei præiudiciū nō pōt fieri per quod l. fauore. C. de legib.

At terminus datus ad introducendā appellatio-

nem intra lōgius tempus,datum est à iudice parti: ideo ille accelerando,& præueniēdo diem,sibi prę iudiciū facere pōt renunciando per l.pe.C.de pac.

Sed,inquit Papęus,ad tollendam omnem dubitationem,iudices assignando diē certū, quo iubēt introducere ante superiorem appellationē,addūt & interim quandocunq;,&c.

15 Praxis † introducendæ appellationis hodie est, præsuppositis termini ex diuersitate cōsuetudini curiarum,& ratione distātiæ locorum iuxta l.fi.C. de tempor.appellation.ut soleant iudices,ad quos appellat literas citationis faciēda appellati,concedere appellāti,quibus narrant talem se appellasse ad illos à sentētia talis iudicis,ideo iubēt aduersarios eius citare corā se,ut compareant ad finem prosequendæ appellationis,ad certum diem:uel si literæ seu codicilli appellationis releuentur seu impetrentur à Cancellaria Principis,uirtute illarum datur dies,quod dicūt,*adiornement*,aduersario appellato ad comparendum in certo termino coram Iudice ad quem appellatum est,intimato seu citato,tunc datur exemplū appellationis si petatur,& citationis, qua continetur dies uocationis , & ad quē terminum comparere iussus sit.

Et hæc praxis sumpta est ex cleme.1. de appell. libr.2.titu.12.dum dicitur, appellationem esse legitimè appellato intimandam, nec non delationē Apostolorū,& prefixionem termini nempe ad iter arripiendum,& ad se sistendum seu presentādum corā superiore. Idipsum in cle.causam.3. de elec.

Datur autē in hac citatione ad ueniēdū uel mittēdum corā Iudice ad quem, ipsi citato dilatio ex iudicis

iudicis prudentia, uel fori consuetudine, habita ratione distanti i locorum à quibus quis euocandus est, & secundum temporum qualitatem, & conditionē negotiorū iuxta c. cum speciali, 61. de appe.

Quod † si aduersarius seu appellatus, uideat nimiū morosum appellantē ad releuādū, & velle differre releuationē ad dies postremos termini dati ad releuandū; vel releuātem tardè sibi dare ad cōparendum nimiū longam dilationem, deferēdi iudicii appellationis causa, poterit preuenire & accelerare tempus, quare impetrabit literas eius parlamenti uel iudicis presidialis, uel alterius ad quē deuoluendæ sunt appellationes, & in uim earum literarum, ad breuius tempus uocabit appellatum coram Iudice appellationis, ad eam promouendam. 16

Attamē regulariter hæc facultas concedendæ anticipationis reseruata est Cancellariis regiis, cum alii iudices, ut dixi, nō possint breuiare iuris terminū in fauorem appellantis à lege uel consuetudinè concessum. Principes autem potest, cuius Cancellariæ partes gerunt; quia supra ius positiuum habet auctoritatem.

Quamobrem istę literæ anticipationis debēt expressè mentionem facere de longo termino ab appellante appsioto, uel quod non apposuerit appellans in citatione die certum, quæ praxis sumitur ex c. oblatæ nobis, 57. de appell.

Obseruandum † porrò est, tempora data ad releuandam; uel ad interponendam appellationē, non currere se quiescere interdum: primum, si pars q̄ appellauit, per tres menses requisiuit Iudicem, ut interlocutoriam reuocaret, & is blandis uer- 17

bis induxit ad spectãdũ, & protraxit, donec lapsi essent tres menses, tunc & recipi põt post tres mẽ ses, quia per appellationẽ non stetit. clem.quãdiu, de app.facit l.si maritus, in 1.de adult.ff.& ita iudicatum à senatu Parisiensi, die 19.Februá.1536. refert Rebuff.tract.de appe.art.4.gl.1.nu.9.

18 Item† si factum fuerit post sententiam compromissum, quod durauit tres menses, tempus hoc nõ computabitur, si ex aliqua causa res ad Iudicẽ appellationis reuertatur, d.clem.quandiu, de appell. Et ita iudicatum, 24.Ianuarii.1534.ut ait Rebuffus prædicto loco, n.10.Similis textus, in §.1.de app.in nouellis.unde sumpta authe.Si tamen, de tempor. app C.Videndus Guido Papæ. consi. 184.incip.in causa, de præsenti uertente, nu. 1.

Notandum tamen, hic esse unum differentiã no tatam à tempote fatali appellandi decem dierum, cuius cursus non impeditur per compromissũ factum in arbitros, sed eo nõn obstãte deserta fit ap pellatio, si non appelletur, intra decem dies, ut no tant Paulus de Leazaris & de Zabarellis, ad d. cle. quãdiu. Et ita iudicatum fuisse refert Guido Papæ, dec. 5. in senatu Delphinali in uigilia dominicę in ramis palmarum, anno 1457. quãuis diuersis sit in in fatalibus cõcessis ad ꝓsequẽdũ appellationem.

Rationem conabor afferre diuersitatis, quia si nõ appelletur intra decem dies uel aliud tempus ad appellandum datum, sententia transit in rem iudicatam, ut dictum est, & l. 1. de his, qui per mo. iud. non app.C.

Et ideo à litigantibus amplius in controuersiam & arbitrium, appellationis ius non potest deduci, quia

quia finita est cõtrouersia l.1.de re iud.ff.& nõ en tis nullæ sunt qualitates,l.eius qui in ꝓuincia, de reb.cred.& de rebus iudicatis non potest esse tran sactio si appellari possit,quia nullum dubiũ rema net.l.post rem iudicatam,7.de transf.ff.l. cum posteaquam 9.C.de pact.cum similib.

At quando appellatum est tempore suspenditur iudicatum,ut dictum est in finitione,& dicetur in effectu appellationis.

Et proinde de causa appellationis coram cõprõ misso agi uidetur, nec currit ei tempus, qui semp litigat.l.contra maiores,C.de offic.testa.& sic ait etiam glossa 2.ad dictam auth.si tamen.

Aliam rationem dat glossa ad c.si compromissa rius,37.ad uerb.transtulerunt,de elect.in sex.quæ ibi uidebitur.

Cæterum à compromissariis ad Iudicem appel lationis iterum reuerti possunt litigantes,si cõpro missarius pronunciat:sed appellans uult pœnã sol uere,& appellationem prosequi:uel si ante ꝓnunciationem compromittens uelit reuerti ad iudicẽ appellationis,soluendo pœnã.ut notatur in c.signi ficantibus,in 3.gl.de offic.deleg.& a gl.ad dictam clem.quandiu,ad uerb.compromissam.

Addit† deinde dicta clementina quandiu 4. de 19 app.casum in quo non currit tẽpus ad prosequendũ appellationem pręfixum,his verbis:quãdiu ap pellationis prosequutio per compromissum uel alias(hoc addit)de partium expressu consensu differtur;tempus ad prosequendum eandẽ abhomine uel à iure præfixũ,currere uolumus appellanti.

Nisi fortè Iudex uidens ex dilatione periculum

imminere, præciperet in ea procedi. Dnbitarem tamen ego de tempore à iure præfixo quod fatale est ut antea dixi, & ideo prorogari non possit.

20 Deinde†non habetur ratio fatalium instituendæ seu prosequendæ appellationis, si post appellationem fuerit de sententia, à qua appellatum est, trãsactum, & appareat iudici l.si cõtra maiorem, §.de appe.C. Transactio quippe æquiparatur rei iudicatæ à qua appellari nequit. l.non minorem l.causas uel lites, 16.de transact.C.& impedit litis ingressum, ut sit litium finis, l.fratris, 11.eo.ti.de transact. C.l.postquam liti.C.de pact.c.1.de transact.

Cap. IX.

De effectu temporis præsentandi & introducendi appellationem.

SVMMARIA.

1 *Effectus introductionis appellantis, ut ante eam Iudex superior non possit inhibere inferiori.*
2 *Acta processus debent tradi a Iudice inferiore intra tempus introducendæ appellationis, & ab aliis si habent penes se.*
3 *Quod si sponte non faciant compelluntur.*
4 *Si intra tempus introducta uel releuata sit appellatio fit deserta.*
5 *Et super desertione iudicandi citari potest appellans.*

1 EFFECTVS†huius obseruationis temporis præsentandi appellationem est. Quod iudex appellationis superior, non possit prohibere Iudicem

à quo

a quo appellat, ne in causa ulterius procedat, uel ne exequat sentētiā à qua est appellatu, nisi prius totaliter constiterit, fuisse ad se causā deuolutam.

Nam in hoc casu præsentationis potest obiici appellanti præsentanti, quod non præsentauerit intra dies legitimos; uel si quid sit aliud quod impediat deuolutionem causæ ad superiorem. ca. 3. §. si uero uocatis partibus, & §. quod si abiicitur, de appellatio. in sex. Insuper neque superior semper ex hac præsētatione, nisi uideat causam probabilem uel uerisimilem adiectam seu insertam appellationi, statuit processus, citationem an inhibitiones.

Sic regulariter Iudex ad quā appellatum est, potest inhibere, cum de uolutione constat, & de causa appellabili seu ꝓbabili, de qua incipit cognoscere, c. Romana, §. si uero, &. §. sequē. de appel. in sex. Aretin. cons. 20.

Quia cognitio an sit Iudex, debet precedere omne exercitiū iurisdictionis, c. super literis, de rescript. Saltē ut in praxi seruatur debet constare, de iurisdictione, de appellatione ex narratione appellantis, Speculator tit. de appellationib. §. 10. officiū iudicis ad quē, & seq. Sed etsi ignorauerit ordinarius, fuisse appellatum ad superiorē, sententia eius postea lata tenet cap. si duobus. de appellat.

Iudicibus † à quibus appellatur non solū est ad mittendæ appellationis opposita necessitas; sed etiam intra triginta dies secūdum ius ex die sententiæ, debent gesta corā se, & relationem, idest, Apostolos dare, l. iudicibus, 24. de appella. C. §. & hoc peruenit ad nos, ut nulli iudi. liceat habere loci ser uat. nouell. 134. Et iubet Constantin. Imperator in

l. nec causas, 15. eo. tit. C. post appellationem interpositā plenè ea, quæ allegauerint & ꝓbauerint coram Iudice litigātes, edere apud Iudicem appellationes. Et in l. a proconsulibus, 19. eo. tit. Iudex dēt appellanti prębere opinionis, id est, sententiæ exēplum, & acta cum acta refutatoriis partium, suisq; literis ad Iudicem ad quem dirigere. Idē in l. ꝑcipimus, 22. §. ex his autē, eo. tit. Iubetur & in l. nemo, 3. uers. ita ut ēt, de tempor. app. C. §. ad hæc sancimus nouella 126. tit. exemplū sacrę formæ, de app.

Atque Iulianus Patricius antecessor, in nouellis n. 422. notat, iudices teneri edere acta litigatoribus intra triginta dies, à prouocatione interposita cū sua subscriptione, ut ipsi apud cōpetentē Iudicē intimare possint. Quod si id iudices distulerint, calculū quidem temporis transactione non confirmari: verum ipsum Iudicem, qui id non fecerit, & qui ei ministerium præbent, omne damnum ꝙ litigator passus fuerit actis non editis. de suis substantiis reddere compelli, & denas libras auri pœnæ nomine inferre debere fisco.

Ex actis enim & his quæ scripta sunt coram Iudice, fit vera probatio, & super processu iudicis cōtētio declaratur, c. quoniam contra falsam 11. de probat. lib. 2. tit. 19.

Ita Paul. Iurisc. in l. in fraudem 45. §. quoties apud fiscū & seq. de iure fisc. li. 49. ff. tit. 14. Quoties inquit apud fiscū agitur, actorū potestas postulanda est, ut merito iis uti liceat, eaq; manu Cōmentariensis annotanda sunt: quod si ea aliter proferantur, is qui ita protulerit causa cadit &c.

Extat concilii Tridentini decisio sessio. 13. c. 3. de. reformat.

reformat. Reus, inquit, ab Episcopo aut eius Vicario in spiritualibus generali in criminali causa appellans, coram iudice ad quem appellauit acta primæ instantiæ omnino producat, & Iudex nisi illis uisis, ad eius absolutionem minimè procedat.

Is autem à quo appellatus fuerit, intra triginta dies acta ipsi postulanti, gratis exhibeat, alioquin absque illi causę appellationis huiusmodi, prout iustitia suaserit, terminetur.

Quod si sponte iudex, à quo uel Amanuensis eius noluerit dare acta, & processum, is apud quē uos agitur (nempe Iudex appellationis) acta publica tàm ciuilia quam criminali exhiberi inspiciēda ad inuestigādā ueritatis fidem iubebit, l. 2. C. de edēdo, li. 2. tit. 1. Hoc autē mādat fieri superior etiam pœnali comminatione facta iudici; uocat praxis Germanica, & Gallica ista mādata literas compulsoriales. Super quibus prospexit ordinatio Cameræ part. 2. tit. 31. quo loci dr̄, intra triginta dies debere instare appellantem corā Iudice à quo, & coram illis qui acta habēt, nempe coram scribis, ut tradunt acta, quod si non obtineatur; possunt impetrare à Camera compulsoriales aduersus eos, cum citatione cōtra iudices primæ instantiæ, & alios penes quos ea acta iudicialia existūt. alioquin si non fecerint appellatus à citatione absoluitur ad petitionem suam. 3

Sed etsi non obtēperauerint iudices, & alij compulsorialibus, contra eos ad mulctam coram iudicibus Cameræ procedetur, & hoc fit in primo termino instantiæ secundæ seu appellationis, antequam perueniatur ad secūdum terminum, ubi agitur de

formalibus

stitutum. appellans ad instantiam procuratoris regii citatur coram Iudice ad quem appellauit, aut ad curiam supremam, si ad eam appellauit, ut sibi declarari uideat mulctam indictam ob desertam appellationem, & interim permittitur iudici à quo suam exequi sententiam.

Impetrantur & elapso tempore appellationis releuandæ literæ desertionis. ab appellato, & appellans citatur ad declarationem desertionis.

C A P. X.

De quarto tempore appellationis prosequendę & finiendæ.

S V M M A R I A.

1 *Appellationis prosequendæ & finiendæ tempus iure annus, uel biennium ex causa, alioquin extinguitur.*

2 *Ratio ex uita constituta litibus, & ex eremodicio.*

3 *Prohibita in Gallia restitutio contra lapsum eremodicii in appellatione prosequenda.*

4 *Discontinuata etiam per triennium periit instantia.*

5 *Peremptio instantiæ etiam in beneficialibus causis, etiam lite contestata.*

6 *In curijs tamen parlamenti non pereunt appellationes per discontinuationem triennij, in alijs curijs contra.*

7 *Restitutio contra lapsum temporis ex causa impetratur.*

8 *Causa si per impotentiam suam non potuerit appellans prosequi sine dolo suo, si per eum aliter non stetit, sed per Iudicem, uel aliud impedimentum.*

9 Si

9 *Si pendente tempore compromissum factum sit.*
10 *& 11 Alia impedimenta ex Speculatore.*
12 *Quando restitutione non eget appellans ex iusto impedimento, uel egeat.*
13 *Pendente appellatione altero ex litigantibus defuncto, suspenduntur tempora fatalia.*
14 *Paupertas quoq; appellantis excusat à lapsu temporis fatalis.*
15 *Impediunt & lapsum in Galliæ literæ regiæ status, Letres de'stat.*

1 QVARTVM† appellationis tempus consistit in appellatione introducta prosequēda & finiēda. Hic cōstituit ordinario Cameræ imperialis tertiũ terminum par. 3. titu. 33. in quo fit libelli appellatorii productio, cōtestatio, noua productio si admittenda, noue probationes, quando possunt fieri, latior diductio eorum quæ adducta fuerũt in prima instantia, & cognoscitur de merito causę appellationis, & fit iudicium.

Hoc tempus prosequendę appellationis iura cõcludũt anno communiter & ex causa dilatio negotio, biennio: nisi forsan Iudex a quo fuerit appellatum secundum locorum distantiam & personarũ, & negotii qualitatem recisius tempus fuerit moderatus, c. cum sit Romana, 5. de appe. c. ei qui appe. 2. q. 6. §. quid ergo agere oportebat, de his qui ingrediuntur ad appelland. nouell. 49. auth. ei qui appe. C. de tempor. appellat.

Quibus elapsis Iudex à quo potest exequi sententiam suam. c. sæpè contingit, 44. de appe. & renunciasse censetur, qui appellauerat, appellationi, c. constitutus in præsentia nostra 41. eo. tit.

Quod

Quod & locum habet, etiamsi cępta fuerit prosecutio appellationis; nam nihilominus si non fuerit intra prædicta tempora ad finem usque deducta, fatale tempus habet locum, l.fi.§.illud, de tempori b. appe.C.

Causa † extinctionis appellationis elapso anno & biennio sine prosequutione uidetur habere rationem ex regula iuris quæ definitionem causarū criminalium iubet fieri à tempore contestationis, alioquin extinguātur, l.fi. ut intra certum temp. crimin. quæstio terminet. lib.9.tit.49. ne lites sint immortales. 2

Sic in l. properandū 10.C. de iud. li.3. tit. 1. Properandum nobis uisum est, ne lites sint penitus immortales, & uitę hominum modum excedant &c.

Et idcirco statuitur, ne criminaliū lites biennium excedāt: ciuilium triennium, exceptis tantum causis, quæ ad ius fiscale pertinent, aut publicas respiciunt fructiones.

Et constitutiones posteriores regum Galliarum heremodicium instantiarum per triennium præcipiunt rigidè obseruari, & desertas faciunt perinde ac si nunquam extitissent.

Iurgantium controuersias celeri sententia terminare & æquitati conuenit, & rigori, c.2. de sent. & re iud. c. sicut 2.q.1. c. uenerabilis, & c. finem litibus, & de dolo & centum.

Et † edicto quod inscribitur de la *Bordaiziaire* anni 1539. art. 110. Inhibet Rex ne in posterum darētur à Cancellaria releuamenta seu restitutiones desertionis aut peremptionis instantiæ, cuiuscūq; causæ aut materiæ ratione: & si concederētur, inhibet 3

bet eorum haberi rationem, sed instātias, perinde ac si impetrata non fuissent, iudicari.

Sæpe etiam iudicatum nō posse releuari litigantē à peremptione instantię, sicq; censuit senatus Parisiēs. 22. nouē. 1575. in adiutorio & 12. Maii 1570.

4 Carolus † 9. anno 1563. constitutionis art. 15. cauit, ne instantia seu lis intentata etiam contestata, si per lapsum triennii est discontinuata, ullum producat effectum prorogandi aut perpetuandi actionem, sed quod præscriptio prosequetur suum cursum sine interruptione perinde ac si instantia uel lis non fuisset introducta.

Sic perimitur instantia lapsu termini cōputandi à die ultimi actus uel processus, ut necessarium sit impetrare literas à Cācellaria ꝓ restitutione, dicūt *pour en estre releue*, ut ait Rebuffus in p̄fatione cōstitutionum regiarū glossa 5. n. 53. Vidēdus Bartholus ad l. petēd æ. C. de tempo. in integ. restitut.

5 Habetq; † etiam locum peremptio instantiæ lite contestata in beneficialibus, ut iudicatum in senatu Parisiensi 7. Iunii 1553.

Et contra minores, si ex negligentia tutorū uel curatorum, post contestationem etiam litis; relinquitur tamē illis actio euictionis cōtra tutores negligentes vel curatores, ut censuit idem senatus 25. Iunii 1571. & 1. Martii 1585. & 9. decemb. 1572.

6 Iudicatum † tamen fertur in eodem senatu, mense Aprilis 1573. quod appellationes deuolutæ ad curias supremas non pereunt ꝑ discontinuatiōnē trium annorum, contra coram aliis inferioribus.

Si tamen appellatione deuoluta ad curiam supremā non sit conclusum in causa, aut non inserta

cau-

causa uolumini seu rotulo causarum, procul dubio lapsum triẽnii habet locum peremptio instantiæ, ut censuit idem senatus, 1. Iulii. 1564.

7 Cæterum † interdum ex iusta causa proposita im pedimẽti, & facilius à minorib. quam à maioribus impetrantur, & cõceduntur à Cancellaria literę la pso triennii tẽpore, & ex quo ultimus actus factus in lite est ad, prosequendam instantiam nõ obstan te peremptione cap. ex ratione 8. de appell. multa in §. 1. 2. 3. 4. de his qui ingr. ad appellan. nou. Et ge neraliter sola negligentia siue culpa uidetur impu tanda, c. significantibus, de apellat. & argum. l. sci re oportet, de administrat. tutor.

Opus autem est literis regijs, quia is solus est su pra ius positiuũ, quod prohibet, ne post tẽpus in stantia duret, & is solus potest remedio subuenire ex causa, per l. 1. & fin. C. de legib.

8 Et † ideò si per impotentiã litigãtes sine dolo eo rum, litẽ non potuerint persequi appellationis, po terit saltem per restitutionem in integrum contra peremptionem subueniri post lapsum temporis c. ex ratione, 8. de appel. ubi gl. ad uer. impotẽtiam, dat exemplũ. Impotẽtia hic explicari potest, quan do per appellantes nõ stetit, sed aliũ de aliquo im pedimẽto fuerint prohibiti ꝓsequi nõ enim equũ est, eis imputari morã quæ culpã eorũ non habet c. Ephesiis, 43. dis. l. fi. de cõd. ins. li. 6. C. ti. 46. velu ti si Princips ad quẽ appellatũ est, aliis impeditus negotiis nõ potuerit uel noluerit appellationẽ defi nire aut audire, c. ãnriorũ. 26. §. ad hæc 2. q. 6. auth. sed, & lis quæ sperat, de tẽp. appell. & §. 1. nou. 93. si tamen in sacro nostro cõsistoro c. de tẽp. appell.

Pari

Pari modo, si stat per iudicẽ quo minus decidat appellatio, nõ currunt appellationis tempora fatalia, id est, quę exstinguũt appellationem authen. si appellatione secuta, de tẽp. appell. C. §. hoc quoq; c. 14. nouell. 119. ut sponsalitia largitas proprius sit cõtractus. Nec nocere factum iudicis differẽtis ait cã. anter. §. ad hoc, §. biduũ, & §. si forte 2. q. 6. & c. ex insinuatione, de appell. Vt si actio eximat per dilationes iudicis, si copia Magistratus non sit, fiet restitutio. l. sed etsi propraetorem, 26. §. ait praetor in 2. ex quib. caus. maior. & c. ff. li. 4. tit. 6. l. si finita. §. eleganter, de damno infect. ff. lib. 39. tit. 2. Si iter tutũ nõ sit aut aditus nõ pateat ad iudicẽ: si locus ab inimicis detineatur, c. accedẽs. 4. in 2. sic inci. ut lite nõ cõtest. Li. Ante oĩa enim primũ cauẽdũ de cõstituendo loco tuto litigãtib. in iudicio exercendo. c. 4. siue de coniũgij fędere, 33. q. 2. l. si lacus, de iud. ff. Ita notat Iohãnes Andreas ad c. ex ratione, de appell. per illud ca. & ca. anteriorũ, §. ad hoc, 2. q. 6. & per c. siue. 33. q. 2. p decretalẽ. accedẽs, in 2. ut lite nõ cõtestata, tẽpora nõ currere, quãdo ita uię sũt clausę ut curia sine periculo nõ possit adiri

9 Impediuntur † etiam, ut antea dictum est, fatalium temporum lapsus, si pendente tempore ꝓsequendi compromissum factũ sit: & nihilominus ex aliqua ratione causa ad iudicẽ reuertat: non enim laeditur causa ex lapsu temporis, auth. si tamẽ, tempor. appel. §. 1. Nou. 93. clem. quandiu, 4. de appel. ubi gloss. ad uerbum. currere. explicat, quod cõpromisso deserto, uel tempore quod inter partes cõuenit finito appellans habeat non integrum tempus sed tantum quantum supererat compromissi tempore,

pore,& quod interim interruptū sit illud tempus, & postea continuetur.

Idem dicendum est, si de partium expresse con sensu tempus ad prosequendū ab homine uel à iu re prefixum, differatur: nisi forte Iudex uideas ex dilatione periculum imminere, prçciperet in appel latione procedi, d. clement. quandiu.

Assert† alia impedimēta iusta Speculator, ti. de appel. §. 7. nunc breuiter li. 2. par. 3. Si appellās aut eius procurator in itinere capiant, & ob similē cau sā. c. cū à matrib. C. q petant tutores, C. pe. de pig. 10

Si prohibitus fuerit prosequi propter infirmita tem tēpestatē uel paupertatem, c. si non ęgrotans, 5. q. 3. c. cum dilecti, de dolo, & contum. c. pe. solut.

Item† secundum quosdam iusta causa potest es se si forte unus mēsis uel duo primi anni fuerint fe riati; ita quod Iudex non cogebatur pronunciare l. si feriatis, de recep. arbit. ff. uel alias fuit iuste impe ditus. nam tūc tantūdem habebit de anno sequēti, l. fin. de minor. ff. l. ait Prætor. uer. si conditionalis, de his quæ in fraud. cred. ff. l. quo temporę. C. de te stam. mil. Dum modo agat ante finem anni. quia sic uidetur moram purgare, c. apellatore 2. q. 6. secus si expectet usque in finem, quia tunc non potest mo ram, ut dicūt purgare, ut de uer. obl. l. si Stychum. §. l. & de peric. & comm. rei uend. l. illud. 11

Speculator, d. §. 7. nu. 3. & in nu. 9. scias inquit, quod imputabitur apellatori si modicū sibi restat de anno (id est, subducto tempore impedimēti) & causam nō incipiat intra annum, licet in anno nul lo modo ualeret terminari.

Et generaliter quidem non currit præscriptio

 huiusmodi,

huiusmodi, si ius non redditur uel propter defectū iudicis, uel rei, vt c.pen.de iud c.l.sed etsi per prętorem, usq; ad §.quod uero, ex quib.caus.maior.ff. Necesse est tñ, docere uoluisse agere, sed ex causa aliqua nequiuisse, d.l.sed etsi.§.si feriæ, & C.de annali.except. l.ut perfectius, c.pastor de off.iud. ord.

12 Notabilis† glos.ad.c.ex ratione, 8.ad uerb.impotentiā, quod quando ex propria impotentia appellātis, uel iusto impedimēto uel facto iudicis, labuntur tempora, uel quando arbitros elegerunt; in his casibus ipso iure seruatur appellator illæsus, nec currit tempus, nec indiget restitutione.

Si uero alicuius priuati dolo circumuentus quis appellat, & appellationem nō fuerit prosequutus; tunc currunt quidē tempora appellationis, sed habet recursum contra dolosum ab interesse, l. arbitrio, §.dolo curius, de dolo.ff.idq; si is soluēdo sit.

Quod si soluēdo nō sit, restituit appellās ad prosecutionē suę appellationis.l.ex hoc edicto, de eo *quē fact.erit.etc.*l.& elegāter, §.si dolo, de dolo.ff.

13 Sed† & singulare; quod rescriptum est, in l. fin.si pendent.appell.mors interuen.li.7.C.ti.66.uno ex litigatoribus pendēte appellatione defuncto, non tātum residuum temporis dati ad prosequendam appellationem hæredibus eius dari; sed etiā alios quatuor menses, qui etiam tātum numerantur post annum illis datum ad deliberandum, num uelint esse hęredes per l.cum antiquiorib.de iur.deliber.

14 Singulare† etiam, quod in Camera imperiali fatalia tam introducendæ quam prosequendę appellationis pauperi nō currunt, & paupertas à tali desertione excusat. Andreas Gail.li.1.obser.obs.142. num.

nu. 1. quia impossibilium nulla obligatio. l. impossi bilium, de reg. iur. cum similib. Et quia diximus paulò ante impotentiam excusare appellantem a prosecutione appellationis, ut non dicatur serta, si non sit eam prosequutus debito tempore, per l. si procuratorem §. si ignorantes, mandat. ff. facit. c. licet., de censib.

Difficultas excusat à mora, gl. in l. quod te, si cert. petat. & ibi Iason, n. 30. & cessante mora, cessat culpa. Docet autem Gaill. prædicta obseru. 142. n. 8. quis dicatur pauper, inops, mendicus, & miserabilis.

Solent etiam in Gallia aliquando concedi à rege literæ status, *letres de stat*, scilicet quibus sistitur causa & stat in suo statu interim: Unde fatalia quiescunt tempora & suspenditur iudicium absentis ob iustam causam Reipublicę; puta, ob negotia regni, expeditionem bellicam; de qua tamen causa fides debet fieri curiæ coram qualis pendet suspendenda; alioquin, nisi afferatur ita in literis per Principem, literæ illæ non impediunt iudicium litis, ut alias dictum est per Arrestum curię Parisiens. contra dominum de Tornon, anno 1390. per doctrinam Felini ad c. significante, de rescript. & notata ad Clem. literis, de prob. ut refert Pap. li. 10. Arrest. tit. 8. Arresto, 3. Addit autem Arresto. 1. Neminem posse præter Principem dare huiusmodi literas. In secundo non gaudere harum literarum utilitate eum, qui pro negotiis Reip. abest, sed habet ab ea salarium, quia affectasse videatur absentiam, ut ait Cors. sing. inc. Ambasciator, nisi Princeps eo non obstante iubeat litem supersedere

Docet & in aliis placitis statutum, has literas locum non habere, in litib. prouisionalibus, & in aliis, in quib. productiones perfectæ sunt, & processus recept' est à cu

ria iudicandus,ut nihil aliud requiratur, quam iu-
dicium.Neque etiam in causis criminalibus.in ar-
resto si.per l.fi.ibi.etiam similitantes docebuntur.
C.de libert.& eor.liber.

Cap. XI.

De effectu appellationis.

SVMMARIA.

1 *Appellationis duo effectus præcipui,suspensiuus et deuolutiuus,& de subdiuisione eorum.*
2 *Appellatio suspendit iudicatum.*
3 *Adducuntur textus,qui uidentur concludere, etiã exinguere iudicatum appellationem.*
4 *Consiliatio.*
5 *Sententia executorialis est si non appelletur.*

1 SECVNDVM † Panorm.ad Rubr.de appel.num. 4.Appellatio principaliter duos operatur effectus,suspensiuum & deuolutiuum.Rursus suspẽsiuus,triplex est,nam suspendit pronũciatum,iurisdictionem iudicis quo ad illam causam,& præsumptionem pro sententia.Interdum,præter Panormitanum appellatio deuoluit totum negotium ad superiorem,& non suspendit pronunciatum quo minus executioni demandetur,non obstante appellatione:Interdum deuoluit & suspẽdit:interdum extinguit & emendat, cum contraria sententia per Iudicem appellationis pronunciatur. Difficiliora explico,reliqua nota erunt.

2 Suspendit † ergo pronunciatum ea appellatio, quæ postquam interposita est, impedit executionẽ eius.Vt quando appellatur à sẽtẽtia criminali vel torturæ,uel ab aliis interlocutorijs, quæ non recipiũt sunt reparationẽ executionis factæ,ut antea di-

ximus in artic. de quib. appellari possit. Vbi & de dimus alia exempla, quibus non obstante appella tione & sine preiudicio eius procedi potest ad exe cutionem, ante inhibitiones. Sic in c.uenientes, de iureiurando suspenditur pronunciatũ per appella tionem, & si quis exequeretur, posset ei impune re sisti, l.quoniã iudices, 24. de appel. C. & tex. in ca. cum inter uos 13. de appel. ibi cuius sent. cũ nulla fuerit, appellatione suspensa, in rẽ transiit iudicatã

Sunt † tamen textus qui uidentur innuere, per 3 appellationem extingui iudicatũ, ut in l. 1. §. fi. ad Senatusc. Turpil. li. 48. ff. ti. 16. Vbi reus condemna tus appellauit, deinde accusator destitit, quæritur in senatusc. Turpilianum inciderit. Et prope est, inquit Iurisc. ut incidisse uideatur, quia prouocatio nis remedio condemnationis extinguitur iudica-tum. Et l. 2. §. cum accipiemus, de pœnis, lib. 48. ff. tit. 19. Eum accipiemus damnatum, inquit Vlpian. qui non prouocauit: cæterum si prouocet, nondum damnatus uidetur. Idem Vlp. in l. fur. 6. §. 1. de his, qui not. infa. li. 3. ff. ti. 2. Si furti uel aliis actionibus condemnatus qui prouocauit, pendente iudicio nondum inter famosos habetur. Si autem omnia tẽpora prouocationis lapsa sunt, retro infamis est. quanuis si iniusta appellatio uisa sit, hodie nota-ri puto non retro notatur. Ob quæ iura Barthol. ad l. 1. n. 3. de appell. ff. in sua finitione appellationis, ait, quod appellatio extinguitur iudicatũ. Est enim inquit, strictè appellatione accipiendo, ius, quo in-terim prima sententia extinguitur, & interim cau sæ cognitio ad superiorem Iudicem deuoluitur.

Cæterum Panormitanus ueriorem cum aliis plu

ribus existimat sententiam, suspendi potius, quam extingui iudicatum. Cui assentior.

Ratio. Quia si appellatio extingueret pronũciatum, sententia à qua appellatur non assumeret vires nec haberet effectum, appellatione deserta, & appellante non prosequente appellationem, quod tamen aliter se habet. c. cum sit Romana, & c. cum personas, 4. de appell.

Item licet iudex deferendo appellationi, uideatur quantum in se est abdicare à se iurisdictionem cõmunem & transferre ad superiorem. c. cum appel. de appell. in sex. Tamen ideo non est iurisdictio finita, cum possit ad eum causa remitti, & possit ratione eiusdẽ primæ iurisdictionis de causa cognoscere, d. c. cum appell. & ibi glo. ad verb. refutari. Imo & postquã appellationi detulerit, pôt terminum præfigere litigantib. ad se committendum itineri, & iter arripiendũ & ad prosequendã appellationẽ, clem. 1. de appel. c. ad aures, eo. tit. ap. Greg.

4 Affert † Panormit. loco prædicto & post alios Iason, ad l. tale pactũ §. qui prouocauit, distinctionẽ, vt ꝙ pertinet ad statũ in quo est sententia dum appellatur, & cũ post interiectam appellationem ea pendente nõ admittat tractationem aliam, uideatur extinctum iudicatum, quia nõ habet uim tunc executionis: & ita habeatur pro non iudicato, d. l. 1. §. fi. ad senat. Turpilia. ff. Respectu verò futuri tẽporis suspendi uideatur, quia in euentu poterit fieri, ut submoto impedimẽto appellationis, effectũ sortiatur iudicatum. Vt si dicatur deserta, vel malè interiecta, Vt de conditione quoq; ratione euentus dicitur, quod puta non sit, sed suspendat actum.

Eadem

Eadem firmat Alexander ad l. si causa cognita, num. 2. de transact. C. Vt, & homo mortuus censeatur quiescés, donec excitetur, qui tamen uere mortuus nō est. Quin imo neque in totum de præsenti sententia appellatione extinguit, ut notat Panor. ad d. Rubric. de appell. n. 4. & ad c. fi. de sequestra. possess. facit clem. uni. seq. poss. clem. 1. de re iudic

Deinde quanuis appellatio non suspendat reuera nec extinguat pronunciatum, tamen habita ratione addi, quod communiter fieri solet, suspendere dicitur de facto, & non de iure.

Vt quando appellatur de facto à sententia nulla nō suspendit, quia nullum est pronunciatum, & quod non est, non habet qualitates, l. eius qui in prouincia de reb. cred. ff.

Nec suspendi dicetur quod non est.

Et per se sententia nulla appellatione non eget. quod nullum enim est, rumpi non potest, l. si quis sub conditione, §. rumpendo, de iniusto rup. ff.

Item, & sentētia quidem lata contra ius litigatoris, si non appelletur, tenet. licet non teneat contra ius constitutionis lata, cap. cum inter uos, de sent. & re iudic. l. 2. quand. prouoc. non est necess. C. l. 1. §. 1. quæ sentent. sine appellat. rescin. ff. c. ei qui, §. item sententia. 2. quæst. 6.

Quare si ab ea de facto appelletur, ut solet in Gallia, & alibi: talis appellatio non habet propriè effectum suspensiuū, nisi ad factū respicias, sed habet effectum deuolutiuum, & quod ad hūc effectū pertinet, ut deuoluatur causa ad superiorē, appellari, à sententia nulla potest. c. dilecto, de appellat. Barthol. ad l. si expressim, eo. ti. ff.

Ad † effectum hunc ſuſpenſionis pronunciati pertinet, ut ſi non appelletur, ſententia executoria lis ſit, & in contrarium nõ poſſint dari probationes l. ciues & in eo loc. 11. de appellat. C.

Et ſilentium imponatur perpetuum omittenti legitimam appellationem l. 1. & fi. ut lite pend. uel poſt prouocat. aut diffinit. ſenten. nulli lic. Imper. ſupplic. lib. 1. C. tit. 21 l. 3. ſentent. reſcin. non poſſe. C. leg. 1. de his qui per met. iud. non appell. C.

Cap. XII.

De ſuſpenſione iuridictionis per appellationem.

SVMMARIA.

1 *Appellatio ſuſpendit non extinguit iuriſdictionem iudicis a quo appellatur.*
2 *Nihil nouandum appellatione pendente.*
3 *Iudex a quo appellatur fit incompetent.*
4 *Et ſecundum quid extinguitur eius poteſtas in illo negotio in quo appellatur.*
5 *Non in aliis.*
6 *Niſi appellatio ſit tanqnam a iudice recuſato.*
7 *Caſus in quibus non ſuſpenditur iudicatum, nec iuriſdictio iudicis a quo.*
Ponuntur in 8.9.10.11.12.13.14.*exempla.*
8 *In alimentis filio decernendis.*
9 *In ſequeſtratione fructuum ne diſſipentur.*
10 *In hiis quæ celeritatem deſiderant.*
11 *Si Iudex uelit reuocare grauamen.*
12 *In aliis articulis, quam a quibus appellandum eſt.*
13 *In fauorem matrimonii.*
14 *In executione ſententia excommunicationis.*

PHILIP-

PHILIPPVS† Francus in quæstionibus in materia petitorii, in 2.dub.n.1.& 2.ait, ꝙ per appellationem ea indecisa non extinguatur iurisdictio iudicis à quo appellatum est, sed suspendatur, p c. venientes 19.de iur.quodque talis suspensio inducitur in concernentibus cognitionem uel decisionem causæ principalis, in præiudicium appellationis, non autem in eius fauorem, per l.appellatione 3.C.de app quæ translato est in corpus iuris Canonici, in c.appellatione 2.q.6.Idem in l.1. nihil noua.appella.pend.

Probatur & per c.si a Iudice, de appe.in sex.vbi si appellaui à grauamine mihi illato per Iudicē, nō teneor amplius comparere coram illo in illa causa nisi me citet ad audiēdā reuocationē grauaminis.

Nam reuocato grauamine potest procedere ad vlteriora. Ergo non prius. Exceptio enim firmat regulam, in non exceptis, in c.Dominus 32.q.7.& c.2.de coniug.leprosor.

Appellatione† interposita, siue recepta sit, siue non, nihil medio tempore nouare oportet, siquidē si recepta fuerit appellatio; quia recepta est: Si uero nō est recepta, ne p̄iudiciū fiat, quoad deliberetur, vtrū recipiēda sit appellatio.l.unic.nihil noua. app.pend.lib.49.ff.tit.7.l.si ut proponis, 3.C.quando prouoca.nō est necess.l.3.C.de app.l.sciēdū.6. eo.tit.ff.§.ad hæc iubemus, nou.134.c.post appellationē 2.q.6.c.accusatus, uers.& dū iterato, 3.q.6 c.1. C.ad præsentiā 16.c.dilectus 55.de ap.c.licet, 14.de sent.excom, in sex.c.cū olim, 13, de offi.del. c.dilectæ, 10.de exceptio.cum similibus.

Et sit† post appellationem Iudex.à quo appellatur,

tur in competens,ex quo negotium deuoluitur ad superiorem,& ei proinde tanquam incõpetenti, si statuerit in decisa appellatione impunè nõ obtemperatur,vt in l.fin.de Iurisdict.omn. iudic. ff.capi. 2.de constit.in sex.Bal.ad l.addictos.de Episcop. audient. Suspendit ita appellatio iurisdictionem, & eximit appellantẽ à iurisdictione iudicis à quo.

4 Quo † fit etiam, ut suspenso officio iudicis per appellationem extinguatur secundum quid eius iudicatum,quia non est exequendum deficiente officio prohibito exequi c.sacro, de sent. excom. c.licet,de officio legat.

Et eo pertinet,quod dicitur in c. pastoralis, 28. §.præterea,de offici.& potestat. iudic.deleg.ꝙ dato Iudice delegato super appellatione uideatur reuocata iurisdictio dellegati a quo appellatũ erat.

Et appellatione interiecta,& admissa quoque suspenditur negotium,de quo agitur nõ tãtum principale,sed etiam accessorium,& connexum ei. ca. sollicitudinem.54.ca.dilectis filiis,51.de appella.

Et appellatio quoque de exceptione opposita in principali suspẽdit principale quãdo exceptionis indiciũ præiudicat principali,& non aliter.Veluti sit pacti de non petendo,præscriptionis, uel alterius rei præiudicialis,cap.super eod.10. de apellation.c.1.de ordin.cog.cap.non est,§. aliquando.3. qu.11.l.4.C.de ordin.iudicior.lib.3.C.tit.8.

5 In†alijs tamen causis non cõnexis,neque ad articulum appellationis uel ad causam pertinentibus appellatio non suspendit iudicis officiũ,aut iurisdictionẽ aduersus eũ, qui in alia causa est appellans.c.pręterea,c.super eo,c.proposuit,de appel.l. 1.eum

1.eum qui appellauerit,in prouincia defendi, lib. 49.ff.tit.11.c.3.§.cum verò is,de appell.in sex.

Imò & in eadem causa, excepto articulo in quo appellatum est,non desinit procedere post appellationem,in c.teneamur,17.de appellat.

Cęterum in Gallia appellans à Iudice nõ regio, eximitur omnino pro omnibus litib.ab eius iurisdictione,durante appellatione: cõtra si appellet à Iudice regio, nam in ea tãtũ lite,à qua appellauit, eximit:sicq; iudicatũ à Senat.Pari.18.Mart.1395. Vt refert Papus lib.19.arrest.tit.1. arrest. 3. Et de hoc agitur in c.ad hæc, de appell. & ibi interpret.

6 Nisi †qui in una causa appellauit à Iudice,appellauerit tanquam à recusato & suspecto ex sua persona:nam tũc appellatio in una causa,facit ne in alijs causis etiã is recusatus iurisdictionem in recusantem exerceat.c.proposuit,24.de appell. nisi,ut ibi dicitur,agatur de notorijs criminibus,in quib. nec appellationi,nec recusationi locus est, in c. cũ sit.c.peruenit.& c.consuluit,de appell. Item etiam puto si cessaret in alijs causis, rõ recusationis. puta,quia in prima causa iudicis intererat,in alijs nõ sic cessante ratione cessaret dispositio.l.adigere.§. quãuis,de iure patro.in ff.c.cũ cessante, de appell.

Alioquin separatæ causę nõ patiuntur præiudicium per appellationem in vna, etiamsi una sit cõuentionalis,alia reconuentionalis,ut notat Panormit.ad c.super eo.10.num.8.de appell.ex Vincentij sententia ibidem. Et Speculator tit. de reconuentione in fin.§.

7 Sunt † tamẽ casus, in quib. nõ suspenditur iudicatũ uel iurisdictio iudicis à quo post appellationẽ

quorum

quorum aliquos enumerat Speculator, lib.2.par.3. tit.de app.§.nouissi me 11.nu.1.& seq. Alios possumus colligere ex illis quæ tradidimus suprà dum ageremus de casibus, in quibus appellari non poterat; saltem in quibus non obstante appellatione, Iudex poterat prosequi executionem & officium, sine præiudicio eius, & usq; ad inhibitiones sibi factas non procedendi mandato superioris, & c.appellatione, 2.q.1.Specul.prædict.tit.de appel.§.2. in quibus &c.

8 Exempli † autem causa aliquot casus nunc proponemus.

Primus erit ex l.si instituta, §.de inofficioso, de inoff.test.ff.Vbi nepos, q. dixit inofficiosū testamētū aui & obtinuit. si hæres appellauit, debet habere pendente appellatione alimenta per Iudicē à quo.

9 Secundus, † in c.fi.de sequestra.possesf.Vbi si reus appellat à sententia cōtra se lata fructus rei petitæ si dissipētur, sequestrari debēt, & ibi traditur quando in articulo appellationis sequestrari debeāt, & l.ab executione 5.quorum app.non recip.C.c. quoties.2.q.6.L.imperatores, de appellatio.

10 Tertius. † In his quæ celeritatem desiderant, appellatio non impedit executionem, & in his eo modo appellationem non esse recipiendam dicit, in l. si.de appe.recip.ff.Veluti ne testamentum aperiatur, ne frumentum in usum militum contrahat, ne hæres scriptus in possessionem mittatur, ibidem.

11 4.Potest † Iudex à quo, post interpositam appellationem, reuocare grauamen à quo appellatū est, & procedere in causa principali, c.cum cessante, de appe.ca.si à Iudice, eod.tit.in sex. Quod intellige

de

de grauamine ꝙ poteſt reuocari à Iudice qui illud induxit, ut in l. ꝙ iuſſit, de re iud. nõ autẽ ſi tuliſſet diffinitiuã, quam reuocare nequit idẽ Iudex ordinarius, q eã tulerit, l. Iudex, & l. Paulus, eo. ti. de re iud. ff. l. diui fratres, de pęn, ff. l. 1. sẽt, reſ. nõ poſ. C.

Poteſt autẽ in eo caſu, in quo reuocare Iudex grauamẽ poteſt, ab eodem citari appellans, neq; ideo ad eum finem vocatus & comparens, cẽſetur comparendo renunciare appellationi ſuæ, cum alioqn contra ſi appellans ſuperiorem, compareret corã inferiori ſuper concernẽtibus ipſam appellationẽ, videretur renunciare appellationi, etſi contrarium proteſtaretur: quia proteſtatio eſſet contrario actui cui adiicitur c. ſolicitudinem, 54. de appellatio. ut qui redit ad delegatũ, poſt appellationẽ ab eo interpoſitam cenſetur renunciare appellationi. c. gratum, de offi. deleg. c. veniens, 38. de teſtib. 2. ti. 20.

Hic putarem addendum, poſt appellationẽ ita demum poſſe Iudicem grauamen reuocare, ſi ſuperior non cępiſſet de cauſa cognoſcere, & re integra alioquin deuoluto negotio ad ſuperiorẽ, ſera videretur pœnitentia niſi ex conſenſu litigantium corã illo præſtito; remitteretur cauſa ad priorem.

5. In † c. cum teneamur, 17. de appe. Cuius ſummarium non põt ſignificantius aut breuius proferri, q̃ per ipſa verba eius. Quoniam nos conſulere voluiſti, vtrũ ſi eorum poſſeſſio qui ad noſtrã audiẽtiã appellãt, turbata fuerit, Tibi (Archiepiſcopo Cantuariẽſi iudici loquit̃) eã ſibi liceat reformare, eo, de quo appellatio eſt interpoſita, ꝑtermiſſio. Prudẽtię tuæ taliter reſpõdemus, ꝙ ſi exinde ad te q̃rela ꝑuenerit, id ordine iudiciario tibi licebit. Vbi Pan. 12

ex illo textu infert,quod in tendentibus ad facilio rem exitum causę appellationis,iurisdictio iudicis à quo non est suspensa,dummodo abstineat à cognitione causæ appellationis;unde potest prohibere attentanda de facto,& attentata reuocare,facit gl.ad c.2.de matrimonio contracto contra interdictū Ecclesia.Vbi iudex à quo,præcipit partibus,ne appellatione durante super matrimonio,contrahatur de nouo matrimonium.facit c.qua fronte, & ibi Panorm.de appel.

Quare & post appellationem potest Iudex de turbata possessione appellantis,si adeatur ab illo cognoscere,dūmodo nō perueniat ad articulū à quo fuit appellatū. Vnde & colligo,ꝙ si de possessione esset appellatū,post inhibitiones nō possit cognoscere,ꝑ uerba, eo de quo appellatū est ꝑtermisso.

Sic quoque post appellationem Iudex à quo potest terminum legis moderari c.cum sit,de appel. Vt & potest appellantem cogere propriā appellationem prosequi.c.consuluit,in 2.sic incip.in fine. cap.reprehensibilis,§.1.de appel. Et si appellans non fuerit prosecutus appellationem intra tēpus sibi ab eo Iudice præfixum,poterit Iudex sententiam exequi,aut ad causam ultra progredi. c. cum sit Romana,§.quod si is,& c.ad hoc & c.ad aures, de appellat.etiamsi ad huc non sit lapsum tempus iuris ad prosequendum datum.Speculat. li.2.par. 3.de appel.§.11.n.3.uers.decimus tertius casus.& probat c.personas,eo.tit.

13 6.In † fauorem matrimonii, & quando imminet ex suspensione per appellationem periculum animæ,potest interim Iudex à quo prospicere.per

cap.

cap.2.de matrimon. contra interd.Eccle.contract.

7.Excommunicationis† sententia, per obiectionē appellationis non suspēditur c.ad reprimendā. 8.de off.ordin.li.1.ti.31.& in c.ad hęc quoniā.37.in 5.sic incipien.de appell.sententia interdicti nō suspēditur per appellationem. Quia illa sententia secū trahit executionem c.pastoralis, §.1.de appell. 14

Aliter tamen si sententia excōmunicationis,aut suspēsionis,aut interdicti lata fuerit sub cōditione ueluti,nisi Sēpronio intra uiginti dies satisfeceris. te excommunicatum, interdictum uel suspensum noueris.Nā si is in quem fertur talis sententia,medio tempore appellauerit, & intra cōstitutum tempus nō soluerit aut satisfecerit,obstaculum appellationis nihilominus hāc impedit executionem c. pręterea requisiuisti,40.de appell.Sic & suspēditur sententia,quę nondum tenebat,non enim teneret, nisi adueniente uel existēte conditione c. à nobis, in 1.de senten.excom.& glos.ad.d.c.ad hæc,37.de appell.ad uer.interdictū,ut ꝙ post latū interdictū, si illud posteà ad aliquod tēpus suspendatur,quod intra illud tempus appellatio facta ipsum suspendit ulterius.

Contra si pure & sine die & cōditione excommunicatio fuisset dicta.

Per appellationem tamen deuoluto negotio ad superiorem,poterit peti absolutio ab eodem, data cautione obtemperandi iudicatis:aut remitti poterit absoluendus ad excōmunicantem, d.c.ad reprimendam,&c.ad præsentiam nostrā, 16. de appell.

Et in c.uenerabili,7.de senten.excom.in sex. rescriptū,Archiepiscopū,nō posse excōmunicatos à

suis

suis suffraganeis absoluere: posse tamē, si ad ipsum prouocarēt. Idipsum ponitur in §.porro Archiepiscopus, eius capiūt, addito: qđ anteq̃ Archiepiscopi causam appellationum audire incipiāt, in casibus in quibus iurisdictio illis cōpetit, iuxta formā Ecclesię, debent absoluere: nisi pro manifesta cōtumacia fuerit excommunicatio lata, quia tunc non debēt ab ea absoluere, nisi excommunicatus satis faciat, uel de satisfaciendo idoneè caueat. Facit ca. qua fronte, 25. de appel. Vbi de hoc casu agitur, & tractatur à Panorm. num. 6. & 7. num citandus sit aduersarius in absolutione concedenda, & distinguit & quod pertinet ad appellationē ab excommunicatione, tradit superiorem etiam parte non citata posse absoluere.

Cap. XIII.
De suspensione præsumptionis sen tentiæ.

SVMMARIA

1 *Pro iustitia sententiæ præsumitur.*
2 *Tamen appellatio ab ea dubiam facit.*
3 *Interim tamē magis pro sententia præsumptio, ideo debet doceri de eius iniquitate per quem autem, dicunt quidam per appellantem.*
4 *Alii non semper illud onus ad appellantē pertinere dicunt.*
5 *Alii ad appellatum.*
6 *Est alia distinctio Saliceti, glossatum, Barthol. & Panormitani.*

PRo † sententia lata iure communi regulariter est pręsumptio, quod iusta sit, & ęqua habita ratione

ratione nõ iniustitiæ, si qua ibi cõtinet, sed eius ꝙ plerunq; fit aut fieri dēt.in l.pen.de iustit.& iur.ff.
Et Clemens tertius, Iudex, inquit, non semp ad unã speciem probationis applicat mentẽ suã, sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus, & aliis quę in eius præsentia proponuntur, format animi sui motum. Et tãta est iudicialis auctoritas, vt semper ꝓ eo presumi debeat, donec cõtra ipsũ aliquid legitimè comprobetur.c.in pręsentia, 6.de renunciatio.li.1.tit.9.Idem ferè in c.sicut 16.& c. cum inter vos, 13.de sent. & re iud.l.res iudicata, de reg.iur.l.ingenuum, de stat.hom.ff.l.Herẽnius, 63.§.Caia, de euict.ff.Et quantò maior & peritior est Iudex, tantò magis pro eo præsumetur. c. pen. de præsumpt.c.in nostra, 4.de procur.lib.1.tit.38.
Tamen† appellatio dubiam & suspensam facit 2 iustitiam prioris sentẽtiæ, nam illa potest reuocari à Iudice appellationis, inspecta accuratius re & lite, ut in c.cũ ad sedem, 15.de restitutio.spoliat. li. 2.ti.13.l.1.de appe.ff.l.præfecti, 17.de minorib, ff. Pan.& alii ad rubr.de appe.Innoc.ad c.bonæ, in 1. de elect.Et ita de sententia pòtest transigi post appellationem, quasi de re dubia; nõ ante.L.post sententiam, & l.& post sententiam, 7.de transf.ff.l.eleganter 23.§.1.de condictio.indeb.li.12.ff.tit.6.
Veruntamen† hoc est certum nihilominus ma- 3 gis præsumi pro æquitate sententię etiam pendente indecisa appellatione, quam pro iniustitia, nisi de contrario doceatur d.c.in præsentia, de renunciat.& c.in nostra.de procur.c.bonę, in 1. delectio.
Et proinde qui appellat, debet probare iniquitatem sentẽtiæ, 1.ex l.hi qui, 7.C.de appe.ibi, apud

præsidē prouinciæ iustè te appellasse ostēde. Idē in l.1. Si tuto. vel curat. appellan. li.49. ff. ti. 10. Si q. ad munera publica nominati appellauerit, nec causas probauerint, sciēt ad periculum suum pertinere, si quid damni per morā appellationis Reipublicę acciderit. Et in l.1. si pend. appell. mors interuē. li.7. C. tit.66. etiam post mortē eius, qui appellauit, necesse est hæredibus eius vel reddere causā prouocationis, vel statutis acquiescere. Et d.ca. in pręsentia hanc sententiam etiam tuetur glossa ad cap. in præsentia, ad uerb. standum, de renunciatio.

2. Ratio affertur, quia qui appellat dicit sententiam iniustam, qui uerò dicit, probare debet, l. ab ea parte, de probatio. ff.

3. itē in l. vnic. si pendēt. appell. mors interuen. ff. Vbi si dānatus ex crimine bonis fisco adiudicatis moriat, appel. pendente, hæres eius debet detegere iniquitatē sentētiæ; aliter bona nō cōsequit.

4. Quia præsumptio iuris, quæ est penes aliquē transfert onus probandi in negantem, & agentem contra hāc præsumptionē, l. siue possidetis, de probatio. li.4. titu. 19. Præsumptio autem est pro sententia iuris, l. penult. de iustit. & iur. ideò transfertur onus in appellantem.

5. Probatur ex l. cum in Ecclesia. 38. de appell. Vbi mandatur iudici ad quem appellatū est, ne ante appellationem admittat clericorum, quam sibi constitisset, eam uel à grauamine, uel iniusta condemnatione porrectam, alioquin remittat eos ad audientiam Episcopi.

6. Qui dicunt actorem probare debere, ut in sententia sequente, refelluntur, ut dicant id uerum esse

esse in causa principali, sed nō in causa appellationis, in qua regulam dicunt, vt appellās probare debeat. p d.l. si q. ad ciuilia. C. de app. l. minoribus de his quib. ut indig. C. l. 1. si pend. app. mors inter. C. l. præfecti, de minorib. ff. Salic. ad d.l. hi qui, nu. 4.

Sed † hæc resolutio non est sine controuersia, 4 quam tractant Bartho. ad l. 1. si tutor uel curat. uel Magistr. appellau. Innoc. ad c. bonæ. in 1. in gl. 1. in uerb. p̄sumitur, de electio. Panorm. ad c. in præsentia, de renunciatio. n. 15. Nam Iohan. & Accurs. in l. hi qui, de appe. existimant, non semper ad appellantem onus probandi perrinere, sed ad eum, ad quem ante sententiā pertinebat, quia appellatione interposita res redit ad priorē statū in quo erat ante sententiā. l, appellatione, 3. C. de app. & tollit̄ sententia de medio, l. 1. §. fi. ad senat. Turpil. Eadē tradit gl. ad §. illud quoq; determinare optimū, ad verb. mōstrauerint. Nou. de his, q ingred. ad appel.

Ita si appellās fuisset reus & appellatus fuerit actor, ei incumberet probatio. l. actor, C. de prob. & l. qui accusare. C. de edend.

Quemadmodū appellās videtur aliqñ actoris, aliquādo defensoris partes sustinere, ut notatur per gl. ad c. significauerūt, ad uerb. defensio, de excep.

Respondetur aūt ad d.l. hi qui, de appellationi. Verba illa, Iustè te appellasse, ostende, intellīgi, ut satis appellās demonstrasse intelligatur se iustè appellasse, si appellatus de iustitia sententiæ non doceat. gl. fin. ad d.l. hi qui. ex eo enim q̄ non probat̄ appellatio, approbata per appellatum, censetur iusta, per l. super seruis, qui militar. non poss. li. 12. C. l. dotem, de iur. dot.

5 3.Sententia † est omnino probationem iustæ sententiæ pertinere ad ipsum appellatum per c.1.§.illud quoq; determinare, nouel.de his qui ad appellandum ingred.

Ita inquit Iustinianus, potiant uictores sentētiis (iudicum à quib.appellarunt.) si eas recte habere monstrauerint.

5 4.Sententia † Saliceti ad l.hi qui de appel. num. 4 Concludo, inquit, quod si appellatur ab actu extra iudiciū celebrato, & sic nec iudicialiter nec cū cōtradictione, ut sunt nominationes & electiones ad munera ciuilium. tunc aut appellator conqueritur de rectitudine actus, & sic dicit nominationē nullam, q̨a debita forma & solēnitas requisita non est seruata, & tnnc dico, quod non ipse sed appellatus, qui actū fecit, illius solennitatem probare debet: aut de rectitudine actus non conquerit, sed de eius iustitia, & tunc si ille priuilegium suū allegat probare debet, ut in d.l.ei q̨ ad ciuilia, de appe.C. Similiter dico si inhabilitatem personæ alleget, q̨a ꝓbare dēt, cum habilis quis præsumat, l.honor, ad muni.ff.arg.l.cū quidā, de leg.2.Et sic his duobus casibus intentio aduersarii est fundata iure cōi.

At appellatur ab actu iudicialiter facto, ut ab aliqua iudicis sententia interlocutoria uel diffinitiua & tunc si de solennitate sententiæ quæritur, ille q̨ vult ea priuari, debet eius rectitudinem ꝓbare. Si autem quæritur de solenitate appellationis an sit ritè & debito tempore interposita, tunc debet appellans probare, l.quicūq; 2.§.fi.de fide instr.ff.argum.l.ei qui dicit, de prob.ff. Aut de solēnitate nō quæritur, sed de iustitia appellationis, & per conse

quens

quens de æquitate vel iniquitate sententiæ. Et tūc qui in causa originaliter fuit actor, debet in causa appellationis suam intentionem probare, ut in causa principali.

Videtur huic distinctioni afferre lumen glo. ad c. in præsentia, 6. ad verb. standū, de renunciat. Si quis, inquit, diceret sn̄iam nullā ratione processus quia diceret, litē non fuisse contestatā, vel ordinē iudiciarium nō fuisse in alijs contestatum: tunc necesse habet docere appellatus sn̄iam iustam per ipsum processum, per c. quoniam contra de probat.

Bartholus. porrò ad l. 1. Si tutor vel curator appel. ff. Dic, inquit, aut tractatur de probando ꝙ sit rectè appellatū ut puta intra decē dies, ꝙ petiti Apostoli & similia, & hoc dēt probare appellator. l. fi. §. ante penult. C. de tempor. appel. Aut quæritur de iustitia uel iniustitia, & in hoc casu aut vnus tantum prosequitur, & tunc si vult obtinere, debet ipse probare, l. ampliorem, C. de appell. §. illud, de his qui ingrediuntur ad appelland.

Aut vtraque pars prosequitur, & tunc dico, quædam est probatio per modū abnegatiuum, ut si dico, videas acta, in quib. apparet, nihil esse probatū propter ꝙ debuerim condemnari: Vel dicit actor victus, cum intētio mea sit fundata, nihil est probatū, propter quod reus debuerit absolui, inspiciantur acta, quib. non continetur. Ista probatio incumbit appellanti & ideo petit copiā sententię & actorum omnium, l. quoniam nonnulli, C. de appellat. Quis autem debeat edere acta, an appellans uel appellatus, tractat Frideri. cōs. 202. In praxi ferè semper appellans fert, si apud Iudicem à quo sint.

Et tunc probatur negatiua ista, per inspectionē actorum l.fin.C.de reb.cred.

Quædam autem est probatio per inductionem testiū & instrumentorum super nouis vel antiquis articulis,& tūc ille hēt probare in causa appellationis,qui debebat probare in prima.l.p hāc,C.de tēpor.appellat.& sic intelligenda.l.si qui ad ciuilia, de appellat.C.Et hoc quādo appellatur à sententia.

Quando verò appellatur à nominatione ad munera,tunc non est,inquit Bar. reperire cām primā aut secundam,sed ille debet probare qui appellat, & ita intelligenda.l.1.si tutor vel curat.appellaue.

Atque rursum prædicta sunt vera, quando sententia per appellationem non suspenditur.Si verò sententia taciturnitate firmatur,potest ei opponi quasi causa non sit iusta, nec hoc potest quæri l. si prætor,in princ.de iud.ff.Hæc Bart.

Panormitanus verò ad d.c.in præsentia, nu.15. de renunc.sequitur Bar. in illa quęstione, quis arctetur ad probādum.Et in summa dic,inquit,si dubitatur an sit appellatum, vel num intra decē dies vel num petiti Apostoli,uel sint appellationis solēnia seruata,appellanti incumbit onus probandi,c. cordi,de appell.in 6.c.ut debitus,eo.tit. ap.Greg.

Ratio afferri pōt,quia ei incumbit onus probādi tempus,habet intentionem positam in tempore,glo.& ibi Bal.ad l.2.de petit.hæredit.C.

Quod tamen,inquit Panor.verū est,si appellans & appellator prosequantur appellationem.Si autē appellatus tantū, & velit per hoc causam ad curiā esse,oportet quod probet solennia, vt not.c.1.de electio.in sex.Clem.1.eo.tit.de electio.

2.An

2. An dubitatur, an sit sic sententiatum aut interlocutum, & appellans habet hoc docere.

An dubitatur de iustitia uel iniustitia appellationis; & si una tātum pars prosequitur, ille debet ꝓbare, siue stet pro sentētia siue cōtra. l. ampliorē. C. de app. §. illud, de his qui ingrediunt. ad appel

Si utraq; pars prosequatur, appellatus, & appellans: tunc quærit de probatione euidenti per acta, quia unus dicit probatū alter nō, & disputatur de actis: appellās debet probare, q̄a debet habere copiam actorum promptam, ex quo appellationem prosequitur. Nā, & ea ratione debet petere à Iudice à quo Apostolos, & acta sibi edi, l. quoniā nōnulli de appel. ut ex editione testamēti cōstat de legato l. fin. C. de iureiur. c. 1. litis contestatio.

Quæ uera dicūtur, quando disputatur de solo facto, an producta uel facta acta sint.

Nam si disputetur de effectu probationis, est in pectore primi iudicis, qui motū sui animi plerūq; sequitur.

4. Quare si agatur de ꝓbatione meritorū causę p acta uel instrumenta, tūc is habet probare in causa appellationis, qui teneretur in causa principali. p l. si qui de appellat. C.

Quia nec erit incōueniens iterū probare, quod primo probauit, id enim erit, ei facile, producendo acta, & instrumenta, quæ prius produxit, & poterit de nouo alia producere, l. per hanc, de tempor. appel. C. ca. fraternitatis, de testibus.

Sed † prædicta uera quādo appellat à diffinitiua 5

Quod si appellatur ab interlocutoria, tunc ad iustificandam causam appellationis semper tenetur

probare appellans,quia, & illa eſt de ſolēnitate ap pellationis,cap.cordi,de appel. in ſex.c.ut debitus eo.de appellat.apud Gregor.

Arctatur,& probare appellās, quando eſt actor uel pro actore habetur;ut cōtra etiā appellatus, ſi actor fuerit,d.c.in præsētia,& ibi glo.de renūciat. Itē appellans,ſi habeat ius commune cōtra ſe, per l.hi.qui ad ciuilia,C.de appellatio.

Cap.XIV.

De deuolutione.

SVMMARIA.

1 *Appellatio deuoluit negotium ad ſuperiorem.*
2 *Etiam ſi appelletur in caſibus prohibitis inhibitione facta.*
3 *Vel ſi appelletur à ſententia nulla.*
4 *Aut à ſententia excommunicationis.*
5 *Sic diffinitiua uel interlocutoria habens uim diffinitiuæ, deuoluit ad ſuperiorem negotium.*
6 *Non deuoluit appellatio omiſſo medio, ſi ea exceptio opponatur.*

1 DEVOLVIT † etiam appellatio ſeu effectu cognitionem negotii ad ſuperiorē eis à quo appellatū fuit,ca. anteriorum 2.q.6.ca,ut debitus honor,de appellat.c.cum appellationibus, 5.eo.ti. in ſex.maxime quando delatum per ſuperiorem aut partem eſt appellationi, aut per inferiorem,c. ſæpe contingit,de appellationib,capit.1.cordi, ca. non ſolum,7.eod.titu.in ſext.

Sic in cauſis per apellationē ad ſuperiorem deuolutis,ille ſuperior iam iuriſdictionem obtinere videtur,capi. 1.de offic.ordin.in ſext.libr.1.ti. 16.

Etiam

Etiam † si appelletur in casibus à iure prohibitis 2
ueluti si appelletur super manifesto crimine, postquam enim superior cœperit cognoscere. num sit appellatio admittenda uel reijcienda, potest inhibere iudici à quo, ne exequatur cap. Romana, §. si autem, de appellat. in sext.

Id ipsum † etiam dicendum si appelletur à sententia nulla, vt si omissa contestatione procedatur, 3
ca. exhibita, 19. de iudic. li. 2. tit. 1. ca. dilecto, de appellatio. quia deuoluit nullitatem, l. quædã mulier 41. famil. ercisc. ff. l. Cornelia pia, de iur. pat. notat. Barthol. ad l. si expressim, de appellatio. ff.

Sed Panorm. ad rubr. de appella. nu. 5. ait, appellationem à sententia nulla non operari effectum suspensiuum, quia sententia non subsistit, sed operatur effectum deuolutiuum tantum. Deuoluit enim causam ad superiorem, & hoc respectu appellari potest à sententia nulla, d. c. dilecto.

Ita † à sententia excommunicationis appellatio 4
non suspendit sententiam, cap. ad reprimendum, 8. de offic. ordinari. C. lib. 1. tit. 31. ca. Pastoralis, de appella. c. 15. cui, de sent. excomu. in sex. sed operatur tunc effectum deuolutiuum, quia deuoluit causam ad superiorem, ut in ca. cum contingat, 36. de off. de leg. c. per tuas de senten. excom. & tollit præsumptionem sententiæ, ut notat Innocentius, ad c. bonę, in 1. de electio. c. quoniã contra, de probatio.

In Camera † imperiali, quando à sententia diffi- 5
nitiua uel interlocutoria uim diffinitiuę habẽte appellatũ est, inhibitio una cũ citatione decernit, quod & de iure cõmuni fieri posse notissimũ, ex c. nõ solũ, c. Rom. §. si uerò, & seq. i sex, Quia appellatio à

diffinitiua.

diffinitiua, uel vim diffinitiuę habēte, deuoluit statim causam ad Iudicē appellationis, & reducit ad eum statum, in quo erat causa principalis post litis cōtestationem, l. ita demum, & ibi Barth. & Bal. n. 2. de procurator. C. Gaill. lib. 1. obseru. 144. nu. 1.

6 Notatur† vero casus, in quo non deuoluit appellatio causam ad superiorem, ad quē prouocatum est omisso medio si opponitur, quod ita omisso medio facta fuerit, c. dilecti. 66. de appellat.

Cap. XV.

De aliis quibusdam effectibus appellationis qui deuoluta causa apud superiorem generantur.

SVMMARIA.

1 *Facultas in appellatione supplendi quæ omissa coram iudice a quo.*

2 *Deinde est facultas emendandi iudicatum si materia sit disposita & reformandi.*

3 *Poßunt & in causa appellationis recipi nouæ cautiones iudiciales.*

4 *Aliquando mortuo reo appellante, extinguitur crimen quoad crimen.*

6 *Quia regulariter in mortuos non potest pœna exerceri, exceptis criminibus quibusdam.*

6 *Vt etiam in crimine læsæ maiestatis.*

7 *Et aliis quibusdam.*

8 *In aliis autem communiter quod pertinet ad bona damnatorum appellantium adhibetur distinctio.*

9 *Vel si moriantur intra tempora data ad appellandum.*

10 *Toni-*

10 *Ponitur Marci distinctio quando hæredes pro bonis condemnati appellantis defendere debeant.*

11 *Pendente appellatione reus testatur, & testamentum factum si moriatur pendente appellatione, ratum est.*

CORAM † Iudice vt plerunq; appellationis, suscipit causa quædam noua, q̃ dicuntur procedere ex ratione appellationis. Bald. in c. fraternitatis, de testib. col. 2. nominat naturas appellationis: sed melius dici possunt actus, qui coram Iudice appellationis fiunt vel fieri possunt, non quidẽ omnes in omnibus, sed in aliquibus aliqui; ideo & facultates dici merentur. 1

Prima erit facultas supplendi omissa corã Iudice à quo appellatur, ut non deducta corã eo & nõ probata possint probari & deduci seu allegari coram Iudice appellationis, maximè post appellationem à sententia diffinitiua, in l. per hanc, de tempor. appellat. C.

Si modo pertineant ad eandem causam coadiuuandã, l. Titianus fin. ꝙ cum eo qui in alien. potest. lib. 14. ff. tit. 5. Omissa tamen exceptio dilatoria corã primo Iudice non põt opponi & obijci coram Iudice appellationis, l. ita demũ 13. de procurat. C. quia remanet prima litis cõtestatio, & ea non innouetur l. fi. §. illud, de tẽpor. appellatio. Sed neq; proponi possunt q̃ pertinerent ad nouam omnino petitionẽ? Bal. ad l. fi. C. quãdo procurãt. nõ est necesse.

2. Facultas † si materia sit disposita, est emendandi uel reformandi sententias iudicis à quo l. 1. de appell. ff. l. præfecti, de minori. ff. 2

Vel

Vel confirmandi, si bene iudicatum sit, l.eos, C. de appellat.

Eaque infirmatio aut confirmatio potest fieri, uel in totum, uel pro parte iudicati, ut ca. Raynutius & c.Raynaldus, de testamen.

In istis autem reformationibus & confirmationibus Iudex appellationis debet decidere per eadẽ statuta, per quę prima sentẽtia fuit lata, §.1.ut cum de appell.cogno. Pan.& alii ad cap.quod clericis, de for.compet.& in stylo Parlamenti, tit. de commissar, §.item quæro.

3 3.Facultas† est, quod appellationis iudicium desideret nouas cautiones iudiciales, quia cautiones primæ instantiæ iudicio sisti, desinunt & mutãtur, l.Græce, §.& post litem, de fideiussorib.

Nisi & in stipulationibus cautionum adiectum fuerit & cautio, pro Iudice qui succedet, nempe appellationis, l.cũ apud Semproniũ, iudicat. solui ff.

Aliter de nouo cauendum est, gl. ad Princip. nouellę, de his qui ingred.ad appelland.Bal. & Prep. ad rubric.de appellatio, circa.fin.

Sic de nouo cauendũ de rato in causa appell.notatur ad c.non iuste, de procurat.& l.1.C. eod. tit. Quia nec procurator primæ instantiæ cogitur prosequi appellationem interpositam l. fin. & ibi glos.an per alium causæ appell.reddi poss.ff.

4 4.Potest† esse alius effectus, quãdo post interpositã appellationẽ moritũ reus à Iudice à quo condẽnatus, ut quo ad crimen extinguatur sentẽtia, & sic cadauer puniri non poterit. Guid.Pap.tract. de appell.seu decisio.436.nu.97.arg. l.3. si pendente appellat.mors interu.li.7.C.ti.66.& l.1.eo.ti. li. ff.

49.tit.

49.tit.13.l.fi.si reus vel accus.mortuus fuer. Cy.ad l.2.qui testa.fac.possunt.C.Bal.ad l.1.ex delict.de funct.in quant.hær.ten. qui enim prouocauit non censetur condemnatus,in l.2.§.fi.de pœn.ff.

Nisi forsan tale delictum fuerit,ob quod ad exẽplum & ob grauitatẽ criminis memoria sit delinquẽtis cõdemnanda.ut in §.per contrarium, hær. quę ab intest.deferunt.facit l.1.de cadau.puni. ff.

Siquidem† tunc cognita cã,& pronunciato de crimine in mortuos põt etiam exerceri pęna,ut dixi, ob detestationem criminis & ad exemplũ aliorũ. 5

Cuiusmodi sunt crimina quorum punitio exercetur etiam post mortẽ,ut in crimine hæreseos, in l.4.de hæreticis.C.In mortẽ,inquit Theodosius,inquisitio extendatur, id est post mortẽ, ut ait Constantinus Harmenopolus,6.Enchi.11.Idem docetur exemplis & auctoritatibus sacrorũ patrum in cap.sanè 24.q.2.excommunicatos & dãnatos fuisse hæreticos post mortẽ. Et de desertoribus fidei seu apostantibus à fide ad Iudaismum uel Paganismum traditum in l.4.de Aposta.C.nullo tempore in uiuentes & mortuos,eorumq; bona accusationem & damnationem præscribi posse.

Maiestatis† quoque rei post mortem tenentur & confiscatur eorum substantia;& post mortem hoc crimen moueri incipit,& memoria defuncti dãnatur,& res eius hæredibus afferuntur,l.pen.& fi.ad l.Iuliam maiest.li.9.C.tit.8.§.per cõtrariũ,de hęr. quæ ab intest.defer.§.publica aũt iudicia, de pub. iud.ap.Iust.l.in senatusconultum 15.§. qui pp,ad senatuscons.Turpil.li.48.ff.tit.16.Vbi & idẽ dicitur de crimine repetundarũ,ut & in l.2.& l. fi.infi. 9

ad

ad l.Iuliã repetundar.C.l.ex iudiciorũ 20. de accusat.ff.Nẽpe qñ quis reus sit maiestatis in primo capite,delinquens contra Principem aut Rempublicã & nõ aliter,ut declaratur in l.fin.ad l.Iuliam maiest.lib.48.ff.titu.4.ubi Vlpianus, Is q in reatu discedit,integrè status decedit. Extinguitur em̃ crimen mortalitate:nisi forte qs maiestatis fuerit. Nã hoc crimine,nisi à successoribus purgit̃,hęredi tas fisco vẽdicat̃.Planè nõ quisq; legis Iuliæ maiestatis reus est,in eadẽ cõditione est:sed q pduellionis reus est,hostili aĩo aduersus Remp. uel Principẽ animatus.Cæterũ si qs ex alia cã legis Iuliæ maiestatis reus sit,morte crimine liberat̃.notat gl. ad l.ex iudiciorũ,de pub.iu.ff.ad verb.maiestatis.

Ideo rei mortui hæres,si uelit bona cõsequi post mortem eius,tenetur purgare tũc crimẽ,in l.res q̃ in cõtrouersia sunt,22.de iure fisci,li.49.ff.ti.14.

7 Sũt† & alia crimina,in qbus bona fisco applicantur enumerata in l.ex iudiciorũ,20.& ibi iuncta gl. ad uerb.maiestat.de accus.lib.42.ff.tit. 2. in qbus lite ẽt nõ cõtestata mortuo reo iudiciũ psequẽdũ est. Inter q̃ sũt,primũ maiestatis diuinę.2. humanę.3.apostasiæ,4.repetũdarũ,5.peculatus,l.fi.ad l. Iul. pecul.li.48.ff.tit.13.& ibi ratio,cur ad hęredes trãseãt.qa agatur de pecunia.6.de residuis,l.3.eo. tit.ad l.Iul.pecul.7. quando mulier de morte uiri accusata decessit,l.Lucius 9.de iure fisc.ff.

8 In aliis† autem communiter criminibus & ex iudiciorum publicorum admissis,non alias transeũt aduersus hæredes pęnæ bonorũ ademptionis,quã si lis contestata & cõdemnatio fuerit sequuta.l. ex iudiciorũ,20.de accusa.ubi gl.ad uerb.secuta,ait,

quæ

qua cōdemnatione secuta, si appellatum ante mortem; distingue, an expressè uel tacitè scilicet in sētentia bona sint adempta, ut si expressè teneantur hæredes nisi defendāt: in alio casu nō, l. 3. si pēdēt appellat. mors interu.

Idem, inquit dicam, si non est appellatum, ut nō transeat pæna ad hæredes, quando est tacita bonorū adēptio; quia in pænis molliendis debemus niti legū īterpretatione l. interpretatione, 20. de pæ. ff.

Sed † illam glossam postremam explicant. Dd. quando damnatus quidem non appellauit, uerum mortuus est intra tempora appellandi, nēpe intra decē dies, vt Bal. ad l. 1. C. ex delict. defūct. in quāt. hęred. tenean. Disputat pluribus Guido Pa. q. 436. seu tract. de appellatio. num. 98. 99. & 100.

9

Quia illa paria cēsentur, expressè fuisse appellatū esse intra tempora nēpe decem dierū appellandi, & quemadmodū facta post appellationem, tanquam attentata reuocantur, sic quæ facta sūt, intra decem dies datos ad appellandum, in ca. non solū 7. de appellat. in sex. & ibi glossa ad uer. innouata si modo postea appellatū sit intra illos decē dies.

Deinde l. ex iudiciorum requirit condemnationem sequutam secuta autem non dicetur, nisi trāsierit in rem iudicatam, argum. l. 1. de re iud. C.

Sed intra tempora appellationis non transit in rem iudicatam gloss. ad d. l. 1. de re iud.

Tutius tamen erit, si hæres mortuo reo appellet & doceat de eius innocentia.

Cæterum † nō est prætermittenda Marci Iurisc. resolutio in morte superueniēte post appellationē qua alia nō posset dari clarior. Ea est, in l. 1. si pēdē

10

te

tæ app.mors interu.l i.49.ff.tit.13.Appellatore defuncto,si quidem sine hærede, cuiuscunque generis appellatio fuit (nempe uel de causa ciuili aut criminali(euanescit.

Quod si appellatori hæres extiterit: si quidē nullius alterius interest causas appellationis reddi,cogendus non est peragere appellationem.

Si verò fisci uel alterius contra quem appellatum est,interest,hæres causas appellationis reddere necesse habet.

Nullius interest,ueluti cum sine ademptione bonorum relegatus est.

Nam si ademptis bonis relegatus,uel in Insulam deportatus, uel in metallum datus prouocatione interposita decesserit,&c. quanuis pendente prouocatione morte rei crimen exinctum sit,data tamen etiam de parte bonorum eius sententia proponitur:aduersus quam non aliter is, qui emolumentum successionis habet obtinete potest, quàm si in reddendis causis appellationis iniquitatem sententiæ detexerit.

11 Proinde†si in aliis criminibus in quibus ratione criminis ipso facto non deuoluuntur bona rei ad fiscum reus post damnationem appellauerit. pendente appellatione &,potest testari & testamentum antea factum non corruit,si moriatur ante iudicium appellationis.l. si quis filio exhæredato,6. §.hi omnes,de iniust.rupt.irritore fact. test. libr.28.ff.titu.3.Expressius,Marcia.in l.qui a latronibus 13.§.fin.de testam.eodem libr.28.titul.1.

De

TRACTATVS DE

APPELLATIONIBVS.

LIBER SEPTIMVS.

De attentatis & innouatis.

CAP. I.

SVMMARIA.

1 *Appellatione pendente omnia prima in statu remanent, nec quicquam est innouandum.*
2 *Quemadmodum nec pendente restitutione in integrum concessa.*
3 *Quia hęc est dilatio iuris, pẽdẽte qua nihil innouat.*
4 *Argumento à relatione ad Principem.*
5 *Et relationis ad bonum uirum.*
6 *Et recusationis iudicis.*
7 *Et litis pendentis.*

EX† effectu suspensiuo appellationis alius effe 1 ctus sequitur, ut ea pendente nihil innouetur, sed oĩa in eodem statu remaneant, in quo erãt tempore quo appellatũ est, l. appellatione, 3. C. de appe. unica, nihil noua. appel. penden. li. 49. ff. tit. 7. c. ei q., §. appellatione interposita, 2. q. 6. c. bonę, & c. secundo requiris, de app. c. non solum, de appe. in sext. neq; quicquam ita debet innouare Iudex aut pars, c. d ilectæ, de exceptio. ubi Hostiens.

Quare si is qui in uinculis est appellauerit, nõ debet mutari eius status, sed debet in uinculis remanere pẽdẽte appellatione, uel cũ fida custodia cũ

 suis

suis actis ꝑcessus à Iudice à quo ad Iudicē ad quē mitti,l.eos.6.§.super his,& l.minimè 12.de appel. C.nisi det idoneos fideiussores,ut ibi sub fideiusso ribus dimitti possit,iuxta l.2.de custodia reorū li. 48.ff.ti.3. Et hinc est ratio cur appellans à carcerationis decreto debeat se in eodē statu iudicio sistere & sic seruari tradit Rebuffus in ordinatio. regias tit. *des adiournements persones*, & Guid. Pap. q.237.incip.si quis incarceratur.

2 Ratio† prior quia æquiparentur in suspensione negotii appellatio & postulatio restitutionis in integrum contra sententiam,ut nihil noui faciat in præiudiciū utriq; l.si causa cognita 32.de trāsact. C.& in integrum restitutio postulata nihil noui interim fieri debere & omnia in statu suo esse debere,donec res finiatū,ꝑspicui iuris est,ut ait Gordia. Cæsar in l.uni.in integrū rest.postula.ne quid noui fiat.li.2.C.ti.50.nisi per malitiam impetraretur,c. suscitata,6.de in integ.restit.lib.1.tit.41.

3 Secunda† ratio,quia tempus appellandi, interponendi & introducendi appellationē,dilationem iuris habet,uel hominis,iudicis aut partis.

At pendente dilatione nihil in eius præiudicium fieri debet,& eo usq; iudicis officium quiescit,donec.dati temporis effluxerint curricula,l.siue pars 3.de dilatio,li.3.C.tit.11.c.2.de dilatio.li.2.tit.8.

4 3.Quandiu† pendet relatio facta consultationis ad Principem,tanquam ad superiorem nihil noui debet fieri,sed est exspectandū respōsum,l.1. & l. fi.C.de relation.lib.7.tit.41.

5 4.Appellationis† remedium & recursus ad bonum, eundē habent effectū,l.nō distinguemus,§.

cum

cum quidam, de recep.arbi.ff.Barba. cõſ.18.in 4. uolum.

At pendente relatione ad arbitrium boni uiri, nihil eſt innouandum, l.ſocietatẽ, §.arbitrorũ, pro ſocio.ff.Bal.in addit.ad Specul.ad tit. de arbitris, uer.ſed an pendente.

5.Perinde † propemodum habetur recuſatio iudicis & appellatio, ſi quidem in ea cauſa, in appellatur, perinde habetur recuſatus, ut non poſſit cognoſcere in ea contra appellãtem, et ſi in aliis articulis poſſit, & in cauſis à quibus non eſt appellatũ l.eos, in princ.C.de appe.l.unic.apud eũ a quo appel.ali cauſ.agere cõpellen.li.49.ff.tit. 12.& l.11. eum qui appellan.in prop.defendi. li.40.ff. tit.11. 6

At pendente iudicio recuſationis nihil dẽt innouari in eius ꝑiudiciũ.l.apertiſſimi, C.de iud. c. ſuſpicionis, & ibi Interpret.de offi.& pot.iud.deleg. c.ſecundo requiras, & c.poſtremo, 36.de app.c.ſecundo, eo.tit.in ſex.

Ergo nec pendente appellatione.

6.Nemo † dubitat per appellationem receptam litem pendere coram ſuperiore, de eo, de quo appellatũ eſt, ex his quæ ante de effectu notauimus. 7

At lite pendente, nihil dẽt in negotio innouar c.1.2.& ſeqq. Vt lite pendente nihil innouet.lib.2 tit.16.& eo.tit.in ſex.

Hinc † ſequitur, appellatione interpoſita incarceratum interim retineri carcere prioris iudicis, donec de ea iudicetur, ut fuſe tractatur à Franciſco Marco tom.1.dec.Delphinal.deciſ.913. & Guid. Pap.dec. 236.& duab.ſeqq. 8

CAP. II.
De innouationis & attentatorum distinctione.

SVMMARIA.

1 *Innouatio, attentatum, continuatio iuris differunt.*
2 *Innouatio à diuersis fieri potest.*
3 *Innouatio à iure quæ & quare non attentatum.*
4 *Attentare non uidetur, qui suum ius prosequitur.*
5 *Innouata facta lege permittente.*
6 *Appellatio non impedit expensarum coram Iudice à quo factarum taxationem.*

1 QVIA † ergo nihil dēt innouari post appellationem quærendum est, si nihilominus innouatū sit, num sit restituendum pristino statui, & quando & quomodo.

Pro cuius solutione non possumus absolutè sine distinctione respondere. Quare prius dicemus in factis, de quibus queritur post appellationē, distingui ratione aliqua innouationem, attentatum & cōtinuationem iuris uel facti.

Innouatio dicitur mutatio status rei uel causę, q erat tempore appellationis, siue per additionē, siue p detractionē fiat, vel alio nouo actu uarietur eius constitutio. Sic dicitur nouum opus, quod antè non erat, uel non fuisse prætenditur, titulis in ff. & iure Pontificio de noui operis nunciatione.

2 Innouatio† in causa appellationis alia fit à lege, alia à litigante seu à parte, alia à Iudice, alia à tertio quodam alio à litigantibus. Innouatio à lege uel ipso iure, uel eo permittente agere fit.

Quæ

Quę fit rursum à litigante, uel fit ab appellante, vel ab appellato, vel ab vtroq; vel à tertio.

Quæ à Iudice fit uel ab eo à quo appellatū est, vel eius ministro uel exequutore, uel à Iudice ad quē appellatum est, de quib. agitur per Bal. & Sal. ad l. appellatione, 3. C. de appellatio. à Vitali de Campanis vel de Cabanis, in tractat. clausarum, sub clausula, nihil nouari, nu. 12. & 13. à Canonistis ad c. cum teneamur, ext. de appellatio.

Innouatio † ipso iure fit quando sine ministerio hominis post snīam aliquid fit, & ista innouatio nō hēt attentatū, vt qn̄ post cōdēnationē iudicis, q prouocat nihilominus efficit̄ ipso iure infamis. 3

Item, si quis interpellatus de possessione & condemnatus ad eam reddēdam, appellet, prosequendo semper possessionem, non attentat, quia res remanere uidetur in eodem statu, quo erat tempore appellationis; & nō debet appellatione emissa qs priuari suæ possessionis cōmodo, c. 1. ut lite pendēte. Nec dicitur innouare, qui sua possessione utit̄ eodē modo quo ante appel. sed inniti priori sine culpa. l. vtiq; 16. in fin. de rei uindicat. ff. Ideo in ea nullo modo turbari debet, l. cum teneamur, de appell. gl. in d. c. non solum, eod. tit. in sex. Io hannes Mona. ad c. cupientes, nu. 138. de electio. in sex.

Pręsuppositis tamē quæ præsupponit Alex. cōs. 99. incip. visis processibus causæ vol. 5. Primū, ꝙ simus in locis in quib. ius canonicum seruetur, ex quo potest appellari in possessorio iure canonico, ut c. significauerunt, de testib. in c. ex conquæstione, & c. cū ad sedē, de restitut. spoliat. & in Clem. 1. de sequestr. posses. & in terris Eccl. Vel ut agatur

nõ de momẽto possessionis,sed de pleno possessorio. In quo certè exsecutio nõ fit pendẽte appellatione si diffinitiua sit.ut ĩ c.fi.& ibi Doct.de iud.et glo.ad d.clem.1.ad uerb.possessorio,de sequestra poss.gl.et Dd.ad l.uni.si de mem.pos.app.fuer.C.

4 Et† generaliter attentare non videtur qui suum ius,quod habeat tẽpore sentẽtiæ à qua appellauit prosequit̃,citat̃ c.2.ut lite pẽdente,a Rota decisione 344.in nouis,incip.licet in cã beneficiali. Quia nemini facit iniuriam,qui suo iure utitur. ca.cum nobis olim.& c.Ecclesia Vulterrana,de electio.

Sic exemplum apertius,si is qui egit interdicto aliquo possessorio,in iudicio possessorio succũbat, saluo iure petitorii,non potest postea super attentatis in iudicio petitorio agere & eorundem reuocationẽ petere,si uincens interim suæ possessionis cõmodo utatur,percipiendo fructus,quasi hoc lite pẽdẽte faciat:q̃a talia attentata causã principalẽ cõcernũt,quo casu remediũ attentatoriũ locũ nõ hẽt,ex ratione prædicta,ꝙ attentare nõ dicat̃,qui ius suũ ꝓsequit̃,ꝑ d.c.1.ut lite pend.c.2.de sequestratio.possess.iuncta gl.in uerbo sequestrari.& Panorm.ibid.n.5.textus & in c.cum teneamur,de appellat.& ibi Philip.Frãcus.Ideo nõ obstãte aliqua appellatione aut contradictione, tantisper libere sua possessione posessor.uti põt, donec sententia diffinitiua in petitorio proferatur.l. 2.C. de prob. gl.in de c.1.vt lite pendent.ad uerb.crucem larius Andreas Gaillus lib.1.obseru.147.& 144.

5 Permittente† lege fit innouatio,quæ non reuocatur tanquam attentatum,quando non obstante appellatione,uel ea prohibita,lex permittit ꝓgredi,

di,non solũ,de appel.in sexto.Sic enim in quibus cunque generaliter prohibetũ appellatio à lege uel statuto, non reuocantur facta post appellationem tanquã attentata.Philipp.Fran. & Geminia.ad c. nõ solũ de appel.in sext.Speculat.li.2.par.3.ti.de appellatione.§.11.Marantha in speculo,in 6. par. titulo de appellatio.num.172.& 389.

Possunt tamen si videatur iustum superioribus, in his casibus etiã facta reuocari per uiam querelę seu suplicationis.Panor.ad ca.pastoralis,§.tertius effectus,de appel.Marãtha pręd.parte,& ti.n.105

In quibus autem casibus lex,cõstitutio & statu tum,& consuetudo prohibere possunt appellatio nẽ iam diximus sub eo capite,ubi deprohibitione appellationis in certis causis diximus,& notat ali quos glossa add.c.non solum uerb.casibus.

Et ita hæc inouata, si liqueat male innouata, re uocantur quidem,sed exspectato euentu litis ,& nõ ante omnia, ut notat glossa ad d.c.nõ solũ ad uerb.ante omnia.

Sic dicemus non reuocari facta tanquam atten tata post appellationem ab eo, cui cõmissa erat co gnitio,appellatione remota. Panorm. Philip. Frã cus ad ca.pastoralis,de appel.Vitalis, in clausula, nihil nouari, uers.item si est commissa.

Nec in causa iuris patronatus. Marantha in 6. parte speculi,copiose.num.165.

Sed† & singulare est,quod appellatio nõ impe ditat taxationem expensarum,& fructuũ:& ideo iudex à quo appellatur potest taxare non obstãte appellatione:quia taxatio non est noua cõdẽnatio sed prioris dũtaxat declaratio, ꝙ declaratio põt 6

fieri nõ obstãte appellatione,argum.l.hęredes pa lã,§.1.& §.sed et si notã, de testa.Guido Papæ tra ctat.de appel.in quæstio.106.& n.78. & ait istam esse decisionẽ Rotæ;ti.de appella. Marãtha in Spe culo.pa.6.ti.de appel.nu.186.Lapus allegat.72.in cip.in causa matrimoniali.

Faciunt ea quæ notauit Iohãnes Andreas ad c. solli citudinem , de appellatio. & ex hoc notatur etiã,quod Iudex potest sententiam declarare, nõ obstante appellatione, ut ait Guido Papæ, proximè citato loco.

Cap.III.

De attentat is, & innouatis,a litigantibus.

SVMMARIA

1 *Innouata attentata quæ.*
2 *Attentare quod in appellatione.*
3 *Et quid in aliis.*
4 *Appellans attentando amittit ius appellationis.*
5 *Atq; ideo sententia a qua appellauerat transit in rem iudicatam contra illum.*
6 *De innouatis per appellatum.*
7 *Appellante contumace non reuocantur attentata.*
8 *Iudicis aut rescripti auctoritas non excusat attentatum.*
9 *Factum tamen consensu litigantium pendẽte appellatione non reuocatur vt attentatum.*

1 INNOVATIO † quę fit à litigante,uel ab appellante fit uel ab appellato.

In his,& in Iudice innouãte possunt cõsiderari in-

innouata tãquã attẽtata,& simpliciter ut ĩnouata.

Attẽtata dici possunt innouata, quæ nulla sunt, proindeque habentur,ac si non esset facta;& reuocantur per uiam nullitatis, & non per uiã querelæ ut innouata. sicut Pan. notat.ad ca.pastoralis.53. num.11. de appellatio.quare attentata poterũt dici innouata seu facta post appellationẽ; quę quod ad ius pertinet inefficacia,& nulla sũt, & proinde perinde habẽtur ac si facta non essent,l.quoties q. satisdare cogan.ff.ita irritatio,& declaratio nullitatis facti contra legẽ attẽtatũ dicitur contra legẽ in l.2.de nauib. nõ excusãd.li.11.C.tit.3.Sic & verbũ tẽtauerit,sumit in l.iubemus.14.§.1.C.de sacrosan.Eccl.& in l. si quis nõ dicam rapere,sed attentare,C. de Episcop.& cleric. Nullũ autem dicit factum contra legem l. non dubium C.de legibus.

Quare†attentare hypothesi appellationis est facere pendente appellatione quod prohibemur,ut notatur ad ca.non solum,de appell.in sex.per Iohannem Andream,Iohannem de Anania.Philippum Francum,Geminian.& alios. 2

Ita iubetur in ca.significantibus. 49.de appell. uocandum in statum debitum, si quid fuerit post appellationem attentatum.

Vocamus in praxi,*attentat,vne entre pase par dessus lappell.* tentare aliquid cõtra appellationẽ antequam permittatur, & proinde ab eo attentato est rursus appellanti appellandum adhærendo primę appellationi.

Attentare propriè ita dicitur ille,qui facit actũ sine aliqua rationabili causa,c.quãuis,in prin.à cõtrario sẽsu,& ibi Gem.notat.n.1.de off.ordin.in 6.

Potest

3 potest† & iudex malè iudicare in præiudicium interpositæ appellationis, sed non semper ideo dicitur attentasse, quando non deficit potestas, & iurisdictio circa actũ iudicandi, à qua potestate priuatiuè semper causatur attentatum, prout contra quis posset attentare sententiãdo, & tamen posset iustè iudicare.

Vnde κηραίνω interimo & ἀκήριον immortalis, morti non obnoxius, ut male quidã conati fuerint emendare ca. 1. nouellæ 49. de his qui ingrediuntur ad appellandum, & pro κηρίαρ ἡμέραρ censent reponendum κυρίαρ ἡμέραρ idest, proprios dies seu statos, quia inueniant in legibus 12. tabularũ stata tẽpora: tamen lectio mihi magis placet, ut legendũ censeo, κηρίαρ ἡμέραρ, ut dicamus fatales dies ut fatalia tempora legimus in l. tempora, & l. fin. §. fin. & authent. ei qui appellat, de temporib. appellat. Sic etiã in Basilicis li. 9. ti. 1. c. 128. & ti. 2. c. 11. atq; in eo. titul. 2. ca. 12. dũ agit de ꝓpris diebus, & definitis, dũ eos interpres Græcus uult exprimere, ἐμπροθέσμους ἡμέραρ, dicit statutos dies, nõ κηρίας, ibi, ἅπαξ δὲ τῆρ ἐφέσιμυ δίκηρ ἐν ταῖρ ἐμπροθέσμοιρ ἡμέραιρ &c. id est, appellationis autem causa semel intra statutos dies &c. Et paulò post, ἀλλὰ μίαν ἑκάστην ἰδίαν ἔχειν προγεγραμμένην, id est, sed uti quælibet suam diem præscriptam habeat Dixit enim ἰδίαν προγεγραμμένην, non κηρίαν ἡμέραν

Iustinianus† etiam in l. properandũ. 13. §. huius modi, de iudic. C. mortẽ litis dixit, quãdo tẽpora ad litigandum cõcessa transierunt. Et in l. arbitrio 18. §. dolo cuius de dolo lib. 3. ff. titul. 3. lis perimi dicit lapsis tẽporibus agẽdi. Sic Papinianus Dolo cuius factũ est, ut lis tẽporibus legitimus trãsactis pereat, Trebatius ait de dolo dandũ iudicium. Et Vlp. in l. 3. §. 1. quę in frau. cred. ff. li. 42. ti. 8. Gesta fraudationis causa accipere debemus, non solũ ea

quæ

quæ contrahens gesserit aliquis, uerum etiã si fortè data opera ad iudicium nõ affuit, uel litem mori patiatur. Vel à debitore non petit ut tempore liberetur, &c. Et iterũ Vlpian. in l.2. iudicatũ solui, libr.46.ff.libr.7.cum lite mortua nulla res sit, ideo constat fideiussores ex stipulatu iudicatũ solui, nõ teneri.

Contra etiam dicĩt lis uiuere, l. fin. de fide instrumẽt. libr.4.C.titu.21.& actiones uiuere, & mori ꝑscriptione, §.1.de perpetuis, & tẽpora.ꝑscript.li.4. institut.Iustin.tit.12.

Hoc modo ergo fatales dies appellationum dicere possumus, quod illis transactis accidat fatum & mors seu interitus, & exstĩctio appellationibus.

9 Alio † etiam modo fatales dies dici poterunt, id est, ꝑscripti, & definiti ex uolũtate superioris sine nostro arbitrio. Sicuti, & fatalitate dicitur contingere, quod præter nostrãm uoluntatem, ex uoluntate alterius, puta DEI, accidit, inclinãte aliqua serie seu ordine constituto, ut in l.quęreret aliquis, 85.& ibi Alcia. de uerb.signific. Cicero 2.in Verẽ. Nam hoc Verrem dicere aiebant, te non fato, ut cæteros ex uestra familia, sed opera tua consulem factũ. Et in l.2.de conditio. & demonstrat.ff. fato, id est, sine uoluntate implentis, & casu impletam conditionem non iuuare legatarium sub conditione, responsum est.

10 Nemo † etiam ignorat, fatum significare decretũm, & uolũtatem, vt notat Nonius Marcellus, ex lib.8.Aeneid.

Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygum. Et ibidem rursum.

Filius

Filius huic fato Diuum, prolesq; virilis.
Nulla fuit.

Quanquam absolute alioquin fatum pro uolũtate Dei, cui nullo resistere debet nec potest, sumatur. Ita dicta fortuna omnipotens, & ineuitabile fatum, quod intelligẽdũ uere est de uoluntate omnipotentis DEI, qui dixit, & facta sunt. Genes. 1. Alioquin falsum, quod quidam somniant, in astris, & cęli constitutione fatum esse, & necessitatem cogentem, turpiter excludẽtes liberi arbitrij hominis dignitatem, & rationem. Vt nos etiam alibi plenius monuimus. Et ipse Nonius Marcel. li. de doct. indagine illã sententiam refellit meritò & ex Salust. ueraq; philosophia ait, quod sui cuiq; mores fortunã fingũt, & fortuna simul cum moribus mutatur.

Sed† ad rem, ratione fatalium temporum deserta ergo fiet appellatio primo loco, si intra decem dies non fuerit appellatũ, cap. cũ sit Romana, & c. sæpè de appel. aut. hodie, C. de appell. & l. præses, §. 1. eo. ti. ff. 2. Deserta† diceť ab eo, q̃ nõ releuauit appellationem in Gallia intra tres menses, uel ĩtra aliud tempus ad releuandum ex iure, consuetudine, stylo curiarum constitutum ad releuandum. Sicut de iure, qui nõ petijt Apostolos intra definitũ petendi tempus, nec diligẽtiam fecerit petendi ut antea dixi in temporibus, sic enim deserta cẽsetur appellatio, & sententia mãdari executioni potest, & debitũ peti quia appellãs intra dies solennitatibus præstitutos nec Apostolos, aut refutatorios libellos curat petere aut offerre. l. quoniã nõnuli. 18 & l. si cõtra maiore 8. C. de appel. C. ab eo, de appellatio. in sex. clem. 2 eo ti. Monui tamen neq; in Gallia,

lia, neque in Germania non peti apostolos, nisi in curia Ecclesiastica.

Deserta tamen non censebitur appellatio si apparitor non fecerit executionem literarum intra tres menses quia sufficit, quod pars releuauerit, & literas impetrauerit, ac executori tradiderit intra tempus trium mensium, quia textus, qui loquũtur de impetratione, non loquuntur de executione, per cap.cũ causã, de re iudicat.c.ex parte, &c. dilectus in 2. de rescript. Cassiodorus in decisio.4.& 5. tit.de appel. Rebuffus tractat.de appel.art.5.gloss.

13 vna nu.18.3. Si† appelletur ab interlocutoria, & iudex nõ admittat appellationẽ, tũc nisi appelletur iterũ à nõ admissione vel reiectione adhærẽdo seu insistendo primæ erit appellatio prior deserta, ut nõ possit eius grauamẽ reparari in diffinitiua. Card in.ad clem.1.col.4.de dolo, & contu. Inoc.ad c.pastoralis, in gloss.uerb.suspẽdato ne officio delegat. Mynsingerus cent.2. obseru.49.

14 4. Si† intra terminũ ad prosequendam appellationem per iudicem à quo præfixum, uel intra terminum a iure constitutum, & à iudice abbreuiatũ appellãs non fuerit appellationem prosecutus, ea est deserta, & sententia in rem iudicatam transit, c.cũ sit Romana, & sepè, & utrobiq; Dd. appella. Atque ita prior iudex liberè sua autoritate utetur cap.reprehensibilis.16.de appel. Extat cõstitutio Delphinalis, quæ eadem sanciuit anni.1449.diei.2 Maij.de qua Gui.Pa.dec.135.inc.an autẽ licuerit.

15 Excipiunt† autem Doctores causas aliquas iusti impedimenti, de quibus suprà diximus, dũ ageremus de temporibus appellationum, quę fatalia ro

morantur,

morātur, vel excusāt morā. Sicuti si paupertas causa fuit cur non potuerit quis appellare in scriptis. Cōtra si faciēda esset appellatio viua voce, Guido Papæ decis. 436. Et sic excusat inopta, cur qs non potuerit appellare, in l. si procuratorē, 8. §. ꝙ & ad actionē, mādati. ff. lib. 17. tit. 1. excusat quoq; à desertione, si ea causa paupertatis sit, cur qs nō fuerit intra tempus prosecutus appellationem. Inoc. ad ca. ex ratione. de appel. Bald. ad l. 1. §. si qs in iudicio. si quis cautio. ff. ꝙ & seruari in Camera Imperiali notat Mynsiger centur. 2. obseru. 58.

Sed † & Guido Papæ tractat. de appel. q. 14. seu numero. 20. tradit, quod si iudex à quo assignat terminum appellanti ad se repreſentādum coram iudice ad quem: si appellans fidem nō fecerit ipsi iudici a quo quod sed represētauerit, quāuis ueniat puniendus ex hoc, quod nō paruit, tamen ex hoc non debet censeri appellatio deserta, cum hoc nō sit in iure expressū. Facit ca. is q, in 1. respōsio. de sentētia excomunicata in sexto idē tenet Federic. de senis. consil. 127. Tractat hāc questionē Franciscus de Zabar. ad clem. 1. de appel. q. 24. & recitat contrarias sententias. 16

Quinto, † deserta est appellatio, si quis generaliter appellauerit, ad iudicem competentem quidem, & plures sint, qui competentes sint, & intra tempus prestitutum non declauerit, ad quem illorum prouocet, gloss. magna ad capit. si is cui, ad uerb. durāte, de offic. delegat. in sext. Doct. ad l. q Romæ. §. pen. de uer. obl. ff. Alex. consi. 12. incipiē. videtur, volum. 6. 17

Sexto, † existimant, & Doctores habendam esse 18

se appellationem pro deserta, quando non fit notificatio appellationis personæ appellati, Iuxta Speculatorem libr.2.part.3.de appellationib.§. qualiter, vers.quid si procuratori. Et si non fuit citatus. appellatus intra tempora constituta. Franciscus Marcus tom.1.decisio Delphinal. decis.1.num.7.

Si tamen compareat citatus appellatus, sufficit per Clemen.causam, in fine, de elect. nempe si alio modo ad eius notitiam peruenerit.

19 7.Si appellans † pendente appellatione aliquid innouet vel attentet in præiudicium aduersarij; vt quia eum spoliet, censetur deserere appellationẽ Baldus ad cap.ex parte de appel.textus ĩ capit.an sit deferendum, 42.de appel.Non est, inquit, deferendum appellationi eius, qui ipse ei non defert, nec meretur auxilium legis, quia contra eam facit, quæ etiam ratio probatur per l.auxilium, de minorib.ff.c.quia frustra, de vsur.ca.bonæ memoriæ, de electio.Vt in cã.constitutus, 22.de appel.non defertur appel. eius, qui aduersarij appel.in eadẽ causa non detulit, vt puniatur in eo in quo deliquit.

20 Quæritur, † num sententia lata super de sertione appellationis, dicatur interlocutoria vel diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ; & num possit mutari, & quomodo appelletur? Et Baldus ad l.2.de Episcop.audiẽt. Videtur tenere quod sit interlocutoria habens vim deffinitiuæ. Sed rursus idẽ ad authent.si quis litigantiũ, eod.ti.de Episcop. audiẽt. Videtur approbare interlocutoriam esse, cum non mereatur executionem, nisi quoad condemnationẽ expensarũ, quia primus Iudex exequitur, l.eos. C.de appelationib.cũ ibi notatis, ꝑ glossam Barth.

Bald.

Bald.& l.tale pactū.§.qui prouocauit, de pact.ff.& in l.furti in princip.de his qui notant.infam. Vnde quando Iudex appellationis alias est Iudex ordinarius, pōt reuocare talē interlocutoriā aliàs secus: quia uidetur a se abdicare omnem iurisdictionem, ca.significantibus, de offic.& potest.iudi.delegat. secūdū Bal.ad l.si quādo quomo.& quā Iudex sen ten.profer. deb. Ita Iudex appellationis post pronunciationē super desertione pōt reponere appellātē in pristinū statū cōstito sibi de diligētia Rota decis.77.& 89.in nouis. Franciscus. Marcus in 1.tomo decisionum Delphi .dec.1.nu.3.& 4. Melius uidetur quod dictum est per Guido. Pap.decisio.11 quod quando appellatur ab interlocutoria tūc pronūciatio super desertione appellationis sit interlocutoria, & debeat ab ea appellari in scriptis. Quod si appelletur à diffinitiua, tūc talis pronūciatio super appelat. desertione dicitur diffinitiua, seu habes uim diffinitiuæ. Guido Pap.d.decis.11.& 220.

Cap. III.

De effectu desertionis.

SUMMARIA.

1 *Effectus desertionis vel petere iudicari desertionē aut executionem prioris sententiæ.*
2 *Constare tamen debet prius esse desertam.*
3 *Alioquin in dubio talis non præsumitur.*
4 *Vocans ad iudicandum desertionem dubitare uidetur.*
5 *Ideo super ea contestatio, & iudicium requiritur.*
6 *Desertio unde probatur.*

Effectus

declarandam desertionis, indubium reuocat desertionem; & ea uia electa non potest petere illa indecisa executionem fieri: neque possunt ista duo remedia executionis, & petitionis desertionis concurrere, sed alterutrum eligi debet, ut dictum Senatus cōsulto Parisiensi, refert Papus lib. 19. Rhapsod. arrestor. tit. 6. arrest.

Hoc etiā resoluit Alexāder consilio. 130. incip. in causa strazatoriorum. n. 12. uol. 4. Quamuis quidam arbitrentur, non esse eius consilium. Ibi tamen dicitur, quod ex quo quis instituit iudicium in petendo vrbanius agendo: non potest redire ad uiam, ut propria auctoritate possit ingredi possessionem, per id ꝙ tradit Baldus ad l. 2. uers. Decimo quæro. C. de ser uit. & acqua. quo loci qui it ad iudiciū pro reuocatione precarij pendente iudicio non potest propria auctoritate expellere. quia ex quo eligit uiam iudicij, uidetur meticulosus, & ad uiam facti redire nō pōt. per l. de pupillo, §. meminisse, de nou. oper. nuntiat. Cū simil. Facit. Molinę, ad cōsuet. Parisiens. nu. 166.

Idcirco † ad contestationem super desertione declarāda iudicio opus erit. Atq; in ea actor, qui petit eam declarari, tria in summa postulat contra reū, & appellātē; Primū ut declararet appel. deserta, causa ꝓposita aliqua ex superioribus per quas fit deserta.

Secundū, ut decreta, & statuta seu iudicata à iudice à quibus appellatū erat, suum plerunq; sortiātur effectum, per c. cū appellationib. de appell. in sex.

Tertium, ut reus appellans cōdemnetur ad sumptus instantiæ desertionis per dictū c. cū appellationibus, c. ex parte, in 2. de rescrip. eò ꝙ impediuerit officium iudicis, l. litigator, de fructibus, & lit. expēs.

SVMMARIA.

1 *Renunciatio appellationis expreßè uel tacitè fit.*
2 *Expreßè renunciationis species.*
3 *Tacite quis facto renunciare potest, adeundo post ap pellationem pro eodem iudice à quo.*
4 *Protestatio quando actui contraria non nocet.*
5 *Tollitur appellatio transactione.*
6 *Et tollitur etiam si fiat actus spontaneus approbato rius sententiæ.*
7 *Si etiam appellans ad diem ad quem citauit appella tum ipse non compareat, & ibi de congedio.*
8 *Morte etiam appellantis, ut plerunque extinguitur appellatio.*
9 *Quare mortuo uno ex litigantibus, praxis est, iterũ uocari hæredes ad prosecutionem instantiæ.*
10 *Si appellans lite pendente spoliet aduersariũ extin guitur appellatio.*
11 *Si facienda appellanti nõ fiant extinguitur appellat.*
12 *Per acquiescionem iudicatis resoluitur appell.*
13 *Quid interest in praxi desistere ab appellatione & acquiescere.*
14 *Ante præsentationem appellationis factam superiori iure potest quis impune desistere & renuncia re appellationi, & ibi praxis.*
15 *Quando uero quis admittatur ad acquiescendum impune, aut non.*

ALIVS † modus extinguendi & tollẽdi appellationem interpositam & interponendã, est per renunciationem. 1

Renunciatio ista fit, vel expreßè uel tacitè. Ex presse fit per pactum, uel reciprocũ, ut in l.fi.§. fi. de temporib.appellati.eod.Rota dec.28.incip. li-

cet appel. in nouis gl.& Dd.in l.1.C. de pact.vel alio modo expressè apud acta,in l.1.§.si quis,a quibus appellare nõ licet.l.aut aliter,c.interposita,§. ille deniq; & c.dilectæ.de appe.l.tale pactũ.§.q ꝓuocauit,de pac.ff.de quo nos copiosè paulò antea disputauimus,li.5.c.3.

2 Species†renũciationis expressæ est si appellãs cõdẽnatus,cognoscẽs postea cõsilio habito, iniustã se hr̃ cãm appellãdi,desistat & cãm appellationis amplius nõ ꝓsequat:ĩ quo ẽt facto dicũt huiusmodi desistẽtẽ excusari debere à soluẽdis expensis,& allegãt textus in l.q cũ maior.§accusasse, de bonis libertor:ff.Cynus & alii ad l.alia,in fine, de his,qbus ut indig.C.gl.in l.1.de actio.empt.Igne ad l.cõtractus,de reg.iur.ff.Sed nõ seruat in praxi,imo desistẽs huiusmodi cõdẽnatur ad expẽsas. Rebuffus tract.de appel.art.5.gloss.una art.37.

3 Tacitè†uidetur renunciare facto aliquo appellationi,pluribus modis.

Primum si post interpositam appellationem ab interlocutoria appellans pro eodẽ negotio adeat eũdẽ iudicem,& contestetur ut iudicium cõsequatur,c.si à iudice,de appel.in sex.c.gratum,de offi. deleg.cap.sollicitudinem,de appel.nisi comparendo,coram eodem protestaret,se non animo desistẽdi ab interposita appellationem cõparare. Quod in vtraque partem disputat & tãdem ita cõcludit Guidò Papæ.dec.364.incip.si quis corã iudice. & Innoc.ad c.quæstioni,2.de appe.ibi,fateor,tamen & ad c.qua fronte,uersi.sed quid appellãs uelit ab solui.eo.tit.de appel.Stephan.Aufrerius,decis.Tolosan.193.disputat, & fuse Alexander consi. 130.

incip.

incip.in causa Strazatoriorũ,n.13.& seqq. usq; ad fi.uol.4.

Nam clarum est,quod ipsa protestatio cõseruat ius protestanti,l.fideiussor,§.1.qui satisdar.cogãt. c.cum Martinus,de constitut.cum similib.

Et proinde p ingressum iudicii nõ censetur ꝓtestans relinquere ius suum per d. c. solicitudinẽ.

Facit in simili,quod in responsione facta libello, quando respondit cum protestatione,quod non intendit per hoc litem contestari,ipsa protestatio operatur,quod licet litigetur,tamen non dicitur lis contestata in præiudicium protestantis:& ipsa protestatio seruauit ei ius.Bar.& alii ad l. 1.de litis cõtestat.Vt & probatur in l.si debitor,4.§.Quib. modis pig.uel hypothesi.soluat.lib. 20.ff.tit.6.Arguit enĩ mẽtẽ ꝓtestãtis,ne postea patiat̃ in dubio q̃stionẽ,ut ait Vlpian. in l.& si quis impediat. 14.§.sed interdũ, de relig.& sũptib.fun.li.11.ff.tit.7.l. Nesẽnius Apollinaris 34.de neg.gest.li.3.ff.ti.5.l.de pupillo,§.si qs ipsi ptori, de op.nou.nũci.li.39.ff.ti.1.

4 Nec†obest, quod uideatur ista protestatio esse cõtraria actui cui adiicitur, & ideo nõ habeat effectũ.nec reuelet ut in aliis,l.q in aliena,§. Celsus, de acquiréd.hæred.c.cum Martinus,de constitut.

Quia hic ꝓtestatio de nõ renũciãdo iuri exequẽdi aditionẽ iudicis,sed ptinet ad reseruationẽ iuris cõpetẽtis,ut in d.c.cũ Martinus,& ibi gloss.ca. Cumana,& ibi gl.ad uerb.protestatione, de elect. & c.1.quod metus caus.& cap.Lotharius,21.d.l.si debitor,§.1.quib.mod.pign. uel hypoth. soluitur l.Nesẽnius,de negot.gest.ff. Quemadmodum appellans à iudicis grauamine,compareat coram eo

vt probet grauamen sibi illatum, ut illud reuocet, non censetur ideo renunciare appellationi, quia facit actum tendentē ad fortificationem appellationis propositę c.si à Iudice, de appellation.in sext.

Item quod dicitur quod protestatio contraria facta non iuuat, est uerum, quando illa protestatio ordinatur ad tollendum factum, cum facta non possunt haberi pro infectis, l.in bello, factæ, de captiuis.ff. At si ordinetur ad tollendum mentē à facto, tūc benè operat protestatio, l. Labeo, de suppellect.lega.ff.l.obligationū substātia, de verbor. appel. Panormitan.ad c.1.de litis contestatio. Speculator li.2.par.2.tit.de litis contestatio.§.1.versi. illud.

Sic in proposita hypothesi ista protestatio exequutionis saluæ in aditione iudicis pro desertione declaranda, testantur mentem agētis, quæ alioquin tantam habebat præsumptionem contra se, vt per metum censeretur renunciasse iuri executionis, protestatio declarat uoluntatem & sententiā nostrā, l.at si quis, §.sed interdū, de religios. & sumptib.funer.ff.cap.cum M.Ferratiens.de constitutio.

Secundo † tollitur appellatio transactione inita 5 inter partes, quorum interest, sine præiudicio alterius cuiusquam, l.si contra maiorem.C.de appel.l. tale pactum, §.qui prouocauit, de pact.ff.

Si post iudicium, si ab eo appellatum fuerit tanquam de re dubia, transigi pōt, l.post rem iudicatā, 11.& l.& post rē iudicatam, 7.de transact.ff.l.et legātet, 23.§.1.de condict.in debiti.lib.12.ff. ti.6. Cum & liti renunciari possit sine spe rescissionis, l.

post

postquã liti,de pact.C.ut sit litiũ finis,l.fratris 10. C.de trãsact.iuxta intẽtionẽ legislatorũ l.finẽ litibus,de dolo & cõtumacia.l.ꝑperãdũ,C. de iud.l. vnic.de nouo C.faciẽd.Cle.dispẽdiosã.de iudiciis

Faciunt ea,quæ antea diximus de renũciatione appellationis per pactum cum appositis distinctio nibus. Et semper deuoluta causa appellationis,si de ea sit iam cœptum tractari,si fiat sub beneplaci to curiæ sub qua pendet,saltem recipietur.

Tertio †quando fit actus approbatorius senten- 6 tiæ à qua appellatum est, uel appellari potest intra tempus,renunciaretur tacitè appellationi,uelu ti si post interlocutoriam appellans producat corã eodem Iudice testes in causa principali c.gratum. de officio delegat.c.cum venissent,de testib.Vel si condẽnatus ad soluendũ appellans incipiat soluere uel petat dilationem ad soluendum,uel si aliter acquieuerit.l.ad solutionem.C.de re iud.Et sic de similibus actibus per quos parendo quis uidetur acquieuisse sententiæ.

Contra si actus tenderet ad declinandam iurisdictionẽ,de quo ponit exemplum Iohãnes in c. si a Iudice,de appell.Rota ita resoluit in dec.287. in cip. licet appellationi interponẽdæ,in nouis.ti. de renũcia nisi forsan actus ille illius ad cuius iurisdi ctionẽ reuertit appellãs,impugnet uel reprobet à parte aduersa,uel à Iudice à quo est appellatũ,q̃ ꝑ talem actum impugnatum appellans non uidetur renũciare appellationi c.1.de eo, qui mittit in pos sessio.vide Batho.ad l.a sententia,de appel. Sic tra ditur in addition.ad eund.Bar.ad l.si separatim,in §.fi.eod.tit.

7 4. Datur † etiam exstinctio appellationis, si postquam appellãs citari uel uocari fecerit appel latum ad comparendum certo die corã Iudice su periori appellationis, ipsemet in tempore assigna tionis uel uocationi præfixo non comparuerit coram eodem iudice: cõpareat autem uel per se, uel per procuratorem, pro ut causa exigit, appellatus & ita non se præse ntet in tempore ad se presẽtan dum statuto. ca. psonas de appel. Bald. ad l. preses C. eo. t it. Nã eo appellato cõparente, & non com parente appellante, impetratur à Iudice ad quẽ li cẽtia, & absolutio appellationis: uocant cõgediũ; cum utilitate eius, & qua inhibitiones tolluntur cum expensis, ad quas appellãs non cõparẽs dãnatur c. Nicolao militi 64. de appel. Quæ uero hic obseruanda sint, nos tractamus li. 48. syntag. ca. 3. Et. Ion. Papus tõ. 2. notariorum. li. 10. ti. de appel.

8 Quintò † morte appellantis exstinguitur appel latio, si sine hærede decesserit, & alterius iudicari de appellatione non intersit. Quod si cum herede etiã decesserit, si nullius alterius ĩtersit causas ap pellationis redi, cogendus nõ est per agere appel lationem. Si uerò fisci uel alterius cõtra quem ap pellatũ est interfit, heres causas appellationis red dere cogẽdus est, Nullus interest, si reus mortuus & appellãs sine ademptione bonorum relegatus vel cõdemnatus sit: contra si cum ademptione l. 1. si pendẽte appel. mors interuẽ. li. 49. ff. ti. 13. l. fi. C. si reus vel accusator mortus fuer. li. 9. ti. 6. l. 1. & l. si pater tuus 4. si pendẽte appell. mors interuẽ. C.

Tenetur, & hæredes prosequi, quãdo sua inter est: quia tenẽtur ex delictis defunctorum quo ad

bona,

bona, si uiuentibus illis cœpta fuerit lis, & cōtesta ta, iuxta distinctionem l. 1. ex delict. defuncto. inquant. hæred. teneāt. & 2. & l. 3. si pendēt appellat. mors interu. C. l. 1. eo. tit. ff.

Sunt etiam crimina, ut monuimus antea, in quibus, & post mortē rei, & ante, & post appellationē & accusationē agitur in delinquētibus. l. ex iudiciorū, de accusatio. ff. ubi, & notātur casus, & delicta eius generis, & in l. Lucius. 9. de iure fisc. ff.

Cæterum † quando prosequēda est appellatio 9 mortuo appellato uel appellante, praxis est, uocari hæredes mortui per superstitē aduersariū eius litigantem, ut ueniant responsuri super prosequutione causæ quod fit triplici ratione.

Primum, ut sciatur an defuncto sint hæredes. Quia si non sint, non erit prosequēda appellatio, d. l. 1. si pendente appellatio mors interuen.

2. Vt compleatur iudicium suis, & requisitis personis, actore, reo & Iudice, per l. inter litigātes, & l. Iulianum, de iudic. ff. & iudicium nō pronūcietur contra mortuū, & ita non ualeat, l. 2. quæ sentētiæ sine appellat. rescind. lib. 49. ff. tit. 8.

3. Vt declararēt hæredes, an uelint desistere ab appellatione, aut eā prosequi, l. 1. C. pēdent. appellatio. mors interuē. Atque ideo huius rei gratia ultra tempora quæ competebant, & dabantur defūctis ad prosequendum, dantur ad eandem prosequutionem alij quatuor menses hæredibus. Et si adhuc ijdem hæredes deliberent, an uelint esse hęredes, non computatur annus ad deliberandum hæredib. datus, per l. cū in antiquiorib. 19. Co. de iure deliber. 6. Cod. titul. 30. Et post tempus annuum

nuum si suspendat per illud aditionem,dantur di
cti quatuor menses postquam adiecerint,ne deli=
berantes uel inscii negotiorum defuncti, aliquod
prius damnum & incommodum subeant,l.fi.C.si
pendente appellatio.mors interuenit.

10 Quarto†si lite pendente super appellatione ap
pellans spoliat aduersarium,uidetur renũciare ap
pellationi;aliter tamen si ante cœptum iudicium
spoliaret.c.ex parte,in 2.de rescriptis. & ita Feli=
nus c.an sit,& c.cũ cãm,de appe.gloss.ad nõ solũ
de app.in sext.Quia uidetur sibi ius dicere.l.extat
quod metus causa.ff.& ita renũciat iuri,quẽ e.ege
rat appellando.ultra pœnã,qua affici debet amis-
11 sionis causæ,sibi ius dicendo.

Quinto, † quædam sint facienda appellanti ex
lege,consuetudine,uel ordinatione Cameræ,& nõ
faciat,tacitè censetur renuntiare appellationi.ut si
appellãs debeat soluere quippiam pro libera æsti
mationis rei controuersę,nec soluerit Iason. ad au
thent.qui rem,de sacrosan.Eccles.

Si non petat uel reddat apostolos suo tempore,
c.ab eo,de appel.in sext.l.1.de libel.dimissor. Au
frer.q.44.Rota dec.406.si auditor,in nouis.

12 Et quamuis hodie,ut dixi,ex consuetudine Gal
liæ & Germaniæ non sit necesseriũ petere Aposto
los tamen per lapsum temporis nõ petẽdi & non
releuãdi,qui labi patitur,uidetur acquieuisse sen=
tentiæ,& renuntiasse appellationi.Bal.ad authen.
item. C.de tempore appe.Alexand.in addition.ad
13 Barthol.ad l.si qui separatim,de appel.ff.

6.Refert†Alexand.cõsuet.136.incip.in causa et
lite,nu.1.& seqq.uol.reformulas,quib.quis acquie

uisse

uisse potest dici sententiæ; si probetur per testes quod appellans dixerit,seu contentũ esse,ut acquiescat sententiæ si soluat,quod fuerit præsens q̃ appellare potuit,pronunciationi sententiæ;& non cõtradixit.p l.1.& ibi Dd.textus in l.fi.C. quomo. & quan.C.de relation.l.ne arbitris,& ibi Bal.C. de arbitris.iud.l.cum ostendimus.§.de fideiuss.tutor.

Cæterum† in praxi duo sunt nomina ferè in effectu similia, diuersa tamen in quibusdam , nempe desistere ab appellatione & acquiescere sentẽtiæ. Acquiescere sententiæ,nihil aliud est quam renuntiare appellationi,& consentire,ut sententia,à qua appellatum est,sortiatur plenum & integrum effectum,sine mulcta seu emenda.Nam hic est finis acquiescentiæ,euitare mulctam temerariæ appellationis Imbertus li.2.c.23. 13

Desistere verò dicitur,qui per literas cancellariæ desistit ab appellatione antequam releuauerit.

Impetrantur literæ à cancellaria , quæ dicunt d'acquiescemẽt quæ debẽt præsentari curiæ supremæ ad quam appellatum est, & debent notificari aduersario post sex dies ab impetratione illarum sub pœna,quod impetrantes cadent à iure impetrationis & effectu illarũ ex cõstitutione Ludouici 12.anni 1512.art.31.Frãcisci 1.anni 1535.c.7.arti.4.

Iure† scripto potest quis appellationi impunè renunciare,antequã præsentetur iudici superiori, Doctor. in ca.quanuis,§.cęterum,de elect.in sext. Innocent.ad cap.sollicitudinem,de appel.Specul. tit.an libellus mutari possit. 14

Quando fit renuntiatio appellationis sine literis,debet fieri coram actuario uel scriba iudicis,à

quo

quo appellatũ est.Imbert.li.2.institut.forens.c.13.
Debet aũt renũtiatio significari aduersario in domicilio,neq; requirit,vt fiat in persona,ut est iudi catũ in senatu Pariẽsi 14.Iulii.1544.Maximè si renuntiatio fiat coram apparitore: aliter renuntians uocatus ad audiendam causam desertionis dãnabit ad expẽsas,ut iudicatũ 7. Octobr. 1540.in co mitiis iuridicis Molinensiũ.Facit arrestũ 94.in stylo Parlamẽti.Si quis aũt tãtũ renũtiauerit corã notariis,dãnat nihilominus ad mulctam ordinariam ut iudicauit senatus Parisiẽsis, ultima Maii 1399.

15 Nemo porro in iudicio admittitur ad acquiescendũ per literas,uel alio modo,quin prius soluat mulctam ex arbitrio Curiæ supremæ,ad quam ꝓuocatum erat;habita ratione temporis,ex quo causa deuoluta est ad curiã,ut statuit Francis.1.cõstit. anni 1528.art.41.& anni 1529.art.2.

Sed nec admittitur ad acquiescẽdum post 8.dies à tempore quo causa appellationis relatã est in volumen appellationum audiendarũ in adiutorio,dicũt au tolli des causes aplaider,neque si in iudicio fuerit iã ex rotulo ꝓnũtiata,dicũt apresq; la causa sera appeller en iugemẽt siue qs uelit uirtute literarũ acquiescere,uel alio mõ,nisi soluendo mulctam ex arbitrio curiæ,ut dictum est,ut habetur in constitutio Francis.1.anni 1528.art.15.

Non admititur etiam appellans ad acquiescendum,vbi iam processus sub iudicium nenit consilii curiæ.Sic enim his uerbis,statuit Ludouicus 12.in cõstitutio.anni 1512.ar.55.Si tost quũ ꝓces serasut lebureau nul ne sera receu a acqescere.Defendãt a nr̃a Chãcelier ou aultres aiã la garde des seaui ne baillent

baillent aulcunes lettres, d'acquiescement sinon que ceste clause y soict, pourueu que le proces ne soit ueu consulte ne iugé. Idem statutum constitutione Francisci 1. anni 1535. c. 17. art. 3.

Cap. V.

De postremo actu appellationis circa determinationem eius.

SVMMARIA.

1 *Primum de articulo appellationis ab interlocutoria iudicandum qua de causa.*

2 *In curia tamen senatus omissio articulo appellationis, euocari potest causa principalis, & de consensu partium ibi tractari. Idem si coram Principe.*

3 *Quando processus appellationis iudicãdus sit ex tẽpore auditis partib. aut in scriptis producto libello.*

4 *Appellatione interposita à diffinitiua, si benè iudicatũ pronũciet, remittit exequenda iudici a quo.*

5 *Iudex appellationis ex eiisdẽ actis iudicat in interlocutoria, interdum cum condemnatione expensarum interdum sine illis.*

6 *Interdum cum mulcta.*

7 *Olim cum infamia.*

8 *Interdum appellans excusatur à mulcta expensis,*

9 *In causa appellationis a diffinitiua repeti possunt grauamina interlocutoriis illa.*

10 *Iudex appellationis iisdem legibus tenetur iudicare quo obtinebant tempore iudicii a quo appellatũ non secundum postea latas, licet illa referantur ad negotia prӕterita.*

Coram † Iudice appellationis uel agit de appellatione à sententia interlocutoria, aut de appellatione à sententia diffinitiua. 1

Si

trahere lites motas coram suis iudicibus. Vide ca. vt nostrum. iuncta gloss. de appe. l. solent, §. sicut autem, de officio procons. ff. c. 4. nouellę 69. Bal. ad l. 1. C. quomo. & quan. Iudex.

Omnis quippe iurisdictio pertinet ad Principē suprēmū, 1. Sed ꝙ princ. de iure nat. cap. cuncta ꝑ mūdū, 9. q. 3. l. non aliter, 9. de palati. sacra. larg. li. 12. C. tit. 25. Et potest Princeps ex toto reuocare Iudicē. ut quilibet pōt suum uicariū ad suum libitū reuocare, Bald. ad d. l. solēt, §. sicut, de offic. pro cons. ff. Multò fortius causam corā aliquo iudicio euocare poterit pēdētem, etiā proprio motu, uel ꝑ literas, ut cap. licet, de offi. deleg. c. Ecclesia, vt lite pēdent. Sic & tradit Guid. Pap. dec. 440. Aufr. dec. 480. Speculator, tit. de censib. & de iudicib. deleg.

Tenuit Innocentius ad c. ut debitus honor, de appellat. posse omitti etiam ex solo consensu appellationis, quod probant Doctores communiter, & Rota, quando ad summum Pontificem appellatum est. Rota dec. 798. incip. sciendū est, in antiq. c. cordi de appella. in sex. c. accepta, eod. tit. Sed & tunc requiritur consensus quoque appellati quo uolēte vt prius procedatur in articulo appellationis, non potest omitti ea quęstio etiam uolente appellante. Innocēt. in d. c. vt debitus. Iohānes Monachus, ad d. c. cordi, sup uerbo, uolūtas; Et pōt esse etiā ratio, ut appellās, qui male appellasse iudicabitur, cō demnetur ad expēsas. ut c. cū appellationib. de appe. in sex. Et ita seruat. Rota, dec. Rotæ 716. inc. nota quod si appellatum est, de appell. in antiquis.

Praxis † verò habet in appellationibus iudicādis, 3 vt si appellatum fuerit à sentētia, quæ pronūciata

fuerit exscripto,iux.l.fi.de sēt.ex breuic. recitād. ad ueniēte die uocationis determinata ad audiendam appell.fiat etiā conclusio super appellatione in scriptis,corā amanuensi,uel corā iudice, malè fuisse iudicatū,& benè appellatū: & ab appellato contra,benè iudicatū,& malè appellatū,statuitq; iudex intra certū tēpus dandū libellū appell.

Quod si appellatio facta fuerit uerbi,iudex pro tribunali ī auditorio audit causas appellationis.Et hoc est quod dicit in l.ab executore 4.de appel.ff. In causis appellationis redendis hoc solū quæri, an iure factū uel iudicatum fuerit à iudice à quo.

Quia qui de appellatione cognoscit,debet tātū uel iustam uel iniustā pronūciare.l.eos.6.de appellatio.C.1.Pragmatici dicūt,an benè uel malè fuerit appellatū. Sicut etiam concludunt litigantes, ita & sentētia debet cōformis esse libello, l.ut fundus cōmun. diuidun. & ideo debet continere,bonam uel iniustam esse appellationem,ca.fi.§.fin.2.q.6.

Atq; si malè iudicatum,& benè appellatū statuet iudex?poterit in articulo appellationis emēdare sententiā,sine præiudicio tamen causæ,& cursus eius,ut dicit in l.generaliter,§.fin autē,de reb. cred.li.4.C.tit.1.Si in.c.venerabili.7.§. sed si causa legitima,de sent.excō.in sex.Si appellatio a sētētia excōmunicationis fuerit interposita, & iniusta uideatur,nō debet remitti absoluendus appellans ad excōmunicantem,sed debet emendari sententia à superiore,& absolui:cōtra si iusta uideatur,& debet remitti:nisi ordinarius malitiose illā soluere differat,parato existente dānato satis facere Idē in cap.sacro,48.de sententia excomm.5.titul.39.

Adhibe-

Adhibetur;& alia distinctio in c.cum appellatio nibus. 5.de appell.in sex. Vt si Iudex appellationis inuenerit appellationem ab interlocutoria iniustā, quā non admiserat Iudex à quo,quia iniustā etiam putabat. teneatur remittere causam ad eundem Iudicem primum,appellantem,eo condemnato in expēsis. Quod si prior Iudex admisisset appellatio nem,nō teneatur Iudex appellationis ex necessitate ei causam remittere,eò quod ipse admittēdo appellationem uideatur à se abdicasse cognitionē,& totius causæ notio videatur transmissa in Iudicem appellationis,saluis ijs quæ sup appellationibus, à sententijs diffinitiuis scilicet ,,statuta sunt. Et in c. cum Ecclesia, 38. de appellat. statuitur, vt si iniustè appellatū esse appareat,Iudex appellationis remitat cōdemnatur ad Iudicem à quo vt ei pareatur: si autem male iudicatum,nōn remittatur,nisi appellans consentiat,c.accepta cōquęstiōne. 35. de app.

Praxis autem c.accepta.est, vt litigantes ex conuentione præsentata iudici,statuant appellationem pro nulla haberi,& causam,partes remitti ad ordinarium à quo appellatum. Verba Gallica *L'appellation mise au neant,& les parties raunoyes dauāt leur Iuge pour estre par luy procede, au surplus de la materie, ainsin qu' il apartiēdre. Sans desprins de l'appel,ou auec desprins,si male appellauit,& sans amande.*

Notat Panormitan.consil.2.incip.consului ꝙ Iudex,n.2.parte prima consi. Licet,inquit appellatus qui sententiam approbauit,non possit ex sua persona petere infirmationem sententiæ,ca. quod ad cōsultationem,de re iudica. Tametsi appellans instat contra sententiam,potest appellatus petere, ut illi

sententiæ addatur uel detrahatur,& sic uel aliter in formetur:quia licet appellatio ab una parte sit interposita,tamen totam suspendit sententiam, l.1. ad Turpilian.ff,c.uenietes,de iure iur. Vnde ex psona alterius consequit appellatus, quod ex persona sua consequi non posset. Et simile habetur in c.auctoritate Martini, de concess.præbend.in sex.l.petendæ de tempor.in integr.restit. C.Ad prædicta facit.c. Raynutius.c.Raynaldus,de test.& l.omnē honorē,quan.pro v.non est necess.Rota decis.358.

Pro hoc facit,quia iudex appellationis succedit in locum iudicis à quo,& sic debet facere totum id quod facere poterat,& debeat iudex à quo, c.cum causa,de sentent.& re iud.Et iudex ad quē, si inspectis actis antiquis, & nouis, non uidet sententiam iustificari,debet illam tractare,c.cū ad sedē,de restitu.spoliato. notāt Dd.ad c.in psētia de renūciat. & in l.per hāc,de tēpore app.C,Hęc Pan.d.cons.2.

4 Si † appellatio sit à diffinitiua, postquam iudex pronunciauerit benè fuisse iudicatum, remittit causam,& partes ad iudicem a quo.

Si uerò dicat,male iudicatum, & benè appellatum,reformare prius debet iudicium, & postea si quippiam aliud non prohibeat cognoscere potest de principali,ut debitus honor de ap.c.Raynaldus & c. Raynutius,in fi,de test.c.cū Ecclesia.38.d ap.

5 Atq;†iudex appellationis ex hisdem actis iudicat in appellatione ab interlocutoria, an benè uel malè appellatum interdum, condemnando in expensis appellantem.quod & in omni temeraria appellatione ordinarii iuris est,d.c.Raynutius,in fin. & c.cum appellationibus,de appellatio.in sexto c.

ut debitus, eo. tit. apud Gregori. Sicuti omnis teme rarius litigator cũ succubuit condemnandus est in expensis ad minus, l. properandũ, 10. §. siue autẽ alterutra, C. de iudicib. l. eũ, quẽ temere, eo. ti. ff. c. calumniam. de iudicib. c. finem litibus, 6. de dolo, & contum. c. cæterum, c. fi. de rescript.

Quod de solitis taxari non de omnibus impensis factis intelligitur, relicta taxatione iudici, l. non ignoret, 4. de fructib. & litium expens. li. 7. C. ti. 51. & debent tantum restitui expensæ moderatæ, utiles, & necessariæ in causa litis, d. c. finẽ litibus, & ibi gl. notabilis. & c. cum dilecti, 7. de dolo & contum. li. 2. ti. 14. c. 3. de eo qui mittit in possessio. li. 1. ti. 15. ca. 1. in fi. de sequestra possess. quo nomine etiã veniunt expensæ. factæ in aduocatos, iudices, & alios litis causa. l. sancimus, 15. de iudic. C. nam & illi possunt cogere litigãtes sibi honoraria soluere, d. l. properandum. 13. §. illo proculdubio, de iudic. C.

Neque opponi potest quod minores sumptus victor facere potuisset, quia mediocres peti possunt. l. si quis alicui. §. impendia, mandat. ff. & illę expensę, quæ fieri possunt, sed factæ non sunt per personas, quæ gratis litigãtis officium suum impartiri sunt, sub spe tamen remunerationis: aliter autem si dono puro, ut notet Speculator, ti. de expensis, §. fin. vers. quid si uictor. Iohannes Andreas ad d. c. finem litibus, de dolo.

6 Temere etiam appellantibus interdum multæ imponuntur, & ex legibus scriptis, & constitutionibus regum, & consuetudine, l. eos. 6. §. ne temere: de appellatio. C. l. ab executione. n. 5. C. quorum appellat. non recipian. lib. 7. ti. 65. ca. omnino. 2. q. 6.

Iure Pontificio non punitur temerè appellans, secundum gloss.ad l.1.à quibus appellat.non licet.li.49.ff.tit.2.ad uerb.prouocare.

7 Iure † etiam ciuili in criminalibus temerè appellans infamis fiebat,& litem amittebat,l.a proconsulibus,C.de app.nisi primus iudex admisisset appellationem,quia tunc arbitrio iudicis ad quem erat puniendus.d.l.eos.§.ne temerè,C.de appellat.

8 Interdū † excusat̄ à mulcta,& expēsis, q male appelauit,in difinitiua.Nā fieri pōt,vt nō culpa iudicis prioris malè iudicatū fuerit,sed litigātiū.Si qdē benè iudicauit,qui ius dixit,secundum allegata,& probata tantum.l.illicitas,§.veritas,de offi.p̄sid.

Sed accidit,vt post deuolutam appellationem à diffinitiua,alia edantur,& prohibetur per partes de nouo.l.per hanc 4.de temporib.appellatio.C.l.eos,6.§.si quid in agēdo,de app.C.c.fraternitatis 7.de testibus.c.cum Iohannes Eremita,de fid. instr.l.in offerendis.35.da app.C. Et hanc causam ad compensandas impensas primæ instantiæ,& appellationis,vbi noua productio esse legitimam tradit Franciscus Marcus,tomo.1.decisio.Delph.decisio.244. Barthol.ad l.generaliter,1.de rebus credit.C.& ibi gl.ad verb.dispendii.

Verum idem Marcus, decisio.47.n.4.& 5.latius docet,solam primam sententiam pro appellato eū nō excusare ab expēsis potuerit cognoscere,quod fouere iniustā causam, qui temerè litigabat. Cynus & Sali.ad d.§.1.l.generaliter,Bar.i l.tutor, §.tutor. de administra.tutor.gl.ad c.iuris ignorātia,de reg. iur.in sext.Iohan. Andr.Anton.Butrigar. & Panor. & Ioha.ab Imol.ad c.finem litibus,de dolo,& cōtu

mac.& gloss.in c.patet,& c.omnino, 2.q.6.Semper autem appellans condemnatur in expensis, si succumbat in causa appellationis,d.c.omnem,& c. sæpe reprehēsibilis,c.vt debitus,de appel. Quia semper præsumitur habere malā causam, propter præsumptionem,quæ est pro sententia prima.in l.Herēnius.§.Gaia,de euictio. ff.c.in presētia,de renūcia. Nisi appellans haberet iustā causam litigādi, vt 1. si haberet communem pro se opinionem Doctorū uel vnius Doctori famosi secūdū Bal ad l. Clodius, de acquirēd.hæreditate ff.vel 2.quia dubitabat de intellectu alicuius legis difficili,ut p gl.ad principi de oblig.quæ ex quasi.delict. in princ.apud Iust. Io hannes Andreas,& Panorm.ad d.cap.-finē litib us, de dolo.Alexand.Iason, ad l.properandum,§. sin autem alterutra,de iudic.C.

Sed & quando quis obtinuit in prima instātia,& in secunda appellationis succubuit uel appellatus: vel appellans:quidam dixerunt,nō esse condemnādū in expensis,vt notat gl.& Dd.in l.generaliter,§. sin autem,de reb.credit.C.Bald.ad l. penult.quād. prouoc.non est necess.C.

Verum hoc ītelligi par est,quādo ex nouis actis & productis in causa appellationis,quis succubuit secus si ex prioribus vel iisdem actis,gl.in ca.ignorantia,de regul.iur.Imola,Hostiens.ad d.c.finē litibus,Iason ad l.properādum,§.sin autē alterutra,de iud.C.n.24.Et ita seruari in Camera imperiali notat Mysingerus centur.2.obserua.89.

9 Singularis etiam hic resolutio,c.licet ab interlocutoria, 12.de app.in sex.obsaruanda est, vt si p sententiam interlocutoriam mihi grauamē illatum

sit,

sit, & non appellauero, sed postea diffinitiua condemnatus appellauerim posse per iudicē ad quem in causa appellationis grauamen per interlocutoriam mihi illatū emendari: si grauamen sit p quod pacti exceptio vel alia exceptio principali negotio præiudicans fuerit repulsa. Quare, & exceptiones per emptoriæ omissæ; quæ post litem contestatam opponi possunt, repeti poterunt; in causa appellationis: non etiam dilatoriæ quæ nisi proponantur ante litis contestationem, omissæ repeti non possunt, nec ideo etiam in causa appellationis repetũtur expresse. l. ita demum. 13. de procuratorib. li. 2. C. tit. 13. nisi à repulsione propositionis exceptionis secundo appellasset, & succubuisset in appel. Tunc enim appellatione à diffinitiua non posset proponi illa exceptio, vel repulsio emēdari, Clem. fi. de appellation.

10. Postremò illud obseruandum iudici appellationis, ut in ea iudicanda iisdem legibus vtatur, quæ seruabantur tempore sentētiæ iudicis à quo, & nō postea promulgatis. Quamuis in nouis dictum sit, ut protrahātur ad præterita, c. 1. nouellæ 115. vt cū de app. cognosce. nouæ constitutiones ad pendētia negotia, si dictum sit, retrotrahuntur, non ad iudicata. l. leges, & constitutiones. 7. C. de legib. §. fin. de inst. cautel. nouell. 73. l. de usuris, 27. C. de usuris, li. 4. Decisa sic & transacta nō cōtinentur, l. sancimus 22. §. 1. de sacros. Eccles. C. l. 1. i fi. de cōtract. iud. C.

Quando pena est statuaria contra appellantes, vt si quis tertio appellet tali pœna afficiatur, non committitur si ipso facto tantum appelletur nisi & quis prosequatur; nec etiamsi deserta fiat appellatio.

latio. Et antequam pœna statuaria committatur, quia stricti iuris, requiritur quod quia controuersio de iure, & non tantum de facto. Et sic resoluit Francíscus Marcus to. 2. decisionum Delphinal. dec. 88.

Sed hæc actenus dicta sufficiant de appellationibus: reliqua enim quæ desiderari possunt, accipi poterũt ex vulgaribus tractatibus de illis editis, & ex praxi cuiusque curiæ, tam Ecclesiasticæ quam secularis. DEO autem immortali & inuisibili omnis honor, & gloria, cuius ueritas manet in æternum.

FINIS.